Digitized by Google

LXI C 48

C. II. 18
B. S. D. M.
N.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LXI
C
48
NAPOLI

Digitized by Google

Z XI
C. 48-9
~~50-51~~

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
ANONYMORVM ET PSEVDONYMORVM
AD SVPPLENDVM ET CONTINVANDVM
VINCENTII PLACCII THEATRVM
ET
CHRISTOPH. AVG. HEVMANNI SCHEDIASMA
DE ANONYMIS ET PSEVDONYMIS,
COLLECTA ET ADORNATA
à
M. JOH. CHRISTOPH. MYLIO,
Buttſtad. Thuringo, Adj. Fac. Phil. & Biblioth. Acad. Jenenſ. Collega Societ. Lat. ibid. florentis.
CVM PRÆFATIONE
M. GOTTLIEB STOLLII,
Phil. Civil. Prof. P. O. & Biblioth. Academ. Inſpect.

HAMBURGI,
Sumptibus CHRIST. WILH. BRANDT, MDCCXL.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Scriptores in id incumbant ſedulo, ut ſcribant uſui futura, huius regulae, ut mihi quidem uidetur ea eſt claritas, ut nemo eius probationem poſtulare poſſit. In omni igitur ſcriptione utilitas tibi ſit propoſita. Hoc conſilium omnes illi ſine dubio ſequuntur, qui uaſtum hiſtoriae literariae pela-

gus peragrantes; ea luci exponere ſtudent, quae alioquin occulta, ideoque uel nullius, uel exigui uſus erant. Licet enim in ſcriptis anonymorum & pſeudonymorum quaedam intelligi queant, quanquam auctoris nomen neſcias, multa tamen remanebunt obſcura, ut non appareat, cur hoc, uel illud dixerit auctor, niſi nomen eius, & cum illo totum uitae eiusdem ſtatum, controuerſiae hiſto-

ſtoriam & innumera alia utilia introſpicias. Non nego quidem, interdum plus ueritati ſtabiliendae accedere roboris, ſi latet ſcriptor & antidotum praeiudicatarum opinionum eſſe occultatum auctoris nomen, ut non odio erga perſonam relinquatur locus, ſed tantum ea, quae prolata ſunt, ſine animi morbo conſiderentur; attamen in longe pluribus occaſionibus quam maxime prodeſt, ſcriptoris noſ-

ſe nomen. Sed quo iucundius eſt, detecta auctorum nomina in conſpectu habere, eo plus moleſtiae & laboris premit illos, qui uera anonymorum & pſeudonymorum inueſtigant nomina, eumque finem ut attingant, multos libros, multas uitarum deſcriptiones, ſcriptorum catalogos perluſtrare coguntur, in quibus tamen non ſemper ex uoto ea, quae quaerebant, reperiunt ueſtigia, adeo ut ſaepe

mul-

multas bonas horas perdant, priusquam incidunt in eam, quam expetebant ueritatem. Maximae igitur omnino illis debentur gratiae, qui cum magno incommodo ſuo & temporis diſpendio ex ignorantiae tenebris protrahunt uera anonymorum & pſeudonymorum nomina. Sed quo difficilior eſt eorum detectio, & quo facilior in deſignandis certo talium auctorum nominibus aberratio, eo magis proni eſſe debemus ad

condonandos ipſis lapſus, qui ut alii omnes ab erroribus immunes non ſunt. Ita ſane eſt, difficultas, anonymos & pſeudonymos detecturis ſeſe obiiciens, & procliuis ad uarios errores uia partim reſpectu perſonarum, librorum, annorum &c. quorum omnium in hiſtoria literaria frequentisſima fieri debet mentio, multos huc uſque ab eiusmodi opera, hiſtoriae literariae praeſtanda, deterruit. Celeberrimi Placcii opus de Anonymis

nymis & Pſeudonymis, ſcriptum eſſe immenſi laboris quis abnuet? & quamuis non negem, ipſum in detegendis ueris librorum auctoribus inſigni interdum diuinandi facultate uſum eſſe; procul dubio tamen maiori mentis acie opus habuit in inueniendis ſuis interpretandi regulis. Nemo autem inficias ibit, praeſtantiſſimum Placcium reipublicae literariae non parum ſuo opere attuliſſe emolumenti. Utiliſſimum

mum enim eſſe, ſcriptorum uera noſſe nomina perſonamque, iamdudum eſt a multis eruditis euictum. Itaque multum ampliſſimo clariſſimoque Mylio debemus, quod operis huius continuationem & ſupplementa tam quoad anonymos, quam pſeudonymos in ſe ſuſcipere, onerique adeo moleſto humeros ſubiicere uoluerit. Imo ea propter cum primis laudem meretur, quod induſtria ſua magis lectoris commo-

modum, quam gloriam ſuam reſpexerit. Quisquis eum nouit, illi non poterit non eſſe cognitum, uirum hunc ad meliora quaeuis & grauiora praeſtanda aptum eſſe atque idoneum. Hinc non ſolum Societas inclyta, quae heic floret, & amplificandae eloquentiae Romanae conſecrata eſt, eum ordini ſuo adſcripſit, uerum etiam *Sereniſſimi* Academiae noſtrae *Nutricii*, Duces Saxoniae, Ienenſis Bibliothecae publicae, numero-

meroſae non minus, quam ſplendidae, praeſtantiſſimorum, pretioſiſſimorum & rariſſimorum operum egregii receptaculi curam ipſi demandarunt, & ordo Philoſophorum ipſi quoque ad Adiunctorum in hac academia numerum patefecit aditum.

Conſtitueram quidem apud me, nonnulla uel de utilitate notitiae anonymorum & pſeudonymorum, uel de erroribus & incommodis ex ignoratis au-

ctorum nominibus prouenientibus, aut etiam de uariis anonymorum & pſeudonymorum ſpeciebus, & an liceat, quibusue ſub conditionibus occultare nomen ſuum, nonnulla differere, ſed quia partim ab Io. Alberto *Fabricio* in praefat. ad nouam anni 1708. *Placciani Theatri anonymorum & pſeudonymorum* editionem, partim a ſumme reuerendo *Heumanno* in *Schediaſmate* de *Anonymis & Pſeudonymis*, in quo quaedam
ad

ad *Placcium* emendationes & ſupplementa exhibet, pleraque accurate & copioſe pertractata euidebam, ſiquidem poſterior per totam partem ſchediasmatis ſui priorem egregias circa anonymos & pſeudonymos ſuppeditauit cautelas, & uaria ad hanc ſcientiam neceſſaria monuit, eo lubentius mihi hoc in negotio otium indulſi, cum praeſertim cognoſcerem, etiam ampliſſimum *Mylium*, in prolegomenis, *Bibliothecae* ſuae *Anonymorum & Pſeu-*

Pſeudonymorum praemittendis, ea additurum & uberius inculcaturum fore, quae ab *Fabricio*, ſumme reuerendo *Heumanno*, aliisque, circa idem argumentum ſcribendi occupatis, omiſſa uideri poterant.

Accipias ergo, *Lector beneuole*, Mylianos hoſce labores ſerena fronte, & neque *Placcii* opus, neque *Mylii Bibliothecam* nauci facias, ſed ex utriusque ſcriptis non exiguos uſus in TE, uniuerſamque hiſtoriam literariam

Digitized by Google

riam redundare poſſe credas. Talem bene uolentiam a TE, ſi impetrauerit, ut meret, ampliſſimus *Mylius*, ad plura eo ipſo atque maiora induſtriae & ingenii edenda ſpecimina excitabitur uir optimae indolis, & ita non parum commodi accedet reipublicae, quae ſemper floreat, literariae. Dabam Ienae d. X. Sept. MDCCXL.

M. GOTTLIEB STOLLE,
Philoſ. Ciuil. Prof. P. O. nec non Bibliothecae academicae, & Societatis teutonicae, quae Ienae floret, Inſpector.

Lectori

Lectori candido beneuolo ſalutem!

Maximae mihi omnino foret uoluptati, & gaudio praeſtantiſſimo affectum me putarem, *Lector beneuole*, talis ſi tibi a me tam bonae frugis exhiberi poſſit praefatio, quales uarii ad communem utilitatem aliorum expoſuerunt oculis. Optaui quidem mihi b. DIECMANNI, (a) Ioh. STURMII, (b) Iac. le LONG, (c) ERAS-

(a) Cuius praefationes *ad biblia Stadenſia*, item ad editionem von Arnds wahren Chriſtenthume; zu Stade 1706. quae coniunctim reperiuntur in part. 2. ſeiner teutſchen Schrifften, ſunt lectu dignisſimae.

(b) Optimum proinde fuit illius conſilium, qui praefationes huius uiri, earum ob praeſtantiam in unum uolumen collectas, edidit; nam uaria utiliſſima in illis occurrunt, & cel. Morhofius *in polyhiſt.* lib. 1. c. 24. §. 35. merito collectori huic ob praeſtitam in hoc momento erga Sturmii manes curam, non exiguam honoris partem aſſignat.

(c) Nemo enim ipſius praefationi *à la Bibliotheque hiſtorique de la France* praemiſſae denegare poterit magnae

Digitized by Google

ERASMI, (d) Roterodami, Mich. NE-ANDRI, (e) Ioſephi SCALIGERI, (f) Ioh. LASCARIS, (g) b. LUTHERI, (h) Dau.

eruditionis laudem; quippe in qua non exiguo ſcientiae apparatu agitur de hiſtoria litteraria, praeſertim Pariſienſi, de academiis Pariſinis &c.

(d) Cuius praefatio in Senecam ab eruditis omnibus magni omnino fiat neceſſe eſt.

(e) Tam uberem enim doctrinae ſegetem exhibet praefatio eius, *erotematibus linguae graecae*, editionis Baſileenſis, 1565. in 8. praefixa, nec minus praefatio, erotemata ebraica praecedens, (in qua *catalogus librorum praeſtantiſſimorum in uariis linguis* ſuppeditatur) ut neminem easdem legiſſe pœnitere queat.

(f) Qui non uulgarem operam impendit in prolegomena ad *Manilii Aſtronomicon*, in quibus nimirum prolegomenis doctiſſime agit *de ueterum graecorum aſtrologia*, adeo ut omni iure celeb. Reimann. in hiſtor. litter. germ noua part 3. im andern Hauptſtück incomparabilem nominet illam praefationem.

(g) Mecum omnes illi conſentient, bonae frugis pleniſſimam eſſe Laſcaris epiſtolam ad Petrum Medicem, Anthologiae epigrammatum graecorum, Florentiae 1494. in 4. editae rariſſimae praefixam, eandem qui legerunt, eaque facile ſua praeſtantia admiratorem ſibi conciliare potuit celeb. Schelhornium *in amoenit. litterar.* Tom. 1. p. 29. not. ††††.

(h) Quot argumenta utiliſſima b. Lutherus in praefationibus ſuis biblicis pertractet, & quam egregie ſaepe in illis diſputet, nemini ignotum eſſe poterit, qui unquam ſcriptorum Lutheri legendorum deſiderio fuit captus; uberius quoque de illarum praefationum praeſtantia edocere poteſt b. Ioh. Alb. Fabricius in *Centifol. Lutherano* p. 166. adeo ut merito cum b. Diecmanno in part 2. ſeiner teutſchen Schrifften part. 2. p. 121. doleas, non amplius Lutheri praefationem tam integras haberi, quam quidem ille edidit.

Digitized by Google

Dau. BLONDELLI, (i) Theoph. SPIZELII, (k) Thom. ITTIGII, (l) Pet. Dan. HUETII, (m) Pauli PELISSONII, (n) Iac. THUANI, (o) Ioh. CALUINI, (p) Ant.

a 2

(i) Laudari omnino meretur eius praefatio in *Genealogiae Francicae pleniorem aſſertionem*, Amſtelod. 1654. in Fol.

(k) In ſua enim *ad ſacra Bibliothecarum arcana retecta* & Aug. Vindelic. 1668. edita, praefatione utiliſſime in Bibliothecarum & MStorum notitiam introducere ſtudet lectores.

(l) Quam nimirum *Bibliothecis & catenis patrum*, Lipſ. 1707. in 8. editis, praemiſit praefationem uerboſam, *de editis ſeparatim patrum Operibus* priorum ſeculorum apprime erudit.

(m) Cuius Origeniana praefationis loco, editioni Origenis, a ſe curatae praemiſſa, tantopere eruditis ſe probarunt, ut ea ſpiſſis aliorum libris anteferre non dubitarint.

(n) Tantum hic Mineruae fauorem in exaranda ſua ad opera Mr. *de Saraſin* praefatione expertus eſt fauorem, ut praeclariſſima hoc labore elogia adeptus ſit, praeſertim a Mr. Coſtar *dans ſes Lettres* part. I. Lett. 168. & 178. & a Baylio, qui in *Dictionaire hiſtorique & critique* uoc. *Peliſſon* p. 2222. hanc praefationem nullo adulandi fuco infectus, uocat *un Chef'-d'oeuvre.*

(o) Epiſtolae eius dedicatoriae ad Hiſtoriam ſuam propter egregiam indolem rectiſſime magnum pretium ſtatuitur.

(p) Epiſtolam ipſius puto dedicatoriam ad Franciſcum I. regem, quam Inſtitutionibus ſuis chriſtianae religionis ad Reformatorum apologiam praefixit, datam die I. Aug. Baſil. 1536.

Digitized by Google

Ant. SCHORI, (q) Hieron. Auguſtini GROSCHUFFII, (r) ÇASAUBONI, (s) in elaborandis egregiis praefationibus ſortem, ſaepius, ſed uoti mei me compotem non factum eſſe, facillime comperies, ſi parum temporis illis, quae hic diſſeruimus, impenderis. Verum enimuero, ſi tractationem noſtram exſpectationi tuae non reſpondere deprehenderis, cogites, non cuilibet datum eſſe, ſatisfacere omnium deſiderio. Potiorem tamen hujus praefationis partem occupabit tractatio, in qua de aliorum in *notitiam anonymarum & pſeudonymorum* meritis, de ſcopo,

(q) Qui quoniam in praefat. ſua *ad phraſes Ciceronianas* Coloniae 1578. in 8. editas, egregie, rationem in ueteribus phraſes & locutiones obſeruandi monſtrauit, non indignus eſt, cuius praefationi a Franciſco Vauaſſore nomen *aureae* tribuatur.

(r) Fateri cogimur, praefationem *Groſchuffii* Faſciculo I. *conlectionis librorium rarorum*, ab ipſo *ἀνωνύμως* editae, praefixam, illuſtrem inter egregias praefationes ſibi uindicare locum; in illa enim tam praeclara rariorum librorum & praeſtantiorum notitia ſuppeditatur, ut in campos Elyſios ſine dubio ſe delatum credat ille, qui lectione illius ſe oblectat, & lubentiſſime calculum addo cel. Reimanni in *catal. litter.* p. 533. iudicio, qui e hac praefatione, tanquam e ungue leonem cognoſci poſſe *Groſchuffium* rectisſime affirmat.

(s) Eius enim praefatio *in Polybium* in maximo honore habetur, & dignum eruditisſimo auctore ſuo monimentum eſſe iudicatur.

ſcopo, contentis, uſu operis mei &c. acturus ſum; talia enim ſemper in praefationibus praemitti deberent, ut non opus ſit, peculiare et a libri argumento remotum prorſus in praefationibus argumentum haud raro pertractare; ſed debita de libri ipſius qualitate monita, iuſtam ſine dubio praefationibus ſemper largiri poſſent magnitudinem. Ego quidem probę cognoſcens, contra DEI ordinem eſſe, uitam turpi otio perdere, & Senecae dicti recordatus, qui *otium*, inquit, *ſine litteris mors eſt, & uiui hominis ſepultura.* Mature me accinxi in ſudore uultus comedere panem, & humeros exantlandis in aliorum commoda laboribus lubens ſupponere; licet non ignorem, exſoleuiſſe fere illum morem, quo maiores noſtri Studiorum feruorem uariis beneuolentiae documentis conſeruare non tantum, ſed & augere ſolebant. Excitatus tamen Philippi *Melanchtonis* in epiſtola ad *Spalatinum* monito, qui *Reipublicae proſimus, et poſteritati, quantum poſſumus, praeſidia, gratiam, praemia a DEO exſpectemus, humana nulla ſunt;* nullam unquam auerſabor moleſtiam, ex qua utilitatis aliquid redundare poſſe intellexero. Et

hinc factum eſt, ut difficillimum, ampliſſimumque, in quo deſudarem, uiresque meas, quas noui ſatis infirmas, periclitarer, elegerim argumentum, anonymos ſcilicet & pſeudonymos detegendi; quod ab initio quidem iucunditate ſe mihi maxime commendabat, deinde autem difficultate ſua tantum non omne exſtinguere tentabat ulterius procedendi deſiderium, niſi audacter reſtitiſſem quibusuis, quae ſe obiiciebant impedimentis, ea ſpe, tandem de illis, animus ſi non frangatur, me triumphare poſſe. Perluſtrabam antea fugitiuo, ut aiunt, oculo, uarias aliorum occupationes, iſtasque non ſine utilitate ſuſtineri animaduertebam; non improbans, ſi quis ſuas, quas ad coetum Chriſtianum habuerat orationes, prelo committebat; cogitabam enim, uel hoc modo pietati, quae ſatis friget, addi poſſe incrementa; potuiſſem & ego ſequi hunc morem, & exiguo labore conſtitiſſet, quae in chartam iam coniecta erant, tali forma induere, ut ad typothetos ablegari potuiſſent. Nec illos ſua laude priuandos ducebam, qui aliorum ſcripta, ſi modo ab uſu & utilitate non prorſus remota ſunt, denuo luci exponere

ponere e re eſſe arbitrantur, illaque quibusdam, quae uel ad hiſtoriam auctoris, uel ad argumentum, in libro propoſitum, pertinent, tractationibus, illuſtrare ſuſcipiunt, uel etiam ſine ullo additamento, ut a prioribus auctoribus exarata erant, typis exſcribenda curant; Non uidebam, quoque quod iure reprehendi poſſit in illorum conſilio, qui ea, quae in priuatis collegiis crebriori uſu erant confirmata, typographorum manibus tradunt excudenda; Nec denique illorum labores nauci faciebam, qui ſpeciem nouiſſimorum plane inuentorum & doctrinarum prae ſe ferebant, licet propoſita ab illis ex multis aliis, de eodem argumento agentibus ſcriptis, collegerant, auctorum autem mentionem facere non e re eſſe putabant, ne uidelicet inuentionis gloriam aliis cedere cogerentur; uel, quia in hiſtoria litteraria erant hoſpites, ſibi perſuaſerant, neminem ante ſe, tale momentum pertractandum ſuſcepiſſe, nec eo, quod requirebatur ad illud recte abſoluendum, ingenii acumine praeditum fuiſſe. Haec omnia facilius a me præſtari potuiſſent, quam quod in tali tractationis genere uerſor, cui excolendo

in collegiis parciſſime uacare licet, quia anonymi & pſeudonymi nec in lectioníbus priuatis, nec in libris, ex inſtituto de hoc argumento non conſcriptis, cateruatim occurrunt, nec ut doctrinae theologicae, uel philoſophicae perpetuum in ſyſtematibus & compendiis, quae iuuenum teruntur manibus, obtinent locum; ſed ſparſim ſunt conquirendi & maximo labore atque temporis diſpendio in auctoribus, fide dignis inueſtigandi. Maximam hinc mihi difficultatem in eo, quem ingreſſus eram tramite, enatam eſſe, probe perſpicies, *lector beneuole*. Accedebat autem adhuc, quod, quia mihi hic modus ſe prae ceteris probabat, ut in argumento quodam utili, ab aliis iam incepto pergerem, & telam ab illis inchoatam pertexerem, diſpiciendum erat, non ſolum quid ſcriberem, ſed etiam quid non ſcriberem, & hoc poſterius longe maiorem, quam prius mihi faceſſiuit laborem, quod clarius cognoſces, ſi infra, *lector beneuole*, uberius de ſcopo Bibliothecae noſtrae & quid in illa praeſtiterimus, edoceberis. Si enim quendam anonymum, uel pſeudonymum detectum deprehendebam, tunc antea, quam in meam

meam collectionem referrem, ad *Placcium* & *Heumannum*, erat recurrendum, & inquirendum, num forſitan illi iamdum tetigerint eundem, quo facto ſaepiſſime cognoſcebam, illorum dictis nihil amplius addi poſſe, adeoque intacta illa, quae de uno alteroque anonymo, aut pſeudonymo apud alios legeram, relinquere cogebar, ne dicta dicerem. Quin totae centuriae anonymorum & pſeudonymorum in ſchedis meis expunctae ſunt, quia pleraque uel a Placcio, uel a cel. Heumanno iam tradita de illis uidebam. Licet enim ſemper aliquid uel quod ad librorum editiones, uel quod ad auctoris uitam & ſtatum pertinebat, obſeruabam, quod a Placcio & Heumanno praetermiſſum erat, ideo tamen ob unas alterasque additiones, quae fieri potuiſſent, denuo totum de eiusmodi libris a Placcio, uel Heumanno ex parte iam deſcriptis articulum, collectioni meae inſerere nolebam, ſed ea, quae illuſtrationis cauſſa, ad Placcium et cel. Heumannum dici poterant, uel ſeorſum aliquando publicare, uel nouae Placciani operis editioni, ſi forte bonis tandem auibus lucem adſpiciet, adiungere capiebam conſilium. Si enim

exemplo cel. Heumanni opuſculo meo uoluiſſem articulos inſerere, in quibus numeri Placcii, uel confirmati, uel correcti & emendati fuiſſent, ſine dubio hae confirmationes & emendationes mole ſua longe ſuperaſſent ea, quae tibi potiſſimum, *lector beneuole*, exhibentur Placciani operis ſupplementa. Quae autem larga ſegete ad confirmandum & emendandum Placcium collegi, uel ſeorſum ut dixi, prodibunt, uel Placciano operi, ſi quando prelo committetur, inſerentur, ut illius uſus magis magisque amplificetur. Sic multum omnino perdidiſti temporis, inquies forſitan *lector beneuole*, ſi prius Placcium & Heumannum contuliſti cum illis, quae in chartam coniicienda erant, praeſertim cum ſaepe acciderit, ut ipſe faſſus ſum, ut omnia expungere cogerer, quia in Placcio non reperiri mihi uidebantur, cum tamen poſtea, alieno licet, ubi nunquam quaeſiuiſſes, loco, illa repererim. Fateor, me in hac occupatione non otioſum fuiſſe, ſed mihi quidem tempus hoc modo non periiſſe uidetur, quia ſaltim ad confirmanda a Placcio dicta facere poterunt, quae apud alios obſeruaueram.

Adeo

Adeo ut Ardelionum more apud Phaedrum in fabulis lib. 2. fab. 6. *gratis anhelaſſe, multa agendo nihil egiſſe, mihi moleſtum & aliis odioſiſſimum factum eſſe* non crediderim. Attamen interdum unum alterumque anonymum, uel pſeudonyinum, a Placcio uel Heumanno in lucem iam protractum, denuo tuis ſiſtere oculis non inconſultum putabam, quia prae ceteris dignus mihi uidebatur, cuius memoria renouaretur, & quia multa non inutilia addere poteram, a Placcio & Heumanno non obſeruata. Quando autem hoc factum eſt, (e.g. n. 2508. 84.) annotaui ſimul, iam apud Placcium, uel Heumannum de hoc, uel iſto anonymo & pſeudonymo quaedam legi, ut dicta noſtra cum illorum conferens lector, cognoſcere queat, cramben bis coctam nos noluiſſe apponere, ſed tantum & in his locis Placcium ſupplere. Quia autem hoc rariſſime & non ſine cauſſa factum eſt, id nobis uitio non uertes, *lector beneuole*, ſed idem ius nobis concedes, quod conceſſum eſt cel. Heumanno in ſuo *de anonymis & pſeudonymis ſchediasmate*, qui etiam nonnulla ad illuſtrandum Placcium attulit. Facile igitur uides, facilius me abſoluere

po-

potuiſſe collectionem meam, ſi tantum diſpicere uoluiſſem, quae in illam referenda, non quae omittenda eſſent, nullo ad Placcium habito reſpectu. Qui enim compendium quoddam, uel ſyſtema etiam certae cuiusdam diſciplinae componit, aliorum dicta ſi bonae ſunt frugis, optime in uſum ſuum conuertere & ſic meditationum ſuarum cumulum ſingulis fere horis maximopere augere, ſcriptoque ſuo iuſtam hoc modo molem dare poteſt, nec improbandum eſt, ſi aliorum egregiis tractationibus opera ſua ornant; prudentis enim eſt, aliorum optima dicta non occultare, uel diſſimulare, & in eorum locum longe petitas ſuas meditationes intrudere. Accedit quod illae doctrinae, quae in formam compendii, uel ſyſtematis referri ſolent, plerumque in priuatis & publicis lectionibus in libris quoque frequentius & uerboſius pertractentur & ideo memoriae ſe citius offerant, ut facilius uariis ex locis neceſſarius ad ſcribendum apparatus peti poſſit. Sed hoc commodo uti nolebam, partim, ut lectoribus non adeo moleſtus eſſem, repetendis iis, quae iam apud alios reperiri poſſunt, partim ut illud tempus, quod renouan-

nouandae anonymorum notitiae impendere debuiſſem, amplificandae potius eidem & emendandae tribueretur. Ideo diuerſus plane ſcopus meus ab aliorum fuit; ego enim, quae egregie & recte dicta apud Placcium & Heumannum reperiebam, omiſi, quibus alius forſitan labores ſuos mirum in modum auxiſſet, nec etiam ab aliis reprehenſus, uel reprehendendus foret. Mihi autem maior ſemper in mortuorum & bene de republica litteraria uirorum memoriam uiſa eſt pietas & ueneratio, illorum ſcripta, ſi ad communem utilitatem faciunt, continuare, ſupplere, emendare, quam illorum egregie dicta, uel in compendium mittere, uel ad ſimile argumentum, quod quis ſibi ſumſit pertractandum, adhibere Cum priori enim modo plerumque coniunctum eſſe ſolet, ut primorum deinde auctorum opera negligantur, & compendium tantum teratur manibus, unde fit, ut uerorum auctorum memoria & praeſtantia uileſcere incipiat. Licet igitur hoc non euenturum putent, qui in epitomen redigunt aliorum ſcripta, id tamen saepiſſime accidere nos docet experientia. Alter autem modus, quia plerumque fontes,

tes, ex quibus momenta potiora hauſta ſunt, ſilentio praetermittuntur, primis & ueris auctoribus nullam plane famam & gloriam ex argumento eodem, ab ipſis iam antea pertractato, relinquit; ſed ſibi ſoli uindicat, quaſi hodie, uel nudius tertius excogitata eſſent, quae ex aliis antiquioribus & praeſtantioribus ſunt conſtipata. His igitur ex cauſſis Placcium & Heumannum fundamenti loco ponere, & ubi illi deſierant, pergere, omiſſos autem quoque ab illis antiquiores addere conſtituebam. Licet enim Placcii opus frequentisſima emendatione indigeat, (a) tamen etiam multa utilisſima in eo reperiuntur eſtque opus 30 annorum uid. epiſtolam b. Maſtrichtii in b Struuii *introd. in notit. rei litter.* p. 341; ideo non a uero aberrat celeb. Reimannus in hiſtor. litterar.

(a) Quod ex parte oſtenderunt Ioh. Fabricius, abbas Helmſtad. *in Hiſtoria bibl. ſuae* part. 3. p 138 -- 171. ubi correctiones operis Placciani exhibet & ſimul quaedam notatu digna *de uita & meritis Placcii* p. 171. ſuppeditat. Defectus quoque huius operis quodammodo ſuppleuit cel. Heumannus in ſchediasmate *de anon. & pſeudon.* Bibliothecae meae de Anonymis praemiſſo. Baylius pasſim *in dictionaire hiſtorique & critique.* Thomas Bartholinus *de libris legendis.* cel. Reimannus *in catal. litterario* p. 58 -- 61. qui & de occaſione, quae Placcium ad conſcribendum opus ſuum permouerunt, quaedam tradit, & alii,

rar. german. noua part. 3. **im andern Hauptſtück** p. 378, qui opus Placcii uocat **ein herrliches Werck.** it. reuer. Heumann. in uia ad Hiſtor. litter. p. 108. edit. 1718 *eximium plane opus.* & celeb. Morhofius in *polyhiſtore litterario* lib. 1. cap. 9. §. 28. utilitate operis Placciani motus: *Vellem ſane*, inquit, *maiore ſtudio in rem illam* (ſcil. in detegendos anonymos & pſeudonymos) *incumberent eruditi: Nam utiliſſimus profecto labor eſt; non tam in recentiorum ſcriptis, quam uetuſtis*, & lib. 1. cap. 6. §. 70. *Placcii labor augeri multis modis poteſt, & magnum habet in tota hiſtoria litteraria fructum. Multa latent ſub larua falſi auctoris uolumina, quorum interdum tenuis notitia eſt.* Sed notandum eſt, Morhofium de prima operis Placciani editione in 4. 1674. & deinde 1699. edita loqui, quae autem innumeris fere in locis ab aliis locupletata eſt, in editione a b. Ioh. Albert. Fabricio 1708. in fol. procurata. (b) Hic enim quemadmodum b. & diligentisſimi *Placcii* in Profeſſ. Moral. & Eloqu. in Gymnaſ. Hamburgenſi meritisſimus fuit ſucceſſor. uid.

(b) Sed maxime e re fuiſſet, ſi hic cel. uir epiſtolam b. Gerh. *van Maſtricht*, quae agit de eius cura circa opus Placcianum & reperitur in b. Sturmii *introd. in notit. rei litter.* p. 339. ſq. inſeruiſſet praefationi ſuae editionis.

uid. cel. Goettens jetztleb. gelehrt. Europa part. 1. pag. 44. ita & optime de Placcio meritus eſt, quod edendi eius denuo operis curam in ſe ſuſcepit. De ceteris b. Placcii meritis taceo, quae uberrime cognoſci poſſunt, ex uitae eius deſcriptionibus, per uarios exaratis. Nimirum a b. Adolph. Clarmundo i. e. Ioh. Chriſtoph. Rudigero *in uitis clariſſimorum uirorum;* a (Niceronio) in *Memoires des Hommes illuſtres* Tom. 1. p. 185. ſq. celeb. Stollio in der Hiſtorie der Gelahrheit p. 46. & 677. im allgemeinen Hiſtoriſchen Lexico (Buddei) & praeſertim in uita eius editioni Theatri anonymor. & pſeudon. 1708. in Fol. Hamb. curatae, praemiſſam. it. *dans la Bibliotheque univerſelle de Mr. le Clerc.* Tom. 2. p. 385. ubi & eius Theatrum anonymorum recenſetur. Placcium igitur non immerito inter magnos hiſtoriae litterariae cultores refert celeb. Lilienthal in additionibus ad b. *Struuii introduct. in notit. rei litterariae* p. 8. cum qua pagina conferendae ſunt p. 63. 68. 436. 739. quae etiam de meritis Placcii in Hiſtor. litterariam nos edocent. Cui etiam Hamburgenſis Bibliotheca publica Gymnaſii multum debet, quippe cui Placcius bibliothecam

thecam ſuam legauit uid. b. Struuii *introd. in notit. rei litterar.* p. 345. qui & p. 744. dolet, *tam inſignem rei litterariae theſaurum*, Placcii nimirum opus, tot annos iacuiſſe, prius quam noua, multoque auctior 1708. prodibat editio, quam curae potiſſimum, b. Gerhardi van Maſtricht, Syndici quondam Bremenſis celeb. debemus, cui Placcius annotationes ſuas commiſerat edendas, & ipſe Maſtrichtius plurimas addidit, aliosque ut idem facerent excitauit. uid. b. Struuius l. c. p. 340. ſqq. Huic Placcii Theatro anonymorum & pſeudonymorum in edit. 1708. addita ſunt uaria ſcripta eiusdem argumenti, antea ſeorſum a ſuis auctoribus edita & quidem. 1) Ioh. Deckherri *coniecturae* (a) *de Scriptis adeſpotis, pſeudepigraphis & ſuppoſititiis cum additionibus uariorum.* 2) Pauli Vindingii (b) epiſtola ad Deckherrum *de ſcriptis quibusdam adeſpotis.* 3) Petri Baelii epiſtola ad Theodorum Ianſon. ab Almelgveen *de ſcriptis adeſpotis.* 4) Friderici Geisleri diſ-

b ſertatio

(a) De cuius opuſculi ualore uberius diſſerit celeb. Pet. Bayle dans *ſes Lettres choiſies*, Tom. 2 p. 477.

(b) Huic & Baylio Deckherrus quandoque reſpondet, quandoque ſua emendat in *conſultationibus forenſibus* Francof. 1691. in 4. praeſertim in *Dialogo exſule de iactura temporis.*

ſertatio *de nominum mutatione & anonymis ſcriptoribus.* 5) D. Ioh. Frider. Mayeri epiſtolica diſſertatio ad Vincentium Placcium, *qua Anonymorum & pſeudonymorum farrago obiter indicatur.* 6) Quod ad ſcripta Rabbinica attinet, totum inſeruit *Spicilegium librorum anonymorum & pſeudonymorum Rabbinicorum* a M. Gabriele *Groddeckio* (c) adornatum & notis doctiſſimis *Edzardianis,*

(c) Optandum autem eſſet, ut & *Hexecontas Pſeudonymorum hebraicorum* Gabrielis Groddeckii inſerta eſſet Theatro Placciano, & Andr. Charitius *de uiris eruditis, Gedani ortis* duo ſcripta confundere uidetur p. 83. affirmans hanc Hexecontadem inſertam eſſe Placcio. Nam anonymorum quidem Spicilegium, (quod etiam celeb. Dau. Millius *catalectis ſuis Rabbinicis*, Vltraiecti 1728. in 8. inſeruit) pluribus ante annis a Groddeckio cum Placcio communicatum & aliorum obſeruationibus auctum, quod ex praefat. b. Ioh. Alb. Fabricii patet, inſertum eſt Placcio, non autem Hexecontas Pſeudonymorum, in qua Pſeudonymi tantum comparent. Fit quidem interdum etiam in Spicilegio anonymorum mentio Pſeudonymorum, ſed collatione inſtituta, in Hexecoňta de hac & plures exſtare & de nonnullis eorum rectius & plenius praecipi cognouimus, quam quidem in Spicilegio anonymor. apud Placcium factum eſt. De *Groddeckio* eiusque ſcriptis lege Charitium l. c. Dan. Frider. Poenmanni *uitas uirorum clariſſimorum* n 15. add. Ephraimi Praetorii *Athenas Gedanenſes* p. 155. und die neue Hälliſche Bibliothec. part. 2. p. 181. Celeb. quidem Wolfius in Biblioth Hebraica uol. 4. multos quoque in medium protulit anonymos Hebraicos, illos autem rariſſime detexit, quod maioris fuiſſet utilitatis, quam nudo apponere librorum anonymorum titulos.

dianis, *Normannianis*, aliiſque illuſtratum. Adriani Bailleti *Liſte des Auteurs deguiſés* ſuo loco ſparſim in anonymis & pſeudonymis excerpſit & inſeruit Placcius, ut ipſe fatetur n. 2292. β. inter anonymos. Item Pauli Colomeſii *decouverte d' auteurs cachés* quoad anonymos & pſeudonymos excerpſit & debito loco in opere ſuo collocauit. Rhodii etiam *catalogum auctorum ſuppoſititiorum, cum annotationibus* editum in uſum ſuum conuertit & ſub debitos titulos retulit, & Petri Scauenii *catalogum auctorum, qui ſuppreſſo, uel ficto nomine prodierunt*. It. Ioh. Petri Iac. Villanii (i. e. Angeli *Aproſii*) *Viziera alzata*, ſiue *Laruam detractam*, (a) ut uberius docetur in praefatione, a b. Ioh. Alb. Fabricio editioni Theatri anonymor. & pſeudonymor. 1780 in Fol. praemiſſa. Poſt opus Placcianum prodiit Pet. Dahlmanni Schauplatz der masquirten und demasquirten Gelehrten Leipz. 1710. in 8. 2 Alph pl. 17. Qui autem Placcium tantum in compendium redigere, non ſupplere, uel emendare

(a) Cuius pars I. 100. Pars 2. 50. anonymos Italos continet pro & contra Ieſuitas. Scaligerum & Scioppium, de quo opuſculo b. Struvius in *introd. in notit. rei litter.* iudicat p. 746. illud potiſſimum profectum eſſe ab Antonio *Magliabechio*, & raras continere obſeruationes.

dare uoluit ideo etiam b. Struuius *in introd. in notit. rei litter.* p. 746. recte compendium operis Placciani uocat. Nam a capite ad calcem cum Placcio contuli, & ita ſe rem habere expertus ſum. Deckherrum & Bailletum, in Placcio ſimul exſtantes etiam excerpſit Dahlmannus. Quid quod multis in locis recte a Placcio prolata deprauat, (quod & obſeruauit cel. Heumann. *in uia ad Hiſt. litterar.* p. 108. edit. 1718.) pauciſſima ſcripta recentiora, potiſſimum politica addit indicante b. Struuio, ſed ne unicum quidem apud Dahlmannum inueni, qui non iam exſtet in Placcio, addere quidem uoluit, ut ipſe in praefatione meminit Dahlmannus, plures quam 100 auctores anonymos & pſeudonymos, ſed quia antea ab auctoribus illorum adhuc uiuentibus ueniam impetrandam eſſe putabat ad uerorum illorum nominum, detectionem, quod deſtinarat, perficere non potuit. Interdum uberius de libris agit, quos Placcius attigerat e. g numerum 2628 Anonym. ap. Placcium Dahlmannus p. 884 - 894 uerboſius exponit, it. numerum anon. 2123. Dahlmannus p. 694 - 709. pluribus uerbis explicat. it. num. 2474 anon. coll. p. 823 - 831.

ap

ap. Dahlmann. & num. 2656. γ. anon. coll. p. 900 - - 914. ap. Dahlmann. it. num. 2817. coll. p. 320. in Dahlmanno. Interdum etiam breuibus contenta ſcriptorum anonymorum, quos attigerat recenſet, quod omnino laudandum eſt, plerumque tamen nuda tantum apponit auctorum nomina, cetera omnia praetermittens. Placcium tamen in meliorem ordinem a Dahlmanno redactum eſſe fatetur Reimannus l. c. Dictionem autem hybridam & monſtroſam & inciuilem uocat. e. g. Es ſind ſolche ſcripta, welche mit fingirten monſtreuſen Namens-Larven mundiret, coloriret und vorgeſtellet worden, und die liſtiglich einem Auctoritaetiſchen Scriptori angedichtet ſind. Placcium ſaepe non recte exſcripſit, uitia eius typographica reſeruauit, & eum coecus ſecutus eſt, nec eius naeuos correxit, (a) quod ita in

 prae-

(a) Quem ideo tecto licet nomine (dicit enim *nonnemo*) perſtringit celeb. Heumann. in *ſchediasm. de anon. & pſeudon. Part. 2.* cap. 2. §. 15. illumque non recte aſſecutum eſſe mentem Placcii contendit & ignorantiam ſuam in lingua latina prodidiſſe, quod & confirmat cel. Reimann. in *catal. litterario* p. 579. ſcribens: Inſcriptio, imago aeri-inciſa, perſonae in hoc theatro productae pleraeque omnes deſumtae ſunt ex Placcio. Et facile daremus auctori ueniam, ſi ea petiiſſet ex hoc promo condo, quae uera ſunt & cum Hiſtoriae legibus

praefatione excuſare conatur: Sic ubi lapſus ſit, hoc non ſibi, ſed illis potius, quos ſecutus eſſet, tribuendum eſſe, ſe tamen non coecum aliorum fuiſſe imitatorem, ſed uaria ſecundum probabilitatem accuratius examinaſſe. In praefatione ſua plurima de ſcriptis anonymis & pſeudonymis apud Graecos deſumſit Dahlmannus (a) ex praefatione b. Joh. Alberti Fabricii ad editionem Theatri Placciani 1708. in Fol. edit.

Poſt Dahlmannum cel. HEUMANNUS 1711 primam ſchediasmatis ſui de ano-

consentiunt; Sed promiſcue arripuit, quae uera & falſa ſunt, nullo habito diſcrimine, ipſa etiam interdum menda typographica. Immo commenta nonnunquam commentis adauxit. Et ea transſcripſit in ſuas tabulas, quae non aſſecutus eſt ſatis, uel quae opinionis errore ſibimet ipſi confinxit. Cuius generis Sphalmata ei praeter Heumannum l. c. exprobrat auctor der neuen Hälliſchen Bibliothec part. 4. p. 289. ſq & alii. Ideo dubitamus ueram fuiſſe cauſſam, quam reddit auctor in praefat. cur compendium lingua potius germanica, quam latina conſcripſerit, quia nimirum, ut ille tradit, lectores germanica lubentius legerent, quam latina.

(a) Quod temperamenti ſanguinei fuerit Dahlmannus facile crediderit, qui in praefat. eius leget locum de obtectis feminarum pectoribus. De Dahlmanno conferri meretur die neue Hälliſche Bibliothec uol. 1. p. 289. ſq.

anonymis & pſeudonymis (a) editionem Ienae in 8. pl. 13. publici iuris fecit & maxime in praeſcribendis regulis quomodo auctores anonymi & pſeudonymi felicius detegi queant occupatus fuit. Nouorum ab eo detectorum anonymorum & pſeudonymorum numerus ultra octoginta non procedit & breuiſſimis tantum illos plerumque attingit. Praeſer-

(a) Recenſetur hoc ſchediasma cum laude in Clerici *bibliotheque choiſie*, Tom. 25. quedam in illo emendanda duxit celeb. Reimannus *in catal. bibl. theol.* p. 134. & ceterum de eodem ſchediasmate ita iudicat: *Multa ac uaria in illo eſt lectio & ornata dictio & liberalis iudicandi ratio. Sed quae interdum longius exſpatiari uidetur, quam rerum ſubiectarum ratio permittit; Variorum inde decretorum mater, quae non extra omnem dubitationis aleam poſita uideri queant.* add. celeb. Stollii Hiſtorie der Gelahrheit p. 53. 54. Multa adhuc alia diaria litteraria honorificam huius ſchediasmatis mentionem faciunt, quorum loca annotaueram quidem olim, ſed neſcio quo caſu iſta deſignatio perüt, ut alia occaſione ea ſupplere teneamur, quae iam inuiti omittere cogimur. Ceterum eius *conſpectus rei publicae litterariae* & *Poecile* ex merito laudantur & commendantur a b. Colero in notis ad *introductionem* b. *Struvii in notit. rei litterar.* p. 129. & 519. quocum conferatur Reimann. *in catal. litter.* p. 485. De ceteris innumeris & eximiis huius uiri meritis taceo, breuibus, ſed uerissimis uerbis cel. Reimanni *ex catal. litterario* p. 163. utens, qui ita habet: *Huius* (ſcil. Heumanni) *auctoris nomen dixiſſe laus eſt.* Breue quidem ſed illuſtre elogium, de eruditione huius uiri, omnibus probata, luculentum perhibens teſtimonium.

tim in hoc ſchediaſmate laudandum eſt, quod celeb. auctor diligentius, quam alii cauſas inueſtigauerit, cur hic uel ille anonymus, aut pſeudonymus, nomen ſuum uel reticuerit, uel fictum adſciuerit. Varii quidem poſt hoc idem argumentum lucubrationibus ſuis locupletare ſpoponderunt, ſed aliis forſitan occupationibus impediti promiſſis ſuis huc usque non ſteterunt. Inter quos eſt Serpelius, qui uaria quidem ſine dubio haud inutilia ad notitiam anonymorum & pſeudonymorum collegit, ſed ab ipſius Filio ante quosdam annos edoctus ſum, iſta collectanea prelo nondum commiſſa eſſe, nec forſitan etiam unquam commiſſum iri. Quae Paulus *Colomeſius*, Thomas *Hyde*, Gerh. Ioh. *Voſſius*, Serpilius circa anonymos & pſeudonymos detegendos, polliciti erant, ſed nihil promiſſis ſuis ſatis dignum exhibuerunt, legi poſſunt in der Vergnügung müſſiger Stunden part. 7. p. 38. Nam Voſſii collectanea de hoc argumento perierunt, uid. in b. Ioh. Alb. Fabricii praefat. ad Placcium 1708 editum, quibus tantum addo Proſperum Mandoſium in *Galleria di Minerua* Tom. 2. p. 21 magnum etiam opus anonymo-

nymorum & pſeudonymorum promiſiſſe. Nota mihi quidem adhuc ſunt quaedam, quae ante editionem Placcii 1708. in fol. per Ioh. Alb. Fabricium curatam, de anonymis & pſeudonymis impreſſa prodierunt, adeoque huic editioni adiungi potuiſſent, ſaltim ego illa meae Anonymorum Bibliothecae uel ſparſim inſeruiſſem, uel addidiſſem, quia ad ſupplendum Placcium faciunt; ſed illorum copia mihi fieri non potuit, uaria licet adhibita, ut illis potirer, opera, adeo ut ad aliam occaſionem illorum repetitam publicationem differre cogar.

Nunc demum progredimur ad uberiorem rationem reddendam, quid in noſtra Bibliotheca anonymorum & pſeudonymorum praeſtiterimus. Impenſa autem noſtra in hanc Bibliothecam opera conſiſtit potiſſimum in eo

1) Vt anonymos & pſeudonymos, a nobis, ex uariorum per 12 ſaltim annos librorum lectione collectos, cum anonymis & pſeudonymis, in Placcio & Heumanno iam detectis, contulerim, & ſi plurima ab illis iam annotata deprehendebam, expunxerim ea, quae in chartam conieceram, uel ſepoſuerim, ſi ad illuſtra-

 tionem,

tionem, confirmationem, emendationem, uel ſupplementa dictorum Placcii facere poſſe animaduertebam, ut forſitan aliquando nouae editioni Placcii inſerantur. Quantum autem temporis collatio anonymorum & pſeudonymorum, multas centurias ſuperantium mihi abſumſerit, optime mihi conſtat, alii autem non adeo operoſam fuiſſe hanc occupationem forſitan ſibi perſuadebunt; hi autem proniores erunt ad fidem, uerbis meis habendam, ſi conſiderauerint, me non ſemel, ſed ſaepius totos articulos, a Placcio & Heumanno pertractatos, attente perlegere debuiſſe, ne dicta dicerem. Imminutus hoc modo ualde eſt anonymorum & pſeudonymorum, quos ante collationem collegeram numerus, & ultra ſexcentos expunxi, ne prolata denuo proferendo moleſtus fierem; cur autem interdum pauciſſimos, denarium numerum uix excedentes, denuo recenſuerim, quorum iam a Placcio ex parte aliqua mentio facta erat, cauſſam ſupra a me huius redditam eſſe, memineris rogo, *Lector beneuole.*

2) Quod multa incommoda, quae Placcianum opus premunt, euitare ſedulo ſtuduerim & quidem

(1) Quia

(1) Quia a uariis Placcio obiectum uidebam, multa in illo eſſe inutilia & ſine neceſſitate cumulata excerpta, quae molem eius nimium auxerint, attente circumſpexi, ne idem mihi exprobrari poſſit. Ideo ex aliorum ſcriptis ea tantum excerpſi, quae ad Hiſtoriam uel auctoris, uel libri & editiones, item ad contenta libri penitius introſpicienda faciebant.

(2) In Placcio unus idemque liber ſaepius iisdem uerbis interdum recenſetur, praeſertim in anonymis, adeoque crambe bis & pluries cocta apponitur, quod uberius docebo, ſi emendationes ad Placcium lucem uiderint; hoc autem inde ortum eſſe puto, quia Placcius non ſolus hoc opus concinnauit, ſed plures laboris ſocios habuit; (a) facile igitur fieri poterat,

---

(a) Qui recenſentur partim in praefatione b. Ioh. Alb. Fabricii, editioni Placcii 1708. in Fol. praemiſſa, partim in *Actis eruditor. Lipſ. latin.* 1709 inter quos tamen omittitur Ioh. *Fabricius*, abbas Helmſtadienſis, qui aegre tuliſſe uidetur, quod inter illos, qui ad Placcianum opus ſuas contulerunt ſymbolas, non ſui mentio facta fuerit, ideo in *hiſtoria biblioth. ſuae part.* 5. p. 411. ſcribens: *Noui & ego aliquem*, (Phraſi Paulina utens: Ich kenne einen Menſchen 2. Cor. 12, 2. & ſine dubio de ſe ipſo loquens) *qui ſymbolam ſuam uiro illuſtri Gerhardo van Maſtricht miſit, ab eo poſtea cum ſua Hamburgum curatam, nominare autem eum uerecundia prohibeor.*

rat, ut diuerſi auctores unum eundemque librum deſcriberent, quorum ſymbolas non accurate perluſtrans Placcius & alii, qui editionem huius operis curabant, diuerſis in locis repetebant, quae iam antea dicta erant, praeſertim cum libri non accurate ſecundum ordinem alphabeticum collocati ſint, qua collocatione facilius repetitioni eiusdem libri obex figi poteſt, ſed quia non ſine moleſtia ſecundum ordinem alphabeticum libros anonymos & pſeudonymos collocaui, ideoque accuratius libros, ab una eademque uoce incipientes, e. g. Chronica, Hiſtoirias, Abregé &c. conferre potui, ne mihi ex ſimilitudine tituli improuiſo & inuito obreperet unius libri, aliquoties repetendi, occaſio, & quia etiam ſolus fere hanc concinnaui Anonymorum & Pſeudonymorum Bibliothecam, uel ſaltim aliorum ſymbolas antea, quam inſererem, perluſtraui circumſpiciens, num forte iamdum ipſe hunc librum in ſchedis meis deſcripſerim, non tam ſaepe quam Placcius in hoc momento me impegiſſe credo; ſi autem forte exoſcitantia praeſertim in libris, eodem titulo incipientibus & longa ſerie occurrentibus id factum

fue-

fuerit, ueniam a TE, *Lector beneuole*, ideo me impetraturum fore credo, quia me inuito obtigit, & reuera etiam haec repetitio non nocet, ut de repetitionibus Placcii in praefat. ſua iudicat Dahlmannus l.c. ſed lectores magis tantum confirmat, praeſertim cum ſaltim alia teſtimonia in ſubſidium uocata fuerint & alia rem circumſtantia occurrant. Si igitur tibi non moleſtum eſt e.g. Hiſtoriam eccleſiaſticam Sec. 16. poſt Chriſtum natum, uel doctrinam de angelis, diuerſis in compendiis uel ſyſtematibus Hiſtoriae eccleſiaſticae & Theologiae dogmaticae perlegere, moleſtum etiam forſitan tibi non erit, ſi unius libri, uel auctoris pluries mentionem fecerimus.

(3) Placcius & eius cooperarii titulos librorum cuiusuis idiomatis non mutare uel in aliam linguam transferre debuiſſent e.g. Anonymorum gallicorum, germanicorum, anglicorum &c. titulos latine & quidem ſaepius nimis libere uertit, atque in indicem latinum retulit, cum conſultum fuiſſet, titulos ſine ulla mutatione reſeruare, alioquin libri gallici, angli &c. non niſi difficillimo negotio in indice reperiri poterunt, quia lector non ſemper accu-

accurate ſcire poteſt, quaenam uox latina in locum uocis gallicae, ab interprete latino ſit ſubſtituta, nam una uox uariis modis ſaepe exprimi poteſt, e. g. Abregé Interpres latinus uertere poteſt per *Epitomen*, *Compendium*, it. *Dialogue* per *Dialogum*, uel *colloquium* &c. quomodo, ergo accurate coniicere poteſt lector, num ſub uoce *Epitome*, uel *Compendium* reperturus ſit quaeſitum librum, praeſertim cum non ſemper uox primaria tituli, ſecundum quam index formari ſolet, ab initio fuerit poſita per Placcium, ſed poſt unam demum alteramque uocem accidentalem uti uocant, interiectam. Epitheta etiam facile hoc modo confundi poſſunt & aliud ſynonymum minus huc quadrans, ſubſtitui, uel uoces transponi, quae omnia confundunt lectorem; nam ſi hic ad indicem recurrit, & ſub illo latino titulo, quem gallico reſpondere putat, non inuenit, librum, arbitratur, plane hunc librum in opere Placcii non exſtare, licet reuera in illo reperiatur, ſed non debito loco collocatum, nec ſub congruum titulum relatum. Vel facile etiam accidere poteſt, ſi uerſio latina nimis eſt libera, nec in omnibus ſatis accurate titulo gallico reſpon-

reſpondet, ut hoc modo diuerſos libros eſſe putet, qui prorſus conueniunt. Hoc incommodum euitauimus librorum gallicorum & germanicorum titulos in ſua lingua adducentes, ut facillime ſecundum ordinem alphabeticum reperiri queant.

(4) Placcius ſaepiſſime decurtatos librorum titulos appoſuit, nos integros, quia tituli plerumque de ſcopo & potioribus libri contentis edocere poſſunt, ſi integri apponuntur.

(5) Placcius raro uariarum editionum, quae de his uel illis libris anonymis & pſeudonymis prodierunt, mentionem facit, nos ſaepiſſime; indicata etiam ſubinde harum, uel illarum editionum differentia, mutilatione, augmentatione, raritate.

(6) Placcius & eius ſocii non e re eſſe putarunt, ſcriptorum, qui contra hunc, uel illum librum anonymum & pſeudonymum publicata ſunt, iniicere mentionem, ſed quia anonymi & pſeudonymi libri plerumque periculoſa argumenta continent, ideoque lectoribus incautis facile imponere poſſunt, maxime neceſſarium arbitrabamur, quoties fieri poterat,

rat, ſcripta antagoniſtarum ſimul tanquam antidotum allegare, ad quod recurrere queant lectores, ſi forte ipſi ſuis armis anonymorum & pſeudonymorum periculoſorum fucum, fraudes & impoſturas non debellare poſſent, ne uenenum incauti imbiberent. Facit etiam ſcriptorum contrariorum allegatio quam maxime ad hiſtoriam libri & controuerſiae, ideoque etiam hanc ob cauſſam ſicco pede tranſiri non poterant. Omnia autem ſcripta, quae contra hunc uel illum librum anonymum & pſeudonymum proſtant, proferre in medium, cancelli, intra quos tenere nos conſtitueramus, non permittebant, ſufficere igitur nobis uidebatur potiora tantum indicare & quae auctoribus anonymis & pſeudonymis directe oppoſita ſunt, omiſſis illis, quae indirecte & non data opera contra illos diſputant.

(7) In Placciano opere de uita & fatis auctorum non adeo frequens fit mentio, ſed quia haec Hiſtoriae libri multum lucis affundere ſolent, de iis conquirendis quam maxime fuimus ſolliciti.

(8) Contenta & ſcopum librorum raro indicat Placcianum opus, nos fere ubique, ut

ut de pretio & utilitate, quin & futilitate ſcriptorum aliquando, ferri & formari queat iudicium.

(9) In allegandis locis, ubi libri anonymi & pſeudonymi recenſeantur, nimis fuit parcus Placcius, nos longe largiores & uerboſiores, partim ut ex uariis eiusmodi librorum recenſionibus uaria auctorum de hoc, uel illo libro iudicia cognoſci queant, partim ut facilior ad Hiſtoriam & contenta librorum panderetur uia & lectores acumen, induſtriam atque doctrinam ſuam exercere poſſint in conciliandis librorum recenſionibus, ſaepiſſime ſibi ualde aduerſantibus.

(10) Tituli librorum Rabbinicorum neque hebraice, neque latine uerſi, nec eorum auctores detecti in indicem generalem, quod fieri debuiſſet, ſunt relati, & index, qui huius ſpicilegii fini adhaeret, uarios auctores detectos omittit.

(11) Interdum nomen auctoris detecti non adducit Placcius, (e. g. n. 2198. 2412. ubi de *Refuges* uidetur eſſe nomen appellatium, non proprium, add. Sorel *Bibliotheque Françoiſe* p. 57. & 68.) quod a nobis factum eſſe non meminimus.

(12) Interdum titulos librorum latinos miſcet inter gallicos e. g. num. 2271. 2277. 2286. 2310. a quo naeuo etiam nos liberos eſſe credimus. Alia autem eſt ratio, ſi liber diuerſis in linguis e. g. gallice & latine prodiit, tunc omnino propter auctorem gallicum anonymum inter anonymos gallicos; propter interpretem autem latinum anonymum inter anonymos latinos referri debuit.

(13) Tituli librorum pſeudonymorum in Placciano opere non ſunt in indicem relatae, quod maxime neceſſarium erat, quia indicis rerum uices talis deſignatio ſuſtinere potuiſſet. Facilius etiam memoriae hoc modo foret conſultum, quod ſi quis pſeudonymi cuiusdam nomen oblitus, & materiae, de qua ille egit, tantum recordatus eſſet, tamen ope indicis realis ſimul nomen pſeudonymi reuocauotuiſſet in memoriam.

(14) Omiſſus eſt in opere Placciano index rerum, qui magno uſui hiſtoriae litterariae amatoribus eſſe potuiſſet, ideo nec Heumanni nec noſtrum ſcriptum tali comodo priuare uoluimus utrique non ſolum indicem auctorum, ſed & indicem auctorum, ſed & indicem rerum addentes.

(15) Quia

(15) Quia anonymorum & pſeudonymorum librorum tituli ſaepe in diuerſis editionibus mutantur, haec etiam mutatio a Placcio & eius ſucceſſoribus debuiſſet annotari & diuerſi tituli in indicem fuiſſent referendi, ut aliquis ſiue priorem, ſiue poſteriorem libri titulum reſpiciens, utroque modo ſuo loco reperire potuiſſet librum.

(16) Inter anonymos gallicos librorum titulos ſaepe tantum latinis, non gallicis uerbis adduxit e. g. num 2137. (α) anonym. 2145. 2171. (α) 2169. 2160. 2156. 2186. 2185. 2184 (γ) 2184 (β) 2176, 2177, 2174, 2175. 2190, 2190. (α) 2192, 2194, 2197, 2197 (α) 2199, 2199 (α) 2200 (α) 2201, 2206 αα 2209, 2212 2213 (α) 2214 (β) 2223 (α) 2228. &c. Quod & ego euitaui.

(17) Placcius nunquam fere indicauit, quibus in collectionibus haec uel illa ſcripta anonyma, aut pſeudonyma reperiantur, ſed & hoc praetermittere nolui, ut collectionem talem poſſidens, ſcire poſſit uerum auctorem, & ut etiam ſcriptum anonymum & pſeudonymum, praeſertim rarius, ſi non ſeorſum, in collectione ſaltim quadam reperiri & legi poſſit.

 (18) Plac-

Digitized by Google

(18) Placcius anonymos obiter detectos, & de quibus non peculiarem concinnauit articulum non retulit in indicem uid. n. 1168. n. 1. ſq. it num. 2471. anon. ubi ſunt libri, a *Friſchmanno* ἀνωνύμως editi, ſed in indicem non relati. ego autem hoc feci, uid. in Bibliotheca mea anonymor. ſub tit. *Remarques pour ſervir*, coll. tit. *Obſeruationes*, ſeu *reſponſio* it. ſub tit. *Intrigues amoureuſes* coll. indice. Nam ſufficit, auctorem detectum eſſe, ſiue obiter, ſiue uerboſius id factum ſit, adeoque etiam in indicem anonymorum detectorum referri meretur.

(19) Placcius & eius in labore ſocii ad pſeudonymos perperam retulit, ſi quis nomine miniſterii, uel collegii librum quendam edidit e. g. Ioh. Aepinum inter pſeudonymos refert num. 1285. & 1286. quia ſub nomine *Miniſterii Hamburgenſis* & *concionatorum Hamburgenſium* uaria edidit ſcripta, ſed tales ſcriptores rectius ad anonymos referri poſſe credidi, quia non falſum mentiti ſunt nomen, quod pſeudonymorum character eſt, ſed tantum non deſtincte indicarunt, quis ex hoc, uel illo collegio huius, uel illius ſcripti ſit auctor, quae ſpecies occultandi

di nominis ſine dubio non ad pſeudonymos, ſed ad anonymos pertinet, nam generale tantum, non ſpeciale indicatur nomen, & quia lector de uero auctore in ſuſpenſo relinquitur, ideo talis liber & auctor, anonymus, non pſeudonymus dici meretur; Plerumque etiam illi qui nomine collegii cuiusdam ſcriptum quoddam exarant, ſunt ex illo collegio. Si autem ad pſeudonymos referrentur, tunc aliquis cogitare poſſet, eos extra, non intra illud collegium, uel miniſterium fuiſſe, ſub cuius nomine ſcriptum prodiit, ideoque errori in hiſtoria litteraria panderetur uia.

(20) In Placcio ſaepe omittitur locus, annus, forma, magnitudo impreſſi libri, quae omnia ſtudioſe annotauimus, quia ad rectam libri cognitionem ſine dubio requiruntur.

(21) Placcius nimius eſt in coaceruandis aliorum de auctore quodam anonymo, uel pſeudonymo teſtimoniis, cum tamen multa teſtimonia ſaepe unum idemque contineant & alterum alteri nullum addat pondus. Nos ex multis teſtimoniis ualidiora tantum appoſuimus, cetera praetermittentes, quia nihil ad probationem faciebant.

(22) Taceo diſcrimen typorum, quod multum ad perſpicuitatem confert, nimium neglexiſſe Placcium, ſed nos de illo obſeruando eo magis fuimus ſolliciti.

Inter naeuos autem Placcii non referrem, ut fecerunt alii, e. g. auctores *des Memoires de Trevoux* an. 1718 menſ. April. [n. 3.

1) Quod ſcripta quaedam e. g. *Geisleri, Deckherri* &c. quae ſupra nominauimus, ſubiecta ſint fini operis eius, & praeterea etiam eorum libri anonymi & pſeudonymi in Theatro ſparſim debito loco ſecundum materiam, de qua agebant, collocati, nam alterutrum ſuffeciſſe forſitan putabunt nonnulli; uerum enim uero curatores operis Placciani & famae auctorum, ſcripta eorum integra inſerendo, & campo diſciplinarum amplificando proſpicere uoluiſſe credimus, dum ex iſtis auctoribus libros ſingulos quemlibet ſub certos diſciplinarum titulos retulerunt; ſi enim libros theologicos, ex Deckherro &c. non collocaſſent inter libros theologicos in ipſo opere Placcii occurrentes, multorum librorum egregiorum theologicorum non haberemus notitiam, uel ſaltim magno labore illos ex Deckherri &c. ſcriptis ſeligere cogeremur], quia libri theologici, iuridici &c. promiſ-

miſcue in illis ſuppeditantur, quemadmodum igitur in bibliotheca quadam publica ſaepe fieri ſolet, ut bibliothecae aliae, quae legato illi acceſſerunt, ſecundum corpora ſua integrae relinquantur & tamen deinde etiam in peculiares catalogos ſecundum diſciplinas propter utilitatem referantur, ita & hic parem rationem & conſilium aeque ac illud non improbandum eſſe cogites. Ideo eundem tramitem cum Placciani operis curatoribus calcauimus adiicientes ſub finem Bibliothecae noſtrae integrum Starckii *de Obſcruatoribus Halenſibus* ἐπίμετρον & Baylii de anonymis & pſeudonymis epiſtolam.

2) Immerito quoque Placcio ab auctoribus *des Memoires de Trevoux* anno 1718. menſ. Aprili n. 3. exprobrari putamus, quod eius operi magnus numerus ſcriptorum inſit, quae nemo unquam legeret, (1) & quorum auctores non mererentur detegi; (2) item libros immiſceri, quorum ſubſequentibus editionibus auctorum nomina eſſent praemiſſa, (3) & ſcriptores biblicos (4) & eccleſiaſticos anonymos & pſeudonymos ſub aliam plane claſſem pertinere. Placcium quoque coniecturis

ris ſuis deceptum (5) & ab aliis in errorem inductum eſſe. (6) Ad primam & ſecundam obiectionem pro Placcio & eius ſucceſſoribus reſponderi poſſe puto. Placcium explere uoluiſſe partes Hiſtorici, qui bona & mala, uti ſcil geſta ſunt, exponit, & etiam minutias interdum non omittit, eo conſilio, ut alii facilius cognoſcant, ſe omnem adhibuiſſe in inueſtiganda rei ueritate diligentiam; ita & Placcius ſcripta exigua non plane praeteriri poterat, praeſertim quia haec facilius quam ſcripta magnae molis obliuioni traduntur, adeoque magis opus habent, ut in hiſtoria litteraria eorum memoria quodam modo conſeruetur; interdum etiam parua ſcripta ob raritatem & argumenti praeſtantiam ſpiſſis operibus praeſtant, & quis denique uniuerſalem agere uult & poteſt iudicem atque arbitrum, ut edicat, hoc ſcriptum nulla prorſus ex cauſſa attingi meretur; hoc ſi quis arrogare ſibi uellet, temeritatis forſitan non iniuſte poſtularetur. Ideo & nos non tantum magnae molis operibus, ſed & interdum ſcriptis paucarum plagularum in collectione noſtra conceſſimus locum. Ad 3 obiectionem reponimus, propter poſſeſſores, qui ano-

anonymam editionem poſſident a Placcio, & a nobis id factum eſſe & ob libri hiſtoriam id fieri debuiſſe, ne quis putet, hunc uel illum librum nunquam fuiſſe anonymum; item, quia nemo ſcire poteſt, an omnibus ſit notus auctor. Ad 4 Scriptores biblici & eccleſiaſtici anonymi cur omittendi fuerint in Theatro Placcii non uidemus, licet fateamur, multos illorum ad ſcriptores potius ſuppoſitios (qui utique differunt ab anonymis & pſeudonymis,) ut infra docebimus, quam ad anonymos & pſeudonymos pertinere. Ad 5 & 6. reſpondetur, hoc eſſe commune omnium hominum uitium, quorum nullus ab erroribus eſt immunis, & ipſi auctores *des Memoires de Trevoux* a naeuis non ſunt liberi & in errores ab aliis inducti, mitius ergo iudicare debuiſſent de Placcii labore, praeſertim uaſtiſſimum, in quo Placcius uerſatur, campum, & difficultatem argumenti conſiderantes.

Nec Placcio & ſucceſſoribus eius uitio uertendum eſt, quod interdum auctores non expreſſe, ſed obſcure tantum indicauerint, e.g. n. 2135. anon. *Parochus quidam ad S. Mederici* n. 2139. (α) *Epiſcopus Senonenſis* n. 2190. (β) *Epiſcopus Tornacenſis*

 n. 2248.

n. 2248. *par un Religieux de la Congregation de Saint Maur* n. 2257. *diſcipulus Pajonii* n. 2269. *Catholicus romanus* &c. Nam licet adhuc in eiusmodi deſcriptionibus lateat obſcuritas, tamen maior adeſt perſpicuitatis gradus, quam ſi talia prorſus non adiecta eſſent, & eiusmodi obſcura delineatio ſaltim alios, excitare poteſt, ut alacrius auctorem anonymum inueſtigare ſtudeant, ſi quaedam eius iamdum, e longinquo licet, perſpexerint ueſtigia, & hanc ob cauſſam interdum & nos hunc modum non prorſus neglexims, ſi ultra illum procedere & auctoris anonymi nomen diſtincte detegere non poteramus. Interdum etiam auctores adhuc uiuunt, & ſua potentia aliis, qui inuitos ipſos patefaciunt, nocere poſſunt, ut hi ad declinandum odium & periculum non aperti illos indicare, ſed obſcure tantum deſcribere debeant.

Quia igitur tam multa incommoda, quibus Placcianum opus adhuc laborat, (a) omni ſtudio declinaui & in opere meo ſu-

(a) Ideo tamen, *lector amantiſſime*, noli ſpernere Placcii labores, ſed certiſſime tibi habeas perſuaſum, exinde in numera egregia ad penitiorem librorum cognitionem hauriri poſſe. Naeui enim ex nullis libris plane exſulant, & tamen eiusmodi libri non prorſus negligi poſſunt, nec debent.

ſuſtuli, non negabis, *lector beneuole*, in multis bibliothecam meam anonoymorum & pſeudonymorum utilitate ſuperare, quod praefiſcine dixerim, Placcii opus, licet mole illo longe ſit inferius, & licet aliquis Placcium & Heumanni ſchediaſma non poſſideat, tamen bibliotheca noſtra eius uſibus inſeruire poterit, maior autem utique erit utilitas, ſi Placcium & noſtrum opus ſimul ſibi comparauerit, qua, ubi ille deſinit, ego incipio.

Sed ſimul etiam tibi reuoces in memoriam uelim, nos non exiguas tui cauſſa ſuſtinuiſſe moleſtias (1) in euoluendo toties & relegendo Placcio & Heumanno, quia nemo omnia anonymorum & pſeudonymorum, apud hos occurrentium, nomina in numerato habere poteſt.

2) In euoluendis tot litterariis diariis, quorum ſemper non exiguum numerum ad manus habuimus & ex illis fide digniora ſecuti ſumus; ex quibus tamen, ſi quartam, uel dimidam horae partem legendae librorum recenſioni impenderamus, non niſi unica modo lineola opus noſtrum augere poteramus, apporentes ſcilicet. *Recenſetur hic liber* &c. Interdum etiam fruſtra perrepebamus diarium, pu-

ex-

tantes nos aliquid ad ſcopum noſtrum ſpectans, reperturos & tamen ſaepe fallebat exſpectatio.

(3) In contrahenois auctorum dictis & reſecandis, quae minus ad rem pertinere cognoſcebamus ne ſcilicet tibi remotis a ſcopo tractationibus nauſea excitaretur.

(4) Quod multas librorum centurias(a) ad augendos & confirmandos anonymos & pſeudonymos noſtros perluſtrauimus, ex abſtruſiſſimis angulis eosdem in apricum protrahentes, & tamen interdum in quibusdam plane unllum, in aliis pauciſſima reperiebamus anonymorum & pſeudonymorum ueſtigia; ſpes ſaltim eiusmodi perſonas latentes detegendi nos ſaepiſſime permouit, librum quendam a capite ad calcem percurrere, num forſitan

(a) De quorum copia non eſt quod queramur, non ſolum enim publica, ſed & priuatae bibliothecae uſui noſtro patent, & librorum apparatus ad tale inſtitutum etiam requiritur. recte enim iudicat Mr. Bayle *dans la reponſe aux queſtions d'un provincial* ex ore alterius: Il *eſt bien vray, que celui, qui a entrepris de composer quelque oeuvre, ou deſcrire quelque hiſtoire - - il faut, que premierement devant toutes choſes il ſoit demeurant en un groſſe & noble cité, pleine de peuple & de grand nombre d'hommes, aimant les choſes belles & honeſtes, afin, qu'il ait abondance de toutes ſortes de livres & qu'en cherchant çà & là & entendant dire de vive voix beaucoup de choſes ſſ.*

tan incideremus in illos, quos quaerebamus, & hoc ſi non fuiſſet, librum forte nec oculis, nec manibus uſurpaſſemus.

(5) In conquirendis undique ex innumeris fere locis, rebus, quae ad hiſtoriam, editiones, contenta, fata, ad auctorum uitam, fata, merita ſpectabant.

(6) In conferendis inter ſe libris & auctoribus, ne, qui erant ſimiles & parum diſcrepantes, confunderemus.

(7) In diſcernendis uerſionibus ab originali librorum textu.

(8) In examinandis rem circumſtantibus & controuerſiis, num cum chronologia conuenirent prolata a nobis & aliis, in perlegendis auctorum, quibus ſcripta anonyma & pſeudonyma tributa uideramus uitis, ex quibus ut & ex ſedula hiſtoriae controuerſiarum conſideratione non raro plurimum ſubſidii hos habuiſſe fatemur. Nam non omnibus fidem habuimus, ſed ipſi in rei ueritatem inquiſiuimus, nolentes ſequi prouerbium illud *J' aime mieux le croire, que de l' aller voir*, quod allegat Mr. Bayle *dans la reſponſe aux queſtions d un provincial* cap. 47. p. 440.

(9) Quia uix in 12 uel 14 libris unus tantum uel anonymus, uel pſeudonymus

mus

mus detegitur, nam eorum inueſtigatio nimium negligitur, proinde ſe lectoribus non cateruatim offerunt, & ideo ex raritate materiae facile oriri poteſt taedium, & debita minui ſollicitudo.

(10) Quia non tot, quot Placcius nacti ſumus in laboribus noſtris liberales adiutores, & non ex totis anonymorum & pſeudonymorum collectionibus, e. g. Baillet *Liſte des Auteurs deguiſés* &c. uti Placcius, quod ſupra monuimus, ſed ex libris, non data opera de anonymis & pſeudonymis agentibus, ſparſim & per interualla conquiſiuimus.

Plura, quae difficultates & moleſtiam augebant, taceo; ne tibi uel hoc ipſo moleſtiam duplicem in legendo. Id unicum adhuc addentes, nos non ita ſenſiſſe, quod multi alii, qui cogitant. *Quod uenit ex facili ſatis eſt componere nobis,* nec nobis laudi duxiſſe, ſi praedicari de nobis poſſet, quod dicit Mr. Balzac lib. 23. lett. 12. *Bienheureux ſont ces Ecrivains - - qui ſans choiſir, écrivent tout ce, qu'ils ſavent.* Si autem ſcire cupis, qua ratione bibliotheca noſtra confecta ſit, habeto.

1) Nos, quae hinc inde in multis libris detectos deprehendebamus anonymos & pſeu-

pſeudonymos in ordinem redegiſſe, deinde apud alios plura conquiſiuiſſe teſtimonia & per 10 - 12 annos hanc telam pertexuimus, non tamen tanquam ἔργον, ſed tanquam πάρεργον ſuaſu Heumanni celeb. tractantes hoc ſtudium, nec magis neceſſaria ideo negligentes; ſed quia hoc modo tardius procedebat occupatio noſtra tandem per aliquod temporis ſpatium quasdam horas proſequendo huic rite labori deſtinare cogebamur, ut non exiguus anonymorum & pſeudonymorum exhiberi poſſit numerus, multarum rerum utilium uarietate & iucunditate ſtipatus. Secutus praeterea morem Hieronymi, qui *operis mei eſt*, inquit, *& ſtudii multos legere, ut ex plurimis diuerſos flores carpam, non tam probaturus omnia, quam quae bona ſunt, electurus. Aſſumo multos in manus meas, ut a multis multa cognoſcam, ſecundum illud, quod ſcriptum eſt: Omnia legentes, quae bona ſunt, retinentes.*

2) Ex ſymbolis etiam quorundam uirorum doctiſſimorum, praeſertim celeb. Heumanni, qui largiter nos collectaneis ſuis ditauit, & cui proinde obſeruantisſime & publice gratias agimus, huius uiri humanitatem & in iuuando promtitudinem

nem nunquam ſatis admiraturi & depredicaturi, collectionem noſtram locupletauimus. Multa etiam ex utiliſſimis cum magnif. *Stollio*, ſumme reuerendo *Zulichio*, uiris in hiſtoria litteraria, ſi quis alius, uerſatiſſimis, cognouimus colloquiis, quae in uſum noſtrum conuertere poteramus, nec non ex commercio cum uariis uiris doctis litterario. Et non raras, ſed frequentiores ad alios miſimus epiſtolas, ut ab illis aliquot anonymos & pſeudonymos arceſſeremus. Haec omnia maxima cum temporis iactura in lectorum noſtrorum gratiam facta ſunt.

Ad uſum, quem tibi praeſtare poterit Bibliotheca noſtra, quod attinet, monemus,

(1) Te talem forſitan ex illa etiam capere poſſe uſum, qualis ex *catalogo bibl. theol. Reimann.* & eius *catal. litterario*, ex *Hiſtoria bibliothecae Fabricianae*, ex celeb Stollii Nachricht von den Büchern ſeiner Bibliothec & aliis eiusmodi ſcopi libris capi ſolet. Poſſunt ad illam annotari ſubſequentes editiones, ſcripta alia, ad hiſtoriam controuerſiae pertinentia & quae ceteroquin hiſtoriae litterariae inſeruiunt.

(2) Quia non unius generis ſcripta in hac bibliotheca occurrunt, ſed theologica iuri-

iuridica, medica, hiſtorica, philoſophica, philologica &c. ideo & pluribus uſui eſſe poteſt, quam bibliotheca theol. Reimanniana & Fabriciana, quae tantum libros theologicos & philologicos continent, licet

(3) Prae ceteris bibliothecam noſtram ſcriptis theologicis, philologicis, philoſophicis, hiſtoricis, tam in hiſtoria eccleſiaſtica, quam ciuili, praeſertim in hiſtoria litteraria augere anniſi ſumus, ideoque his ſtudiis dediti, potiſſimum inuenient, quae in ſuccum & ſanguinem conuertere queant.

(4) Monemus etiam lectores, Bibliothecam noſtram in duplici forma prodiiſſe, in Fol. ſcil. & in 8. & in indicibus paginae, uncis incluſae hoc modo (39) reſpiciunt editionem in fol. paginae, uncis non incluſae, editionem in 8.

(5) Etiam tanquam bibliotheca librorum rariorum conſiderari poteſt, & forſitan non minori in pretio habenda, quam cel. Vogtii *catalogus librorum rariorum*, quia pleraque ſcripta anonyma & pſeudonyma uel propter portentoſum, quod pertractant argumentum, uel alias ob cauſſas ſunt rariora.

(6) Anglis, Batauis, Italis quoque hoc noſtrum opus uſum praeſtare poteſt, nam licet in illo nec anglici, nec bataui, nec Italici anonymi & pſeudonymi, praeter pauciſſimos occurrant, tamen hi omnes latinam & plerumque etiam gallicam & germanicam linguam callent, & praeterea hiſtoriae litterariae ſunt amantiſſimi, ut ideo dicta a nobis in uſum ſuum non incommode uertere queant. In horum quoque gratiam bibliothecam meam latinis uerbis conſcripſi, ut illi, qui germanicae linguae minus ſunt periti, in lingua tamen latina, quae eruditorum eſt uernacula, legere poſſint librum noſtrum.

(7) Quia plerumque de recentioribus anonymis & pſeudonymis agimus, eo magis hiſtoriae litterariae ſtudioſis bibliotheca noſtra erit neceſſaria, quia ſcripta illa, de quibus diſſerimus, in multorum adhuc uerſantur manibus, cum antiquiora, quorum in Placcio fit mentio iam pleraque multorum memoria exſtincta ſint.

Si autem modum adhuc recte illa utendi cognoſcere deſideras, ſuadeo, ut indices auctorum & rerum ſubiunctos deligenter in ſubſidium uoces, nam non perfunctorie, ſed cum ſtudio ſunt con-

feсti;

fecti; Non autem unum modo numerum, ex quo auctor quidam allegatus eſt, ſed omnes ſimul euoluas, quia in uno leuiter interdum, in altero uberius hiſtoriam libri & auctoris pertractauimus, ex numeris igitur coniunctim conſideratis facilius deſiderio tuo fieri poteſt ſatis, quam ſi in uno, forſitan omnium maxime ſterili, acquieueris.

2) Ne te moretur, quod interdum allegem die Unſch. Nachr. in aliis locis die Saml. von theol. Sach. nam unus idemque liber eſt, ut plurimi norunt, qui usque ad annum 1720 titulum der Unſch. Nachr. & poſt hunc annum nomen Sammlung von alten und neuen Theol. Sachen, habuit, ipſi autem auctores huius collectionis duplici modo allegant, uid. (*Loeſcheri*) theol. annal. 1717. p. 426. n. 176. ideo & mihi idem licuiſſe, non adeo moroſe negabis. Vt autem etiam de ſubſidiis, quae in labore meo adhibui, te edoceam, ſcias, praeter multa litteraria diaria & alios litterarii argumenti libros in anonymis gallicis potiſſimum Le Longii *Bibliotheque hiſtorique de la France*, ex qua omnes anonymos & pſeudonymos, in Placcio non exſtantes, inſerui, me

uocaſſe in ſubſidium, & hunc tutius, quam alios ſequi poteramus, quia de gentilibus ſuis, gallis accuratiorem ſine dubio, quam exteri, habuit notitiam. item die Leipz. Zeit. von gelehrt. Sach. ab anno 1715 - 1737. quae ambo ſcripta etiam ad anonymos latinos augendos & poſterius quoque ad germanicos praeſtiterunt uſum, nec minus Acta eruditor. Lipſ. lat. cel. Stollii Hiſtorie der Philoſoph. Gelahrheit, eiusd. Hiſtorie der Theol. Gelahrheit, it. Nachricht von den Büchern ſeiner Bibliothec. Hiſtoriam bibl. Fabricianae, cel. Reimanni *catal. bibl. Theol.* catalog. eiusd. *litterarium.* die Sammlung von Theol. Sachen uel die Unſch. Nachr. ab anno 1701 - 1735. Nam in anonymis germanicis & latinis, huius collectionis auctores, in Germania uiuentes, prae aliis exterorum diariis lucem nobis, ſicubi adhuc in plenius cognoſcendis anonymis caecutiebamus, foenerari poterant. (*Loeſcheri*) theologiſche annales per 3 decennia, quae duo poſteriora ſcripta anonymos germanicos potiori ex parte ſuppeditarunt. Sed multo labore ex illis conquirere coactus ſum auctores detectos, quia non una ſerie & ſtatim ſe ſubſequentes

tes illos exhibent, (quod & ab illis commode fieri non poterat) ſed procul ſe inuicem ſaepe diſſipatos & longe alio, quam quo quaeri poterant loco, collocatos. Accedit quod etiam ſaepe unam tantum alteramque auctoris cuiusdam partem recenſeant, (a) ceteras omittant, ſed ego omnes partes uno loco coniunctim exhibere ſtudui ſub quolibet auctore. Auctores autem actorum eruditorum lat. non adeo de anonymis & pſeudonymis detegendis ſollicitos deprehendi, & dolendum, quod initum in indice decennii primi conſilium, anonymos detectos in peculiarem claſſem referendi & a non detectis ſeparandi in ſubſequentibus decenniorum indicibus miſſum fecerint, & de cura ſua prouehendae anonymorum & pſeudonymorum notitiae non parum remiſerint. Forſitan autem iterum cupidine capiuntur

(a) e. g. in den Unſch. Nachr. 1719 & 1721 recenſetur tantum pars 2. & 3. des bibliſchen Real-Lexici, prima omiſſa eſt. Item anonymi in den theol. annal. (Loeſcheri) ſeorſum quidem poſiti ſunt, ſed non pſeudonymi, quos numero uerorum auctorum immixtos deprehendes, adeo ut ſaepe difficulter pſeudonymos a ueris auctoribus diſtinguere queas, quod incommodum euitari potuiſſet, ſi pſeudonymi ſeorſum, ut anonymi, fuiſſent collocati.

tur hoc ſtudium proſequendi in poſterum. Magnif. Loeſcherus & eius adiutores in der Samml. von theol. Sach. & in annal. it. cel. moderator der Leipz. gel. Zeit. (b) cel. Reimannus in ſcriptis ſuis & Fabricius l. c. itemque Stollius cel. non perfunctoriam in hac occupatione oſtenderunt curam. Prae omnibus autem illis Le Long. l. c. Sed quia apud omnes hos ſcriptores anonymi detecti non in uno uolumine ſimul, ſed per multos annos diſperſi reperiuntur, de lectoribus nos bene mereri poſſe credebamus; ſi uno obtutu illos perluſtrandos ſiſteremus, & hoc modo memoriae imbecillitatem iuuaremus. (c)

Sed

(b) Sed anonymi in praecedentibus iam annis detecti, in ſubſequentibus ſaepe ſine neceſſitate repetuntur; detecti, ſi nouae illorum librorum editiones prodierint, iterum pro non detectis habentur, nec omnes, quia reuera in illis nouis litterariis detecti ſunt anonymi, in indice appoſita ſtellula (quae ſignum eſt anonymorum detectorum) notantur, ideoque ſi indici tantum fides habetur, pro non detectis reputantur ab aliis. Proinde opus erat, omnes, ſi fieri poſſit, anonymos & pſeudonymos in uuum uolumen cogere, ubi ſemel pro ſemper, uti loqui ſolent, detegantur.

(c) Praeſertim cum indices librorum anonymorum ſaepe non adeo accurati ſint e. g. librum anon.: Hochwichtiges Werck der Wiedergeburt, lector in indice uel ſub nomine Werck, uel ſub nomine Wiedergeburt quae-

Sed forſitan tanquam naeuum mihi obiicies, multos adhuc anonymos & pſeudonymos omiſſos eſſe in Bibliotheca mea, quorum uera nomina quibusdam innotuerint; fateor, multos reſtare, partim detectos, hinc inde diſperſos, partim non detectos, & optime noui poſteriorum praeſertim magnum eſſe numerum, quippe qui ultra 5 uel 6 millia anonymor. & pſeudon. non detectorum annotaui, eo conſilio, ut mihi ſemper ob oculos uerſentur, num forte hac, uel illa occaſione uera auctorum nomina detegere poſſim, nec deſpero, id ſucceſſu temporis ex multorum librorum lectione & frequenti apud uiros eruditos ſcrutatione aliquando fieri & praeſtari poſſe. Defectus igitur & lacunas meas uerbis Columellae lib. 5. c. 1. excuſare mihi liceat, qui *in magna ſylua*, inquit, *boni uenatoris eſt indagan-*

ret, & quidem recte, nam indices potiſſimum nomina ſubſtantiua, tanqaum uoces tituli primarias, reſpiciunt & ad illas componi ſolent, ſed in den theol. annal. exſtat hic liber ſub tit. Hochwichtiges & ſic in multis aliis. Etiam catalogi anonymorum & pſeudonymorum, quos Ioh. Fabricius *Hiſtoriae bibliothecae ſuae* ſubiunxit, ualde adhuc ſunt imperfecti & in ipſo opere longe plures anonymi & pſeudonymi, quam in his catalogis deteguntur.

gantis feras, quam plurimas capere, nec cuiquam culpae fuit non omnes cepiſſe.

Varios quidem adhuc noui auctores anonymos, ſed non ſatis certo, uerum probabiliter modo, (a) quos proinde addere nolui, quia coniectura & probabilitas facillime fallere poteſt. Quis enim probabiliter non putaret ſub nomine eines Gar Bekannten Schleſiers latere Gottfried Balthaſarem *Scharffium*, Seniorem Miniſterii Euangelici Schvveidnizenſis in Sileſia inferiori, nam hic eſt notus ſatis per uaria ſcripta, eſt in Sileſia quoque, quid quod litterae initiales G. B. S. praenomina & nomen proprium *Scharffii* maxima cum probabi-

(a) e. g. Probabile eſt, illud ſcriptum anonymum, quod prodiit 1713 ſin. loc. pl. 15. ſub tit: Böß Geruͤcht und gut Geruͤcht, in fauorem Aegidii Guntheri Hellmundi, Paſtoris quondam Wezlarenſis, nunc Wisbadadenſis, publicatum, ab ipſo Hellmundo, eſſe profectum, quia alienus auctor uix tam accurate & copioſe fata, quae propter conuenticula domeſtica inſtituta expertus eſt Hellmundus, ideo a munere ſuo primum ſuſpenſus, deinde remotus, deſcribere & tot documenta addere potuiſſet, ſed quia certum de hoc mihi non conſtabat teſtimonium, Biliothecae meae non inſerui. Item maxime probabile eſt D. Weidnerum eſſe auctorem *confutationis epiſtolae Pantoppidani* 1731 edit. quia iam ante contra *Pantoppidanum* ſcripſerat, ſed quia auctor ab aliis non expreſſe detegitur nolui ipſi tribuere hoc ſcriptum.

babilitate indicare uideantur, & tamen ſub iſto nomine alius ſe accultauit, nimirum Ge. Bernhard *Schultes*, Senator Goerlizenſis uid. bibl. meam anon. ſub uoc. Erinnerungen. Vides igitur quam fallax ſit coniectura, adeo ut propter illam ſolam, etiam maxime probabilem anonymos & pſeudonymos in Bibliothecam noſtram non admittendos putauerimus.

Sed forſitan etiam cenſebis, *Lector beneuole*, plures annos impendendos fuiſſe in indagationem & examen auctorum anonymorum & pſeudonymor. praeſertim cum Placcius 30 annos Theatro ſuo. b. Diecmannus Ioh. Alb. Fabricius, Gerh. von Maſtricht etiam multos annos huic ſtudio tribuerint; uerum ego cogitabam, non tamdiu differendam eſſe Bibliothecae meae publicationem, ut eo plus temporis per uitam meam deinde reſtaret illius emendationi, ad aliorum accurata monita, conformandae. Nam ϛοϱγὴ quaedam auctores tenere ſolet, ut poſt ſcriptum quoddam, in publicum emiſſum, illius curam non abiiciant, ſed quomodo uariis modis emendent, quotidie ſint ſolliciti. Imitari ergo nolebam morem *Duareni* uel Thomae *Haſſelbachii*, quorum

ille, ut ipſe fatetur, totum annum definitioni uocis Bericht tribuit. uid. Gedancken über die Journale 18 Stück pag. 418. Hic autem Theologus & Profeſſor Viennenſis 21 annos in cap. 1. Eſaiae explicando conſumſit. add. Aeneam Syluium Lib. 1. Ep. 165. Licet non negem, nec ipſos auctores, nec alios interdum morae, quam nexuerunt in edendis ſcriptis ſuis pigere, nec poenitere debere; Quanquam enim Bernhardus *Montfaucon* fragmentis Hexaplorum Origenis edendis 23 annos, Mr. de *Vaugelas* uerſioni ſuae gallicae Q. Curtii 30 annos, *Janſenius* Auguſtino ſuo, contra Ieſuitas ſcripto 22. Ioſephus *Bingham* originibus ſuis Eccleſiaſticis 20. Caeſar *Baronius* annalibus ſuis 30 *Academia della Cruſca* in Lexicon ſuum 40. annos impenderint, aegre tamen id non ferent lectores, quia hoc temporis diſpendio egregia opera, quae oculis animoque uſurpent, nacti ſunt. Ideo etiam *Crouſazii* libri non immerito magni aeſtimari ſolent, quia illos matura aetate plerumque ſcripſit. Attamen aliud euitari non potuit ab iſtis auctoribus incommodum, nimirum quod hac mora tempus operibus ſuis emendandis

ſibi

ſibi praeripuerint, cum tamen certisſimum ſit, ſcriptorem ipſum omnium optime naeuos ſuos ſucceſſu temporis introſpicere & emendare poſſe. Non adeo laudandi igitur mihi uidentur Petrus *Maffeus*, qui ex nimia accuratione non plures, quam 14 uel 15 lineas quotidie ſcribebat, uel Paulus Manutius, qui teſte Marvillio *dans les Melanges* p. 214. ſq. ſaepe in epiſtola unica conſcribenda aliquot menſes conſumſit; tempori enim multo parcere, illudque in pertractandas alias res egregias impendere potuiſſent, niſi nimium fuiſſent ſolliciti. Attamen etiam non exiguo temporis diſpendio conſtitit mihi labor meus, & intra hoc temporis ſpatium longe plura minoris molis ſcripta e. g. diſputationes, ſchediaſmata &c. exarare potuiſſem, ſi in multitudine ſcriptorum uerteretur famae cardo. Potuiſſem etiam forſitan ſpiſſius luci exponere opus, ſi ſine praeuio rerum ſcrutinio omnia, quae ſe obtuliſſent, in chartam uoluiſſem conii-cere; ſed uereor, ne mihi idem obiectum fuiſſet, quod Mr. Balzac aliquando Salmaſio & Mr. de Scuderi obiiciebant, dicens: *O bien heureux Ecrivains, J' admire votre facilité & j' admire votre abondance.*

Vous

Vous pouvez écrire plus de Calepins, que moi d'Almanachs.

Si quis dicat, uaria ex illis ſcripta, non amplius exſtare, quae adduximus in Bibliotheca noſtra, ideoque illorum notitiam nullum uſum habere, reſpondemus; exſtiterunt tamen, & ſaepius in aliorum libris allegantur, ac proinde opus eſt, ut eorum memoria non data opera ſupprimatur, & ſi etiam ſeorſum non amplius exſtant, tamen ſaepe in ſcriptorum rariorum collectionibus recuſa ſunt, adeo ut uel hanc ob cauſam eorum ueros auctores ſcire ſit neceſſarium.

Varios naeuos te in hac bibliotheca deprehenſurum fore, *lector amantiſſime*, non dubito. Nam facillimum eſt labi in ueris anonymorum & pſeudonymorum nominibus, uti generatim in nominibus propriis, in annis, forma, lingua librorum, qua prodierunt, & errare omnium hominum commune eſt uitium:

Ipſe parens uatum, princeps Helconis Homerus,
Iudicis excepit tela ſeuera notae.

uid. Claudianus ad Alexium lib. 2. epiſt. 6. ſed tantam forſitan, quantam tu ipſe adhibiturus fuiſſes, adhibuimus diligentiam,

tiam, ut naeuos, quantum fieri poſſet, euitaremus, ſi igitur reperis, quae emendatione indigeant, gratiſſima mente agnoſcemus, ſi de illis nos amice admoneas; ſed enixe a TE rogamus, ut potius ad nos perſcribas data occaſione, obſeruata tua quam hinc inde in ſcriptis diſpergas, quia enim non omnia ſcripta ad oculos noſtros perueniunt, ut non omnium contra nos monita cognoſcere queamus, ideo etiam non tam facile perperam a nobis prolata, emendare poterimus; hoc autem commode fieri poteſt, ſi precibus noſtris locum relinquis & recta uia illa, quibus noſtra corrigantur, ad nos ablegas, hoc nominis tui famam, communem utilitatem, & noſtri erga te grati animi magnitudinem augebit maximopere. Nam parati ſumus ad emendationem & retractationem, quae non puduit *Auguſtinum*, cel. *Wolfium*, Hamb. & alios, & uel minimam emendationem magni faciendam putamus, non improbantes Iudaeorum inſtitutum, qui libros corrigentibus magnam mercedem promittunt: In *Mincha* enim p. 30 (a) expreſſe dicitur: *Qui unicam in lege litteram corrigit, a DEO reputatur, quaſi totam legem perfecte ſcri-*

ſcripſiſſet. Perfectus etiam ſine dubio foret opus noſtrum, niſi a malitioſo quodam ſubductum nobis eſſet, neſcio quem in uſum, MStum quoddam, cui res non leuioris momenti, ad notitiam anonymorum & pſeudonymorum ſpectantes, inſcripſeramus. Huic tamen furi librario mala non imprecamur, quae ueteres talibus nequam imprecari ſolebant, praeſertim maledictionem ſanctorum & deiferorum 318 patrum i. e. patrum Nicenorum, uid. **den Bericht von neuen Büchern** part. 5. p. 476. Solatium quodammodo nobis eſt, idem accidiſſe Alexandro *Polito* in edendo Euſtathio & Steph. *Rittangelio* cum ſcripto, quod de ueritate religionis chriſtianae publicare uolebat. Si autem Plutarchum in uitis parallelis in uita Alexandri M. imitari uis, qui ſine dubio ex inuidia, uel alio ex uitio de libris metaphyſicis Ariſtotelis pronuntiat ὐδὲν ἔχει χρήσιμον, uel ad me applicare diſtichon illud: *R tenet Auſonium, liber hic tenet atque Pelasgum, R tenet Hebraeum, praetereaque nihil.* i. e. meros errores, (nam ſi componis latinorum ER, graecorum RO, & Hebraeorum RES, uel Reſch, quibus nominibus litteram R. deſignare ſolent, pro-

uenit

uenit uox ERRORES) uereor, ne apud alios ſuſpicionem mali & iniqui animi incurras. Aequam igitur a te exſpecto ſententiam, nec prorſus patrocinium tuum floccipendo, ut Ovvenus in epigrammate ad lectorem p. 122. nullius cenſoris uel fauorem, uel odium curauit, ſcribens:

Noſtra patrocinium non quaerunt carmina, quare?
Si bona ſunt, bona ſunt, ſi mala ſunt, mala ſunt.

Si tantummodo tot bona, quot naeui in ſcripto meo reperiantur, illud ex ſententia Martialis ad bonos potius, quam ad malos libros erit referendum, ita enim iudicat Martialis lib. 7. epigr. 65.

Triginta tanto mala ſunt epigrammata libro.
Si totidem bona ſunt, Lauſe, liber bonus eſt.

Malarum tamen rerum numerum bonarum ſuperare non crediderim, adeo ut non opus habeam ab eodem Martiali lib. 6. epigr. mutuare diſtichon:

Sunt bona, ſunt quaedam mediocria, ſunt mala plura.
Quae legis hic aliter, non fit, Auite, liber.

Diſplicet autem forſitan tibi, quod interdum uerboſius de his, uel illis egerim, id non ſine cauſſa factum eſſe ſcias; reſpexi enim Horatii dictum *in arte poetica* u. 25:

Breuis

Breuis eſſe laboro, obſcurus fio. Illius tamen quoque conſilium, quod l. c. u. 342. ſuppeditat, ſemper ſequi & ad eiusdem dicta me accommodare allaboraui, dum ſcribit:

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci
Lectorem delectando pariterque mouendo.

Et minime tam uerboſus ſum & tot repetitionum reus ero, quam Placcius, ſufficit interdum ſolum ueri auctoris nomen indicaſſe, quem ſi noſti, multa de auctore memoratu digna ipſe inueſtigare potes, quorum cognoſcendorum cupiditate non fuiſſes captus, ſi ignoraſſes auctorem.

Reprehenſione ſi dignum tibi uidetur, quod interdum cum barbaris loqui uidear, & uocibus minus latinis e. g. *Archivum, Cardinalis, Reſcriptum, Manifeſtum, Copia* & aliis utar, item non nunquam in nominibus urbium notiora prae ignotioribus elegerim, id non ex ignorantia, ſed perſpicuitatis cauſſa, ut non ſolum ab illis, qui elegantem latinitatem callent, ſed ab omnibus, qui etiam in Latio non ſunt uerſatiſſimi intelligi queam, factum eſſe, & quia talia nomina uſu recepta ſunt, nec in ſcriptis ad litterariam hiſtoriam ſpectantibus linguae latinae puritas interdum tanta

tanta eſſe poteſt, nec debet, quanta in orationibus conſcribendis. Huc etiam referendum & excuſandum eſt, quod ſaepius una eademque phraſi & locutione utar e. g. *Auctor eſt, Auctor eſt.* it. *adducit &c.* ſed ſine ullis ambagibus ad auctorem te dimittere, nec uarietate phraſium confundere uolebam, *Lector beneuole.*

Si etiam auctor interdum non accurate detectus fuerit, id tamen tam parum nocere poteſt, quam diuerſae de dictorum quorundam biblicorum ſenſu, ſententiae. Scilicet tibi ſemper integrum eſt iudicium, ingenium atque memoriam exercere, certiora incertis, rectiora falſis ſubſtituere, & praemii loco tibi erit honor & laus, quod me & alios emendare & in rectam uiam reducere potueris. Quid quod praecipuus quoque ſcopus meus in conſcribenda hac bibliotheca fuerit, ut meliores hoc modo aliorum cogitationes & ſententias elicerem. Quae enim bona interdum inuidi reticent & occultant, ea interdum ſponte ex pruritu alios corrigendi & emendandi & ut laureolam in muſtaceo quaerant, produnt; quamdiu autem liber quidam adhuc in MSto latet, nemini ad emendationes & correctiones

ſuppeditatur occaſio. Prae omnibus autem a te contendo precibus, *Lector beneuole*, ſi forſitan tibi ipſi, uel amico, aut cognato tuo ex errore librum quendam anonymum uel pſeudonymum periculoſum tribuerim, id non ex malitia, ut famae alterius noceam, factum eſſe, ſed quod ab aliis hunc librum, huic auctori tributum, depreſienderim, ideo non in me, quippe qui tali in caſu ab aliis deceptus ſum, ſed in illos, quorum teſtimonia allego, odium deuoluas tuum & uindictam. Nec in publicis ſcriptis ebuccines: *malitioſe egit Mylius &c.* ſed uel ipſe, ſi adhuc uiuis famam tuam uindices, luculenter probans, te non eſſe auctorem; uel amicorum leges obſerues, & ab amicis tuis, ſi non amplius in uita ſunt ſuperſtites, quos certo noris, non eſſe ſcriptorum, ipſis tributorum auctores, ſuſpicionem amoliaris genuinis ex documentis; tunc etiam publice fatebimur ex impefecta rei cognitione nos erraſſe. Si autam ueris auctoribus eiusmodi libros periculoſos tribuerim, iſti in ipſos foetus ſuos odii ſui plauſtra exonerent, illos ſupprimant, lacerent, comburant, perme iſta omnia licent, ſi macula, nomini aſperſa,

ſa, hoc modo deleri poteſt. Ad declinandum uero odium omnino conſultius fuiſſet, occultare nomen meum nec res fuiſſet ſine exemplo anonymos & pſeudonymos detegere, & tamen auctorem ipſum eſſe anonymum, uel pſeudonymum; nam Angelus *Aproſius*, licet in ſua *Viziera alzata* anonymos & pſeudonymos detegat, tamen uerum ſuum non appoſuit nomen, ſed aſſumſit fictum. Petri Iac. Villanii. uid. Placc. n. 2824. *Pſeudon.* Omiſi ea ex cauſſa, ne aliorum odium in me prouocarem, & auctoribus ipſis praeter opinionem atque inuitus moleſtiam & periculum excitarem, multorum adhuc uiuentium auctorum ſcripta anonyma & pſeudonema, probe mihi cognita; non prorſus tamen exterminaui ex bibliotheca mea adhuc uiuentium ſcripta, quia alios non ueritos eſſe uidebam, haec ſuis aſſerere auctoribus. Multis quidem interdum diſplicebit, quod protracti fuerint in apricum, cum latere uoluerint, attamen non erit iniuria, nomini illorum illata, nam quis poteſt ſcire, num ſerio occulti manere velint, uel annon forſitan ideo occultarint nomen ſuum, ut ab aliis ſtudioſius quaerantur, quae multorum

Digitized by Google

anonymorum & pſeudonymorum artes ſunt; & a nemine poſtulari poteſt, ut ab altero, antequam nomen eius patefaciat, ad hoc negotium ueniam impetrare laboret; ſic enim tempus infectis rebus dilaberetur, ut ſupra exemplo Dahlmanni cognouimus, qui non prius certorum quorundam anonymorum numerum publicare uolebat, quam auctores horum ſcriptorum id permiſerint, ſed eo ipſo factum eſt, ut nunquam per eum haec collectio prodierit, hoc etiam ſine dubio cum aliis fieret:

Ignoſcas etiam, quod non uti Placcius libros in claſſes certas, theologicam ſcil. iuridicam, medicam &c. diſtribuerim, hoc enim ſi facere uoluiſſem, alphabetum ſemper cum noua claſſe denuo incipiendum fuiſſet; ſed id non ſine magno lectoris incommodo potuiſſet fieri; malui itaque gallicos latinos & germanicos anonymos haud interrupta ſerie abſoluere; praeſertim cum index rerum ſubiunctus cuilibet in ſtudio ſuo res & momenta neceſſaria, ſubornare queat, ſi diligentius perlegatur, ideoque eundem uſum praeſtabit, quam iſtae Placcii claſſes. Taceo plerumque libros eſſe mixtos, &

ad uarias diſciplinas ſpectare, num ergo bis ter, uel quater in hanc uel illam claſſem fuiſſent collocandi? & quis primo intuitu ſemper decernere poteſt, ad quam potiſſimum claſſem liber ſit referendus? niſi totum librum perlegerit, ut ex potiori eius parte iudicare queat, cui claſſi ſit inſerendus.

Quibusdam libris anonymis, uel pſeudonymis ſi non additum eſſe reperies auctoris cuiusdam, qui illum anonymum indicauerit locum uel teſtimonium, id non ex culpa, uel negligentia noſtra eueniſſe credas, ſed quia illi, qui nobiscum ſuas beneuole communicaruut ſymbolas, talia loca non annotauerant; ab illis autem efflagitare non poteramus, ut nouam in ſe ſuſciperent moleſtiam, denuo illa loca euoluentes, quae memoria exciderant, atque adiicientes. Quidam etiam occurrent tibi inter anonymos gallicos ſimul & inter latinos anonymos libri, qui ſunt iidem, ſed quia gallice & latine prodierant, ideo etiam ad utrosque referendi erant, & facit ad maiorem confirmationem. Translatores quoque ut plurimum ab ipſis auctoribus diuerſi ſunt; De ſcriptione uocum, praeſertim galli-

carum etiam te admonitum uelim, illam eſſe interdum diuerſam, quia nimirum modo noſtram, modo aliorum ſententiam ſequimur; & orthographiam aliorum noluimus corrigere, ne moroſorum Ariſtarchorum nomine inuiſi redderemur, licet probe uiderimus, illos in rationibus ſuis non recto inniti fundamento.

Generatim uelim notes, me non doctiſſimis, nec etiam rudiſſimis ſcribere, & ut Caius *Lucilius*, homo doctus & perurbanus; cuius Cicero lib. 2. *de Oratore* mentionem facit, ea quae ſcripſi neque ab indoctiſſimis, neque ab doctiſſimis legi uelle: quod alteri nihil intelligant, alteri plus fortaſſe, quam ipſe de me.

Deinde etiam tibi reuoces in memoriam, longe facilius eſſe, aliorum carpere labores, quam illos utilitate ſuperare; & lectores prae ſcriptoribus longe maiora habere incommoda. Lectores enim unum modo alterumque ſcriptoris locum examinant ad Lydium lapidem. Scriptores omnia illa, de quibus ſcribunt, examinare debent loca, nonne igitur promtior illi uenia concedenda eſt, qui diuturnitate laboris fractus, interdum praeter opinionem paululum ab accuratione receſſe-

ceſſerit, quam illi, qui per aliquot temporis momenta facilius integras iudicii & ingenii ſeruare atque adhibere poteſt uires. Candidos quoque nos nacturos fore ſperamus lectores, non tales, qui ſcopi noſtri & monitorum minus memores, nobis praeter culpam naeuos & crimina, uel famae detrimento expianda, impingant. Dantur tamen utique, qui quoniam ſcriptor non ſemper praeſens eſſe & eorum, quae protulit rationem reddere poteſt, ſine opponentibus & reſpondente tam maſcule contra alios diſputant, illos refellunt & proſternunt quaſi, ut egregios uictores eosdem crederes, quos tamen cum laruis pugnaſſe & nubem pro Iunone amplexos eſſe facile cognoſceres; ſi aliorum, contra quos agitur, audires apologiam. Quia igitur non ſemper lectores aequos & rerum gnaros inuenimus, etiam nobis aliquando eueniet, quod ſibi eueniſſe queritur Terentianus ille; dicens:

Pro captu lectoris habent ſua fata libelli.

Attamen hoc uerum eſt, tales maleuoli facilius aliorum famae clanculum nocere, quam ſuae praeſtantiae non ſpuria proferre poſſunt documenta, praeſertim ſi incidunt in hos uel illos, qui honeſtius

Digitized by Google

putant, aliis obtrectare quam laudis quandam particulam tribuere, uel qui diſcernere non norunt, quid diſtent aera lupinis. Maleuoli autem cenſores ſciant, me iam dudum ex Mr. *Boileau* epiſtola 7 didiciſſe, quaenam commoda ex maleuolorum hominum de ſcriptis aliorum iudiciis ſint percipienda. Et quia ſic fert occaſio, quae apud me conſtituerim, exponenda eſſe duco, nimirum nemini unquam, qui me laceſſiuerit, peculiari ſcripto fore reſponſurum, nam ſcripta eriſtica auctoribus ipſis & aliis plerumque nocent; auctoribus, quia alii, qui ipſis minus bene cupiunt, in ſinu gaudent, ſi modo hunc, modo illum conuiciis proſciſſum uiderint; lectoribus etiam obſunt eiusmodi ſcripta, quia ut plurimum rerum & argumentorum pondera mitti & perſonae peti ſolent. Perpetuus tamen non manebo Antagoniſtarum meorum, ſi qui forent, debitor, ſed in praefationibus ſubſequentium, quae prelo deſtinaui ſcriptorum meorum, cauſſam meam propugnabo.

Nec ſi quis atro dente me petiuerit,
Inultus ut flebo puer. Horat. Epod. od. 6.

Anonymi autem ſi in me inſurgerent, hi

ſe

ſe ipſos redderent ſuſpectos, (nam omnes anonymi ſunt ſuſpecti, ut infra docebimus) quod uel ex odio, uel ex malitia agerent, de ueritate inquirenda minus ſolliciti, & his apocryphis ſcriptoribus iure potero reponere, quod Mr. *le Pays* part. 1. oper. p. 68. aduerſario cuidam ſuo anonymo, qui contra illum ediderat *une Critique* reſpondit, nimirum, hoc modo: *Tout le monde voit bien, que c' eſt quelque miſerable, qui me hait, & qui me craint, qui expoſe mon nom, qu' on connôit, & qui n' oſe mettre le ſien, qui n' eſt pas connu.* Tales anonymi plerumque *haud doctis dictis certant, uerum maledictis*, ut uetus Poeta *Ennius* queritur apud Gellium lib. 20. c. 9. Idem le Pays l. c. tales aduerſarios comparat ingenioſe cum latronibus, qui inter uiburna ſclopetum exonerant, & ſimul fugam capeſſunt, neſcientes an ictus ferierit alterum.

Interdum etiam collectiones integras inſerui bibliothecae meae, quae quidem ratione Editorum non ſunt anonymae, ſed ratione ſcriptorum contentorum e. g. Academia Lipſienſis, ne ſcilicet ſemper tales collectiones perperam pro anonymis habeantur. Saepe liber quidam eſt anonymus

nymus & tamen ſcripta in illo contenta non ſunt anonyma uid. in bibliotheca noſtra anonym. ſub tit. *Obſeruationes ſelectae in uaria loca* N. T. item in appendice anonymor. gallicor. ſub tit. *Recueil de divers Traitez*, it. in append. ſub tit. *Hiſtoire de la condemnation des Templiers* & inter anon. german. ſub uoc. Jeſus-Lust. Non a re noſtra alienum forſitan fuiſſet, ſi & MSta auctorum anonyma, nondum impreſſa & in his, uel illis bibliothecis publicis & priuatis latentia bibliothecae noſtrae inſeruiſſemus, ſed quia pauciſſimi eiusmodi MSta oculis uſurpare poſſunt, auctorum illorum notitiam non adeo neceſſariam eſſe putabamus, alioquin Mr. le Long in *Bibliotheque hiſtorique de la France*, qui ſaepius MStorum auctores detegit, non ſpernendas nobis ſuppeditare potuiſſet in hoc negotio ſuppetias.

(2) Etiam omiſi illa ſcripta, quae typographi modo collegerunt, & nullam peculiarem operam ceteroquin in illa impenderunt, ſed tantummodo impreſſerunt e. g. *Recueil de Traitez de Paix de Treuve, de Neutralité &c.* cura Adriani *Moetjens*, librarii Hagenſis in fol. à la Haye 1700. ap. *Moetjens*, qui liber huic typographo eam

eam tantum ob cauſam tribui ſolet, quia hanc collectionem prelo ſubiecit.

(3) Editores librorum anonymos non adeo ſollicite inueſtigaui, ſi non ſimul ſcriptorum auctores fuerunt, nam ſi non notabilis mutatio, uel additio in libro ab editore facta eſt, etiam lectoris non multum refert, illius ſcire nomen.

(4) Non ineptum fuiſſet, interdum propter unam rem obſcuram detectam librum quendam adducere, licet ipſum ſcripti auctorem detegere non potuerimus e. g. *Admonitionem de haeretificatione aduerſus diſſertationem ICti Gryphiswaldenſis* 1731 in 8. Nam licet auctorem huius ſcripti patefacere non potuerimus, tamen detegere licuiſſet nomen illius ICti, contra quem haec admonitio directa eſt, qui eſt D. GERDESIVS, *Prof. Iuris primarius Gryphiswaldenſis.* Sed quia non certo perſuaſi eramus, num hoc officio inituri ſimus lectorum gratiam & fauorem talia ſcripta quoque omiſimus.

(5) Illa ſcripta etiam non tetigi, quae ab aliis quidem huic, uel illi auctori tribuuntur, ſed ab ipſis illis uiris non tanquam genuini foetus agnoſcuntur, e. g. prodiit conſilium wegen bevorſtehender Ma-

Mariage der Durchl. Wolffenbüttelischen Printzeßin, 1706. in 4. pl. i. litteris **I. F.** ſignatum, quod multi tribuerunt Ioh. Fabricio, *abbati Helmſtadienſi*, ſed quia ipſe hoc ſcriptum ſuum eſſe negauit (uid. die Unſch. Nachr. 1707. p. 912.) ideo ipſi obtrudere noluimus, & talem aequitatem in aliis quoque caſibus ſimilibus praeſtitimus.

(6) Omiſi & auctores programmatum academicorum, licet optandum eſſet, ut auctores his programmatibus nomina ſua praefigerent, nam plerumque digna ſunt ſuis auctoribus, & argumenta ſingularia, atque memorabilia pertractant.

(7) Meruiſſent etiam detegi auctores obſeruationum in his uel illis collectionibus & auctores ſymbolarum ad Acta eruditorum Lipſienſ. latina & ſimilia diaria litteraria non exiguae molis; ſed his alium aſſignauimus locum in continuatione nimirum ad *Iunckeri Ephemerides eruditorum*, ubi & ſingulorum diariorum eruditorum, quae poſt Iunckeri tempora prodierunt, contenta accurate indicabimus.

(8) Nec libros in *Ana* inſerere bibliothecae noſtrae uoluimus, praeter unum al-

alterumque, quia ex ipſo titulo plerumque cognoſci poteſt, a quo illorum contenta profecta ſint, e. g. *Huetiana*, ab *Huetio*, *Naudaeana* a *Naudaeo*, *Corringiana* a *Conringio*, *Perroniana* a *Perronio*, *Menagiana*, a *Menagio*, quoad materiam profecta ſunt, & editores in rebus ipſis mutationem non tentarunt. Licet non negandum ſit, editores interdum illis auctoribus quaedam tribuiſſe, quae minime ab illis originem habere poſſunt. Igitur hos omiſi libros, quia reuera non ſunt anonymi.

(9) Non inutile forſitan fuiſſet indicare auctores dogmatum, articulorum, theſium occulte propugnatarum, ſed nec hos in cancellos noſtros admittendos putabamus.

Sed nunc etiam adhuc edocendus eſt lector, quantum uſum praeſtare ſoleat notia anonymorum & pſeudonymorum, quae tractatio praemitti debuiſſet, quia in omnibus actionibus ante omnia quaeri ſolet, *cui uſui*.

Notitia igitur anonymorum & pſeudonymorum in Hiſtoria litteraria non ſine maximo damno negligi poteſt, nam

(1) Si ignotus manet uerus auctor, igno-

ignota ſimul manent multa de eius uita, fatis, meritis memorabilia.

(2) Catalogi ſcriptorum, ab iſtis editorum, magna lacuna laborant, ſi ſcripta anonyma & pſeudonyma in illis omittuntur, quae autem inſeri non poſſunt, niſi uerum ſcias auctorem.

(3) Etiam in ipſis operum collectionibus, per alios editis, uaria ſcripta anonyma & pſeudonyma integra omittuntur interdum, quia editoribus nondum innotuerat, haec uel illa ſcripta ab auctore iſto, cuius ſcripta collecta edebant, eſſe profecta; ut unico haec dicta mea probem exemplo, cum longe plura addi poſſent: In operibus *Rhenferdii*, a Dau. *Millio* editis, non exſtat liber quidam belgicus a *Rhenferdio* ſub ficto nomine *Irenaei* PHILALETHIS & hoc tit. *Harlingae* 1708. in 12. editus. *Kort en opregt verhael van de eerſte orſprong des Broederwiſten door Irenaeus Philalethes.* Quis ergo non uidet, hunc defectum euitari potuiſſe, ſi Millius maiorem pſeudonymorum habuiſſet notitiam, & non ſine cauſſa illum propter hoc ſcriptum, in collectione operum *Rhenferdii* omiſſum, notat cel. Chriſtoph. Matthaeus *Pfaffius* in comment. acad. de recta Theologiae

logiae typicae conformatione p. 32. Item in *Theodoreti* editione 16 libri, ab illo reuera ſcripti, omiſſi ſunt ea tantum ex cauſſa, quia nomen ſuum non praemiſerat auctor; Sed ſi indici ſcriptorum auctoris cuiusdam ſcripta anonyma & pſeudonyma inſerantur, tunc etiam haec accurate diſtingui deberent a ceteris auctorum ſcriptis, quae praefixo eorum nomine prodierunt. Haec autem diſtinctio maxime neceſſaria a plerisque ſcriptoribus e. g. *Wittenio* in diario biographico, *Frehero* in Theatro, *Gesnero* in bibliotheca ſua, *Koenigio* &c. negligitur *Baylius* autem in Dictionario ſuo ad hanc differentiam ſaepe attendit.

(4) Quia multorum librorum anonymorum & pſendonymorum auctores ſunt ignoti, ideo etiam apud multos ſcriptores in indicibus perſonarum non poteſt fieri mentio eorum, unde fit, ut aliquis eiusmodi indices perluſtrans, & tales auctoras non iuueniens, quos quaerit, putet, prorſus nihil de illis & eorum libris exſtare in eiusmodi ſcriptis, cum tamen ſaepe multa memoratu digna ibi reperiantur, tam de auctoribus, quam de eorum libris; ſi autem auctorum anonymo-

morum & pſeudonymorum nomina cognita fuiſſent, ideoque indicibus potuiſſent inſeri, lectores non priuati eſſent multarum rerum cognitione. Hoc innumeris Bibliothecae Reimannianae, Fabricianae, & ſimilium librorum in locis deprehendes.

(5). Siue auctor bonus, ſiue malus ſit, qui occultauit nomen ſuum, ſiue prodeſſe, ſiue obeſſe queat, opus eſt, ut uerum eius nomen ſciamus. Si enim celebrem quendam ſcripti cuiusdam anonymi auctorem eſſe cognoſcimus, lubentius eius ſcriptum legimus, a celeberrimo nimirum uiro nihil niſi egregia in ſcripto ſuo exſpectantes, quae opinio etiam plerumque non fallit. Si autem uerum auctoris nomen non nouiſſemus, forſitan tale ſcriptum anonymum, ueluti quisquilias reieciſſemus, lectione minus dignum reputantes. Sed fateor certis in caſibus melius eſſe, auctorum nomina ignorari, ſi nimirum uerendum eſt, ne lectores temerarii & minus prudentes praeiudicata quadam opinione abripiantur, & uel ex odio in auctorem peius, quam par eſt, uel ex inconſiderata ueneratione plus iuſto honorifice de auctore ſentire incipiant, qui

tamen

tamen in multis forſitan fuiſſet reprehendendus. Ideo & ſaepe fit, ut leuis animi lectores prius quam, uerum auctoris cuiusdam nomen ſciunt, bene de eius ſcripto ſentiant & egregio illud mactent elogio, quod deinde damnant & prorſus lectu indignum pronuntiant, ſi ueri auctoris nomen ipſis innotuerit. e. g. Dux Saxoniae Georgius, nactus exemplar tractatus Lutheri: *An milites etiam in beato ſint ſtatu* 1527 ſcriptum & Tomo 3. Tomor. Germanicor. Ienenſ. p. 315. inſertum, in quo ſublatum erat nomen Lutheri & Wittebergae, mire eo delectatus eſt, monſtratoque & ad legendum communicato cum Luca Kranachio, pictore dixit: En auctorem, qui tam bene, quam Lutherus tuus, quem laudare ſoles, imo melius ſcribit, quam Lutherus; Sed cum Lucas aliud exemplar cum nomine Lutheri & Wittebergae, quod penes ſe habebat, exhiberet, & Sereniſſimus dux unum cum altero conferret, indignabundus in haec erupit uerba: *Certe peccatum eſt, tam perurſum monachum feciſſe librum tam bonum.* uid. Placc. num. 435. anon. Miram ecce Metamorphoſin, ex praeiudicata opinione ortam! Idem Georgius

f dam-

damnabat & prohibebat Nouum Teſtamentum Lutheri, commendabat autem Emſerianum; hoc uero non aliud eſſe dicit, Lutherus in epiſtola de interpretatione, ſeu uerſione bibliorum a ſuo, imo idem illud, demtis duntaxat Lutheri nomine, praefat. & gloſſis. Simile exemplum uid. in Heumanni ſchediasmate p. 13. (4) Quesnelli etiam N. T. diu a Papiſtis plurimis ſtudioſe legebatur, quamdiu erat anonymum; cognito auctoris nomine reiiciebatur, damnabatur. Sed tales euentus apud improbos tantum lectores, qui non ex rei ueritate, ſed ex praeiudicatis erga auctores opinionibus iudicant, prouenire ſolent. Idem liberius aliquando de libro anonymo ferri ſolet iudicum, quam ſi auctorem, qui cenſoris eſt amicus, nouimus; nam tnnc non omnes naeuos eius deteget quilibet cenſor, licet interdum maxime eſſet neceſſarium, ſed amicum lenius tractandum putabit. Forſitan cel. Stollius in der Nachricht von den Büchern ſeiner Bibliothec part. 3. p. 224. (uel potius alius, cui non eſt ueritas, ut Stollio, curae cordique) aliud tuliſſet iudicium de anonymo Reimanni ſcripto de Hiſtoria philoſophiae Sinen-

Sinenſis ſi ipſi auctor fuiſſet cognitus. Sed ideo nemo ſtudioſe affectet eſſe anonymus, ſiue id fiat ex modeſtia, ſiue alia bona ex cauſſa. Dantur enim interdum anonymi & pſeudonymi bonum intendentes finem in occultandis nominibus ſuis e. g. Theophilus ille In Hamburg i. e. T. Iac. Haertel, qui refutauit aeternum euangelium uid. in bibl. mea Pſeudonymor. ſub uoc. *Theophilus*, bonam in occultando nomine ſuo habuit intentionem, quem ideo eius aduerſarius immerito uocauit einen Lichtſcheuenden; ſed Lichtſcheuende ſunt, qui non bonam habent cauſſam. Ideo quoque D. *Rusmeyer*, Gryphisvvaldenſis immerito omnes illos *Pasquillanten* uocat, qui contra illum, uel ſine nomine addito, uel mutato ſcripſerunt, ſed quia hoc non ex dolo malo fecerunt, ſed auctoritatem huius uiri, qua ipſis forſitan nocere poſſet, metuentes, & ex ſtudio puram doctrinam conſeruandi, ideo illos anonymos excuſant auctores der Samml. von theol. Sachen 1726. p. 493. & 1081. & auctor der gründlichen Widerlegung der bey dem Königl. Schwediſchen Conſiſtorio zu Greifswald eingegebenen Rußmeieriſchen Vorſtellungen ſein collegium

f 2 pie-

pietatis betreffend 1726 in 4 pl. 5. uaria exempla anonymorum, ex ſumma neceſſitate talium, adducit. Auctor etiam librorum de imitatione Chriſti, de quorum auctore tot & tamdiu agitatae ſunt controuerſiae, ex mera modeſtia nomen ſuum occultaſſe dicitur. Illorum autem ſcopum merito improbamus, qui interdum ex mero tantum, (quis crederet hanc ſtultitiam, & tamen reuerà quidam illius ſunt rei) pruritu inclareſcendi non indicant nomen ſuum, ut eo cupidius inueſtigentur. Nec illi laudandi ſunt, qui ſe non ſtatim in titulo, ſed modo ſub finem dedicationis, modo ſub finem praefationis nominant; nam ſi non prorſus latere uolunt, cur ſe non potius in titulo, quam in praefatione, uel dedicatione indicant; nomen enim in titulo libri poſitum, uel omiſſum, librum proprie non anonymum, uel anonymum facit, & ſi quis nomen auctoris non inuenit in titulo, nec praefationem, uel dedicationem ſtatim perlegit, facile librum quendam, ſaltim aliquandiu perperam pro anonymo habere poteſt, qui tamen talis non eſt. Taceo etiam auctorem interdum pro editore tantum reputari poſſe, nomine eius in titulo non

non reperto, ſi non omnia accuratius legantur & conſiderentur, & quae ſunt alia huius occultationis incommoda. Si autem liber anonymus & pſeudonymus malus & periculoſus eſt, tunc eo magis neceſſarium eſt, ſcire auctoris periculoſi uerum nomen, quo facilius lectores ſibi ab eius ueneno, clam hinc inde occultato, cauere poſſint. Igitur rectiſſime poſtularunt quidam, ut canticis in libris cantionum ſemper praefigantur auctorum nomina, ne cantica fanaticorum & heterodoxorum, quod ſaepe fieri ſolet permiſceantur cum canticis orthodoxorum & ſic errores inopinato introducantur. Preces proinde M. Gottſchalds, Diaconi quondam Eubenſtockenſis, quibus in parte 2. ſeiner Lieder-Remarquen n. 9. aliorum implorauit opem, ut ipſi auctores anonymos canticorũ indicent, & neceſſariae & iuſtae fuerunt & ab omnibus ueritatis ſtudioſis omni opera ſunt implendae, nosq; ipſi data occaſione aliis exemplo noſtro praeibimus. Nec immerito paucis ante annis libri cantionum Nordhuſani compilatoribus a plurimis eorum aduerſariis obiectum eſt, quod omiſerint nomina auctorum inſcribere ſingulis canticis, quo facto

ſuſpicionem incurrerunt, cantica cum analogia fidei non ubique conuenientia eſſe admixta. uid. pluribus cel. Schamelii Erörterung der Frage: ob die Unterſuchung der Lieder-Auctorum unterbleiben könne 1716. Sed hic praeter uoluntatem & opinionem claudere cogimur praefationem ad hanc Bibliothecae noſtrae partem. Quia autem uaria adhuc reſtant, de quibus edocendus eſt lector, igitur telam hic abruptam, ad finem perducemus in praefatione ad ſecundam partem, ſiue Bibliothecam pſeudonymorum, quae coniunctim nunc cum Bibliotheca anonymorum prodit, Lectores proinde ad illam ablegamus praefationem, omnino cum hac coniungendam, quia huius ex parte eſt continuatio. Et quia cum chartis noſtris ad prelum feſtinare cogimur, pauciſſimis repetimus uotum noſtrum, ut omnes lectores noſtri perpetua felicitate & ſalute fruantur, nosque fauore ſuo, ſi meremur, in dies prolixiori nunquam non dignentur.

Dab. Ienae die XX Martii M D CC XL.

M. Ioh. Chriſtoph. Mylius,

Buttſtadio-Thuringus. Facultatis Philoſophicae in academia Ienenſi Adiunctus, & in eadem Bibliothecae publicae academicae praefectus, Societatis latinae ibid. florentis Collega.

Anno-

Annotatiunculae

quaedam ad ſchediasma celeb. Heumanni de anon. & pſeudon.

Ad p. 3 (1) Typographi interdum libris ſtudio turpes titulos praefigunt, (exemplum uid. n. 152 in bibl. mea anon.) ut ſcil. libri eo auidius emantur. Ita enim cum natura hominum comparatum eſt, ut prohibita & turpia auide appetat, ſed tales typographorum artes pertinent ad peccata typographorum incognita. Recentiori aetate ſimile exemplum accidit cum Calendario diabolico, ſiue calendrier du Diable, cui etiam ea ex cauſa turpis titulus praefixus eſt, ut uehementius appeteretur liber.

ad p. 5 (2) nimirum Melanchton antea uocabatur Schwartz Erd, ſed eius praeceptor Ioh. Reuchlinus hoc nomen mutabat in Melanchton. Vaninus praenomen ſuum Lucium ex arrogantia mutauit in Iulium Caeſarem, quia celebris Theologus romanus hoc quo-

que nomen gerebat, cui hoc modo par haberi uolebat uid. ipſa Vanini hac de re uerba in arcanis naturae p. 493.

ad p. 8 (2) 4 (1) 2 (1) Auctor celeb. inter uarias anonymor. ſpecies recenſitas omiſit illam, qui aliquam tantum & obſcuriorem quidem nominis ſui ueri partem apponunt, adeoque etiam ad ſemi-anonymos referendi ſunt e g Claude Malingre de Saint-Lazare ſcripto cuidam, a ſe edito, tantum adiecit ultimam ueri nominis ſui partem, uid. in Bibliotheca mea Pſeudonym. ſub uoc. *Lazare.* item illam ſpeciem omiſit, qui ueras quidem nominis ſui litteras initiales apponunt, ſed inuerſo-ordine legendas, exemplum uid. ſub tit. Journal de Louis XIII. in biliotheca mea anonym.

ad p. 16. Cum cel. Heumanni uerbis, quod interdum nihil referat, ſiue auctor cognitus ſit, ſiue incognitus, nam rem propoſitam, non auctorem ſpectari debere, apprime conueniunt uerba, quae reperi in praefat. ad Tom. I. d'Eſpion Turc, ubi ita legitur: *Ceux, qui liſent avec diſcernement, jugent d'un livre par lui même & pourvû qu' ils le trouvent bon, ils ne ſe mettent guères en peine de ſçavoir ni ou ni par qui il a eté compoſé, ni de quelle maniere il eſt ſorti des mains de l' Auteur. Que ce ſoit une fiction, ou une verité; qu' importe? La raiſon n'eſt-elle pas de tous les tems, & de tous les Païs? Un ouvrag ſe ſoûti nt; le bon ſens y regne par tout, que faut-il de plus pour le rendre recommandable.*

ad

ad p. 30 (8) Franciſc. Hotomannus probe cognoſcens, ex ſtilo interdum cognoſci poſſe auctorem anonymum, ſtudio occultauit ſtilum ſuum & aſſumſit barbarum, ut tutius lateret, quod pluribus a me docebitur in annotatis ad num. 1700 Pſeudon. Placc.

Ad artes eorum, qui ſecure latere uolunt, etiam pertinet 1) quod ſe ipſos interdum refutent, eo fine ut alii putent, refutatum & refutantem eſſe diuerſos, quod tamen non eſt, & hoc modo tutius latent, exemplum uid. in bibl. mea anon. n. 633. 2) alii, ut tutius lateant, interdum fingunt, ſe edere uerſionem cuiusdam libri, ne in auctorem tam auide inquiratur, exemplum uid. in Biblioth. mea anon. n. 1292. (a)

ad p. 37 (10) Courbeaux d'Elie recenſetur hoc ſcriptum in den Unſch. Nachr. 1706 p. 272 & contra auctorem, quem auctores der Unſch. Nachr. philologum quendam Helmſtadienſem eſſe non credunt, diſputatur, illiusque argumenta deſtruuntur & ad obiectiones eius reſpondetur, eique frequentiſſimi & craſſiſſimi errores contra linguam gallicam tribuuntur, qua in hoc ſcripto uſus eſt. Correxit tamen ſtilum & uitia grammaticalia auctor in alia huius ſcripti editione. uid. die Unſch. Nachr. 1707 p. 921.

ad p. 45 (12) Recte docet celeb. Heumannus ex affectibus ſcriptoris ſaepe uerum auctorem cognoſci poſſe, ſi quis enim nimium in prioribus ſcriptis ſuis erga alterum pro-

didit fauorem, exinde concludi poteſt, quod ſcripti alius, in quo idem affectus reperitur, auctor ſit, ex hac ratione coniicio, Silhonum eſſe auctorem des Sentimens d'un Fidele ſujet, de quibus uid. biblioth. meam anon. num. 1121

ad p. 96 (24) coll. p. 152 (38) celeb. Schurtzfleiſchius exemplo ſuo docuit, pſeudonymos quoad nomina non adeo diſcrepantes, facile confundi poſſe, confundit enim Pacificum a Lapide cum Hippolitho a Lapide, qui tamen diuerſi ſunt auctores, ut pluribus docetur in Faſc. 2 nouae libror. rarior. conlect. p. 227.

ad p. 149 (8) Cum his, quae celeb. Heumannus de Eugenio Lombardo tradit, conferenda ſunt ea, quae Placcius profert in num. 1593 ubi hunc pſeudonymum etiam tetigit.

ad p. 152 (38) Conf. ea, quae annotata ſunt paulo ante ad p. 96 (24)

ad p. 178 (45) Quae cel. Heumannus n. 5. de Gerberonii libris anonymis & pſeudonymis dicit, me permouerunt, ut iſtos libros anonymos & pſeudonymos bibliothecae meae anonymor. quoad integros titulos inſeruerim, ideoque ſuo loco iſti reperiri poſſunt.

ad p. 181 (46) n. 15. Prodierunt 9 partes uitarum per Clarmundum ab anno 1703 -- 1710. 2 Voll. in 8. Auctor fuit diſcipulus Schurtzfleiſchii. Et Dresdae poſtea quorundam

dam iuuenum priuatus moderator. Reimann. in catal. litter. p. 629 illum uocat hominem impigrum ſane & laborioſum, & earum rerum, quae ad humanitatem ſpectant, amantem. Qui quae & ore & ſchedis eruditorum, Schurzfleiſchii quam maxime, cui, ut oraculo, tribuebat plurimum collegerat, in lucem aſpectumque publicum producturus, has Biographias uirorum in re litteraria clariſſimorum edendas ſuſcepit. Atque in iis multa omnino prodidit, non detrita prorſus, nec ubiuis obuia. Verum nec ita comparata, ut nihil in iis iure deſiderari queat. Dictio enim, quam, quaeſo, diſcolor! Germana uocibus latinis, Graecis, Gallicis ita reſperſa, ut quo idiomate uſus ſit auctor, difficulter appareat. Diſpoſitio plane nulla. Et quae uitae clarorum uirorum dicuntur, a uitarum Schediaſmatis tam procul abſunt, ut uix prima rudimenta ad uitas adumbrandas neceſſaria compareant, nedum ipſae uitae & harum expoſitiones hiſtoricae ſuis partibus & proprietatibus conſtantes. Sane perſonatus ille Caſp. Bonifacius, cuius epiſtola critica de uita & ſcriptis Adolphi Clarmundi exſtat in der Hälliſchen Bibliothec Part. 7. p. 363 ſq. ſexcenta minutis uerubus notanda & iugulanda eſſe docet. Nec pauca damnat Hieron. Auguſtin. Groſchuffius in noua libror. rarior. conlect. Faſc. 1 p. 89 not. (a) Gundlingius, Stübelius, Kleffekerus, Lilienthalius, Colerus, Struvius, Stollius, Kriegkius & alii Clar-

Clarmundum in uitis ſuis ſaepe dormitaſſe docuerunt, qui tamen in praefationibus ſuis 9 partibus his praemiſſis & praeſertim in ultima ſe excuſat 1) bibliopolae moroſitatem effeciſſe, ut cruda & immatura haec typothetis tradere coactus fuerit ſchediasmata 2) ſe non hiſtoriae litterariae peritis ſcripſiſſe, ſed peritiam ſciſcitantibus 3) imagines eruditorum ſe inſcio & inuito eſſe appoſitas, nec falli, qui exiſtiment, quasdam a ſculptore ex ingenio eſſe confictas.

Idem Rüdigerus ſub nomine Adolphi Clarmundi edidit 2) Lebens-Beſchreibung Conr. Sam. Schurtzfleiſchens Dreßd. 1710 in 8. Sed de illo ita iudicat cel. Reimann. in catal. litter. p. 656. Vir eſt nauus & diligens & ad Hiſtoriam Schurtzfleiſchii ſcribendam ſatis idoneus, ſi cetera fuiſſent paria. Diu enim multumque hunc polyhiſtorem audierat. Scripta eius omnia diurna nocturnaque manu uerſauerat. Frequens eidem per annos plurimos cum eo uſus fuerat. Nec ſpernenda prorſus ſunt, quae de eius fatis, ſcriptis & ſermonibus in litteras retulit. Multa enim promit, quae ſempiternis fortaſſe tenebris conſepulta fuiſſent, ſi is non in lucem produxiſſet. Sed dictio, qua utitur, exanguis eſt, & maculoſa & diſcolor. Et ſeries rerum ita perturbata, ut auctor interdum in ſcribendo ſibimet ipſi non ſatis conſtitiſſe uideatur.

3) Edidit ſub nomine Clarmundi Fragen aus der Hiſtoria eccleſiaſtica nebſt denen Lebens-

bens=Beſchreibungen der vornehmſten Scribenten Wittenb. 1707 in 8. In quo ſi tanta fuiſſet dicendi & iudicandi facultas, cel. inquit Reimann. in catal. bibl. theol. p. 127 quanta ſedulitas, neſcio, quid praeclarum praeſtare potuiſſet in re litteraria. Sed ſubſidiis hiſce & apparatu librorum deſtitutus, ex collegiis MStis Schurtzfleiſchii & aliorum, accepit, quae litterarum monumentis prodidit. iis utilis, qui hoſpites ſunt adhuc in iſthoc ſtudiorum genere, non iis, qui uſu iam ſunt confirmati.

4) Einleitung zur Wiſſenſchafft der vornehmſten Scribenten der Kirchen=Hiſtorie Dreßd. 1710 in 8 pl. 16.

5) De praecipuis topicorum explanatoribus Lipſ. 1708 in 8.

ad p. 187 (47) Cabbala denutata recenſetur in Actis Eruditor. Lipſ. latin. 1684 p. 310.

ad p. 196 (49) Cel. Reimann. in catal. litter. p. 177 corrigit ſumme reu. Heumannum in ſchediasm. de Anon. & pſeudon. p. 183 edit. 1 ſed edit. 2 p. 196 (49) quod Burmanniana a Clerico profecta eſſe putet, ſed ipſe cel. Heumann. nunc ſe correxit in additionibus ſuis ad editionem ſecundam ſchediasmatis ſui, poſtquam forſitan legerat uerba der neuen Hälliſchen Bibliothec part. 12 p. 162. Ubi auctor ita ſcribit: Ich bin gewiß, daß kein Menſch, der die gemeldete Burmanniana nur mit einwenig Verſtande anſiehet, auf den Clericum fallen werde. Der Auctor der Burmannia-

no-

norum iſt ein junger hoeckerigerDoctorPhiloſophiae & Iuris in Utrecht, dem wegen ſeines Muthwillens nicht lange hernach eine Strafe dictiret worden. Und es iſt nicht weniger bekannt, wer den Wind in die Pfeiffe geblaſen hat. Ibid Burmanniana uocantur eine närriſche und alberne charteque. Huic relationi Reimann. l. c. nec demit, nec addit fidem, non plane autem a uero ſeiunctum eſſe tradit, quod in ſelectis Hiſtoricis & Litterariis obſ. 6. §. 10. p. 158 pronuntiat Lilienthalius: Nil niſi ſcomnata & incurioſa in ſe continere haec Burmanniana in cl. Burmannum uibrata, quae tamen iſte indigna iudicauerit quibus aliquid reponeret.

ad p. 202 (51) Faſciculus 5 & ultimus prodiit Halae 1716. in 8 & hi 5 faſciculi explent 3 uolumina. Poſtquam deſierant obſeruationes latinae & germanicae Halenſes, bibliopola Rengerus, uir acutus & prudens, & quid prodeſſet ſuis rebus, quid minus, optime peritus, qui impenſas fecerat ad iſtas obſeruationes Groſchuffii operam (cum quo celeb. Reimann. in catal. litt. p. 533 ſibi olim frequens commercium litterarium interceſſiſſe ait, & cuius praefationem, faſciculo 1 praemiſſam, non legendum, ſed totam ediſcendam exiſtimat, ab iis, qui Bibliognoſiae amore ducuntr, quia illa nihil bona fruge ſit refertius, adeo ut ex ungue facile cognoſci queat, quis, qualis, quantusque fuerit Groſchuffius) expetebat. Hic au-

autem praematura morte abreptus, 3 tantum faſciculos edere poterat. Anno autem 1715 continuationem proſequebaturTilgnerus addens faſciculum 4 & 5 & in praefat. 5 faſc. plures pollicitus eſt, ſed promiſſis non ſtetit. Cel. autem Reimann. l. c. iudicat, Tilgnerum neque in dicendi uenuſtate, neque in iudicandi facultate aequare potuiſſe Groſchuffium. Ideo Reimannus merito miratur, Lexicon eruditorum Tilgneri & non potius Groſchuffii feciſſe mentionem. Tilgnerus tandem ſibi ipſi uiolentas manus intulit Atheiſmi oeſtro percitus, ut coniiciunt auctores Lexici eruditorum, uel Melancholiae uitio ad hanc inſaniam adactus, ut ex epiſtola dedicatoria, faſc. 4 praemiſſa coniici poſſe putat Reimannus. Prodiit deinde in continuationem 5 priorum faſciculorum noua uariorum ſcriptorum collectio tam editorum, quam ineditorum, rariorum etiam & recens elaboratorum Faſc. 1 Halae 1716. 2. 1717 3 ibid. 1717 ſed faſciculis his colligendis & ordinandis moderatorem idoneum defuiſſe iudicat Reimann. l. c. p. 535. atque ſimul contenta horum 3 faſciculorum indicat.

ad n. 5. *La Vie du bienheureux Regis à Lyon,* 1717 in 12 ſcripſit & edidit P. d' *Aubenjion.* De qua uid. *les Memoires de Trevour* 1718 menſ. Ian. n. 6.

ad n. 15. in den Leipz. gel. Zeit. 1734 p. 479 huic libro tantum 18 figurae tribuuntur. Recen-

Recenſetur hoc compendium in ſect. 4 Tom. I. *Supplementor. ad noua acta eruditor.* n. 5. prodiit ex typographeo imperatoriae ſocietatis ſcientiarum.

ad n. 66. Dux Ferrarae illi, qui ipſi *Orlando furioſo* dedicarat, reſpondit: *Signor Arioſto, dove per Dio havete pigliato tante coionnerie.*

ad n. 72 Noua editio *de Don Quichotte* prodiit 1725 cum continuatione Mr. *le Sage* in 14 uoll. Notandum eſt, nos hic ὡς ἐν παρέδῳ in not. (c) mentionem feciſſe *du Sentiment* ab academia gallica, quam Cardinalis *Richelieu* ad refutationem coegit) 1637. contra comoediam *le Cid*, a *CORNEILLE* ἀνωνύμως ſcriptam publicati uid. *notas ad Boileau ſatyras* p. 142. edit. 1717. Sed Cardinal. *Richelieu* et *toute l'academie Françoiſe* efficere non potuerunt, ut minueretur fama poematis *le Cid* dicti, et a *Pet. CORNEILLE*, Thomae fratre maiore, confecti.

ad n. 91 Recenſetur etiam hoc ſcriptum in den Unſch. Nachr. 1709 p. 653 et auctores dicunt, ſtilum Baylii et huius ſcripti ualde conuenire. In titulo Auctor uocatur C - A. A. P. D. P. Piaccius quidem iam n. 2178 adduxit hunc librum, ſed quia uaria ſupplenda erant, repetii eundem. Leibnitius Euangelicos contra Peliſſonium in uariis epiſtolis defendit, uid. Die Leipz. gel. Zeit. 1717 p. 374 quas epiſtolas Peliſſon addidit ſuis *Reflexions ſur les differents de la religion.*

ad n. 106 Prodiit haec bibliotheca *à Lyon*

1712

1712 in 4. 2 uoll. Auctor uaria realia ſub certis titulis ordine alphabetico pertractat. uid. die Unſch. Nachr. 1712 p. 532 et (magnif. Loeſcheri) theolog. annales 1712 n. 267 p. 113.

ad n. 107 Prodiit haec bibliotheca ab anno 1717 uſque ad 1727 XIV Tomi XXVIII partes et XXVIII uolumina. Michael *de la Roche* Tomos quinque priores euulgavit ut ipſe teſtatur *dans les Memoires litteraires de la grande Bretagne* in indice et praef. continuauit deinde hanc bibliothecam *Amandus de la CHAPELLE*, qui Tomorum a Tomo VI uſque ad XIV huius bibliothecae auctor eſt, quod ipſe prodit in praefat. Tomi IX ubi et rationes affert, quare in Tomo VI, VII, VIII, uerum ſuum nomen ſub ſignis A. B. D. M. T. abſcondere, quam integrum exponere lectorum oculis maluerit. Haec bibliotheca ideo potiſſimum nobis in honore eſſe debet, quia in illa uelut in tabula Acta Eruditorum Britannorum conſpicienda proponuntur, item ſcripta edita et edenda, etiam nonnulla inedita, uirorum doctiſſimorum elogia, commentationes biographicae, diſſertationes epiſtolicae, obſeruationes criticae, narrationes uariae de rebus litterariis etc. Quia igitur rariora ſunt plerumque apud nos Anglorum ſcripta 1) quoniam Britannia ab orbe noſtro diuiſa eſt 2) quia non multa librorum in typographiis Anglorum excudi ſolent exempla 3) Quia bibliopolae Anglorum non frequen-

tia admodum cum noſtris habent commercia, quod et in ipſius huius bibliothecae Part. 1. Tom. 1. in praef. indicatur his uerbis: *Nos libraires Anglois n' ont que tres-peu, ou point de commerce dans les Païs etrangers.* uid. celeb. Reimanni *catal. litter.* p. 753.

ad n. 114 cel. Reimann. *in catal. litter.* pag. 757 dicit, quod *la bibliotheque uniuerſelle* deſierit 1691.

ad n. 151 cf. infra in append. anon. gallic. ſub tit. *Que la Religion chrétienne eſt tres raiſonnable.* Prodiit etiam 1733 germanica huius libri uerſio per D. Ioh. Chriſtoph. Meinig ſub tit. Joh. Locks, Beweiß daß die chriſtliche Religion höchſt billig ſey. Braunſchw. in 8. pl. 22. ſed auctor Lockii errores non reticet, uerum in praefat. illis contradicit. Secunda editio uerſionis gallicae euulgata eſt Amſtel. 1715 in 8 Tomi 2 et recenſetur in Clerici *Biblioth. ancienne et moderne* Tom. 4 Part. 1 p. 230 *Hiſt. crit. Tom.* 10 p. 1 *Journal Lit.* Tom. 7 Part. 2. p. 437 add. in appendice anon. gall. ſub tit. *Religion.*

ad n. 164 Quomodo auctor conciliare uelit Act. 7, v. 14. Gen. 46, 26 et Deut 10, 22 indicatur in den Unſchul. Nachr. 1704 p. 358 ſed conciliatio illa nimis coacta uidetur.

ad n. 167 Sunt meditationes ad Euangelia et Epiſtolas dominicales et feſtiuales, a quibusdam titulus ita adducitur: *Conferences ſur les Epitres et Euangiles des Dimanches et Fêtes de l' année.* Auctor etiam edidit *Conferences de Lucon,*

con. uid. die Samml. von Theol. Sach. 1724 p. 840.

ad n. 168 Archiepiſcopus, cuius hic mentio ſit, eſt Cardinalis *de NOAILLES.*

ad n. 176 Prodiit hic liber Amſtel. ap. Iac. *des Bordes* in 8 ſine praefatione ulla pl. l. 8 Continet capita 33, de hiſtoria romana ab origine Romae usque ad interitum orientalis imperii agentia. Textui breues quaedam notae ſubiectae ſunt, quae tantum loca auctorum, ex quibus relationes deſumtae indicant. uid. die Leipz. gelehr. Zeit. 1734 p. 459 In anglicum quoque ſermonem hae conſiderationes conuerſae et Londini 1734 in 12 ap. W. *Junys* ſub tit. *Reflexions on the Cauſes of the Grandeur and Declenſion of the Roman* impreſſae ſunt. uid. die Leipz. gelehr. Zeit. 1734 p. 659 *MONTESQUIEU* fuit Praeſes (*Preſident*) in Gallia.

ad n. 198 Auctor conſtituit, breuiter repraeſentare cuiusuis auctoris eccleſiaſtici genuinos libros, ab iisque ſuppoſititios diſcernere, adiectis cauſis, cui quisque pro libro genuino, uel ſubdititio ſit habendus. Sed in progreſſu libri uidetur oblitus eſſe ſcopi ſui, dum ad recentiora delatus tempora ſine ulla κρίσει merum exhibet, eumque ſatis indiligenter compoſitum catalogum ſcriptorum eccleſiaſticorum ad noſtra uſque tempora. Sub auctoribus eccleſiaſticis comprehendit etiam illos, qui in bibliis ſacris continentur. Agit de canone V. T. de auctore Pentateuchi,

chi, libri Ioſuae, libri iudicium libror. Sam. regum, Paralipom. Pſalterii, Cantici cantic. de canone N. T. Euangelio Matthaei, libris apocryphis et pſeudepigraphis, Symb. apoſtolico, de teſtimonio Ioſephi de Chriſto, de libris Sibyllinis de Canonibus Apoſtolicis, Conſtitutionibus apoſtolicis, libris Dionyſii Areopagitae. Scriptores eccleſiaſticos ueteres cum deperditos, tum ſuperſtites, recenſet ſerie chronologica, et poſt recenſita eorum genuina opera, etiam ſubdititia commemorat, eaque νοθείας conuincit. Exſtantium uarias adducit editiones, ſed nec perfecta ſatis, nec accurata eſt haec editionum recenſio, ut iudicant auctores *Actor. erudit. Lipſ. lat.* 1717 p. 256. De Conciliis etiam agit. Sed in Scriptoribus eccleſiaſticis recentioribus recenſendis eo minus adhibet diligentiae, et Auctores Actor. Erudit. l. c. uaria eius notarunt ſphalmata.

ad num. 201 Prima editio huius libri prodiit 1710 ſecunda 1717 Auctor qui in controuerſiis praeſertim exercitatus fuiſſe dicitur, maximopere ſtuduit tanquam Miſſionarius occultos Reformatos in Gallia ad papiſticam religionem perducere, & gentiles ſuos, Anglos etiam in hoc rete pertrahere. Liber hic praeſertim contra *Bulnati* Catechiſmum & epiſtolam cuiusdam Paſtoris in Batavia ſcriptus eſt. In lib. 1. auctor Boſſueti expoſitionem explicare ſtudet & diſputat contra doctores Proteſtantium, qui Papi-

ſtis

ſtis perperam multa falſa tribuerent. Agit de inuocatione ſanctorum, de poenitentia, de miſſa, purgatorio, negat Papae infallibilitatem & abſolutam poteſtatem, p. 205 propugnat, eccleſiam romanam Laicis etiam praecipere, ut biblia legant. De archiepiſcopo Cantabrigienſi Parkero, a quo omnes Epiſcopales in Anglia deſcendunt, praeſertim probare conatur, eum non rite ordinatum eſſe. *Dans les Preuves*, quae adhaerent, auctor fatetur, ſe eſſe Hibernum & reſpondere ſtudet ad Antidotum, quod contra eius *veritable croyance* prodierat. Auctores autem der Sammſ. von theol. Sachen 1722 p. 432 iudicant, hoc ſcriptum utlius & confuſius eſſe, quam prius & nihil minus praeſtare, quam quod titulus pollicetur. Verboſe agit de 7 Sacramentis, unitate, ſanctitate & uniuerſalitate romanae eccleſiae, & oſtenditur, biblia gallicana & anglicana ualde uariare, proponuntur etiam multa dubia ex anglicana Liturgia, hiſtoria & anglicis theologis. In diſcurſu adhaerente abbas conſenſum eccleſiae orientalis de reali praſentia & Transſubſtantiatione contra Albertinum & Claudium uindicare ſtudet.

Conf. ad hunc numerum appendicem ſub. tit. *le Miſſionaire demasqué.* Hos duos tractatus Gouldii nimirum *la croyance* & *les preuves* germanice uertit Franciſc. Nonnhard, concionator controuerſiarum Dresdenſis, priorem ſub. tit. der wahrhaffte Glaube der catholi-

 ſchen

ſchen Kirche, Prag 1725 in 8. pl. 11. & poſteriorem ſub tit. Probierſtein der wahren Kirche, Prag 1725 in 8. pl. 20. Translator eccleſiam noſtram ſaepe probris afficit. Inepte ſaepe uertit, ponens Magiſter *Bulnat* & Mag. *Drelincourt* pro Monſ. Drelincourt & Monſ. Bulnat, quosdam quoque eius naeuos dogmaticos notant die auctores der Samml. von Theol. Sach. 1726 p. 614.

ad n. 227 (Abbas du Mas) *dans l' Hiſtoire des cinq propoſitiones de Janſenius*, affirmauerat, Ianſeniſtas olim conceſſiſſe, 5 propoſitiones damnatas reperiri in Ianſenii Auguſtino & Clementem IX nemini gratiam indulſiſſe, qui non damnaſſet 5 propoſitiones in ſenſu Ianſenii. Hoc refutauerat P. Queſnell in tract. *la Paix de Clement IX* abbas du Mas autem in hoc ſcripto denuo defendit ſententiam ſuam uid. *les Nouvelles de la Republique des lettres* (de Mr. Bernard) 1702. menſ. Oct. p. 463.

ad n. 231 *In Bibliotheque francoiſe, ou Hiſtoire litteraire de la France* Tom. I. p. 25 de Patris Balti *Defenſe* ita iudicatur. *Cet habile Ieſuite, ne laiſſe rien a deſirer aux Lecteurs les plus difficiles*, ſed Chriſtianus Thomaſius in praefat. ad Clerici unpartheyiſche Lebens-Beſchreibung einiger Kirchen-Väter, plane aliter iudicat. Prodiit hic liber Pariſ. 1711 in 4. 3 Alph. 18 pl. mai. ap. *le Conte* & *Montalant* & Baltus dedicationi ſubiecit nomen ſuum. Auctor in hoc ſcripto peccare uidetur in defectu, (contendere pro-

probans, patres nullo modo Platoniſmo infectos fuiſſe) cum alii in doctrina de Platoniſmo patrum in exceſſu peccarint. (a) Conſtat hoc ſcriptum ex libris 4. In 1 auctor probare contendit; (b) Patres in ſcho-

---

(a) e. g. Sociniani, (& inter illos praecipue Fauſtum Socinum, qui Trinitatem diuinam apud Chriſtianos putabat eſſe figmentum, ex philoſophia Platonica deſumtum) Clericus & auctor *du Platoniſme devoile* (qui eſt Souverain, de quo uid in bibliotheca mea num 905) quem una cum Clerico Ieſuita Baltus praeſertim refutat, attamen ſimul monet, non opus eſſe uerboſa refutatione quia *le Platoniſme devoilé* eſſet ſcriptum confuſum ex quo parum periculi immineat ueritati. Hi Platoniſmum fere ubique in Chriſtiana religione & etiam in myſterio. Trinitatis quaerunt. Auctores autem der Unſch. Nachr. 1711 p 491. mediam uiam inter Baltum & inter contrarium ſentientes hoc modo oſtendunt, 1) Patres quidem craſſiora ex Platoniſmo & quae expreſſe ethniciſmo fauebant, reieciſſe, ſibi etiam non propoſuiſſe, aſſeclas eſſe Platonis perpetuos 2) illos tamen quasdam corruptas notiones & principia, quae in tota Graecorum philoſophia & ita etiam praeſertim in Platonica philoſophia dominabantur, retinuiſſe, 3) Platonem & eius methodum aliorum philoſophiae praetuliſſe, & interiorem illius Philoſophiae Platonicae habitum, non adeo accurate examinaſſe ſed interdum pro auro, quod nitebat habuiſſe. 4) Phraſes Platonicorum patribus ex duabus praedictis rationibus praeſertim placuiſe. Quae Baltus multis ſuis demonſtationibus ſubuertere non poterit.

(b) Quae Baltus lib I. c. 1.2.3 adducit auctores der Unſch. Nachr. l. c. probare tantum putant, quod Patres profeſſi Platonici non fuiſſent, & hoc modo etiam Theologiam Platonicam non palam profeſſi eſſent. In cap. 4 & 5 tantum oſtenditur, & quidem lubricis argumentis, patres etiam ex ſtoica philoſophia quaedam

lis Platonicis non educatos eſſe. In 2 Eos Platonis principia non arripuiſſe. In 3 Eos ipſos contra Platoniſmum ſcripſiſſe. In 4 (c) praeſertim Clementen Alexandrinum, Iuſtinum Martyrem & Auguſtinum a Platoniſmo liberare ſtudet.

ad n. 233 poſt uoc. *faites* adde avec les preuves juſtificatives des faits, avaucés dans cet Ouvrage par l' Auteurs de la Diſſertatio à Bruxelles 1726 in 12.

ad n. 237. Recenſetur etiam hic liber *dans l'hi-*

---

deſumſiſſe, ſed exinde non ſequitur, ergo ex Philoſophia Platonica nihil ſumſerunt. In cap. 11 & ſequentibus auctor rem nimis exaggerat, quaſi ante Plotinum nullae fere ſcholae Platonicae fuiſſent, ſed ſibi ipſi hoc modo contradicere cogitur, dum ad probandam Platonicorum paucitatem reliquas ſectas omnes cum earum ſcholis Platonicae ſcholae opponit. Argumenta 2. & 3. libri illud tantum probant, quod Platonicae theſes aeque ac aliarum ſectarum philoſophicarum, quae Chriſtianiſmo aperte aduerſatae eſſent a patribus reiectas eſſe, e. g. Polytheiſmus, Auguria, Metempſychoſis, aeternitas materiae & mundi, Platonis ſomnia de communione uxorum &c. Auctor tamen recte ſimul oſtendit, magnam differentiam fuiſſe inter methodum docendi patrum & acerrimorum Platonicorum.

(c) In huius libri cap. 4. auctor monet, apud Clement. Alexandrinum lib. 5. Stromat. pro προφητικῶς legendum eſſe ποιητικῶς, ita ut Clemens Platonem non pro propheta habuerit. Dacerum praecipue paſſim refutat, qui Platonis errores ſacre ſtuduerat incruſtare. De Trinitate Platonica recte & accurate probat, illam non ad tres diuinas perſonas, ſed ad 3 principia metaphyſica ſpectare. Verboſe & accurate hunc librum recenſent *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1711. p. 250 - 259. & multa notatu digna in Balti ſcripto occurrunt.

l' hiſtoire Critique Tom, 3. p. 278 & *dans le Journal litteraire* T. 1 P. 1 p. 1. Hoc ſcriptum Fenelono ſurreptum & ipſo inuito prelo datum dicitur. Scopus eſt, facili methodo, quae ab omnibus capi poſſit, probare, quod ſit Deus Auctor ergo argumtatur, quemadmodum aliquis a docto quodam opere & artificioſo ad doctum auctorem & artificem recte concludere poſſit, ita & ab artificioſa & optima mundi ſtructura recte concludi ad ſummum & optimum artificem. Deinde exiſtentiam dei ex rationali animae noſtrae ſtatu demonſtrat. Auctor interdum ſibi ſine neceſſitate difficultates fingit, quia nimirum non ſatis certe principia fundamenti loco poſuerat, e. g. putat cum Carthesio, ſi beſtiae non pro meritis machinis haberentur, doctrinam de animabus earum noſtrae religioni nocere. Item ſe non conciliare poſſe ait, quod homo a deo dependeat & tamen liberam uoluntatem habeat. Interdum in errorem Malebranchii incidere uidetur, quod omnia in deo uideremus. add. die Unſch. Nachr. 1713 p. 115 & conf. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1713 p. 203 die teutſchen Acta eruditor. part. 11 p. 922. *Iournal des Savans* 1713 menſ. Mart. p. 244 Clerici *bibliotheque choiſe* Tom. 26. Part. 1. p. 233.

ad n. 331 Patri *Courrager* ad ſcriptum ſuum occaſionem dederat quod quidam Galli ſtuduerant eccleſiam anglicanam coniungere cum Gallicana, quia eccleſia Anglicana in-

terruptam epiſcoporum ſucceſſionem, uerae eccleſiae characterem habuiſſet. Abbas *Gould* quidem *dans la veritable croyance de l'Egliſe catholique* (quae recenſetur in der Samml. von Theolog. Sachen 1722 p 429 hanc ſucceſſionem in dubium quidem uocauit, cuius iudicium abbas *Renaudot* excerpſit & P. *Courrayer* huic diſſ. praemiſit, ſtudetque illorum praeiudicia refellere. Quaeritur nimirum an Archiepiſcopus Cantuarienſis Parnerus recte initiatus ſit, alioquin enim ſucceſſio epiſcoporum interrupta eſſet. Additur Barlowium, epiſcopum Bathenſem & Chicheſtrenſem deinde ipſum non rite ordinatum fuiſſe ergo & Parkerum non accipere potuiſſe ab illo ordinationem. In haec tria momenta auctor inquirit. Menſi Majo du Journal des Savans P. le Courayer epiſtolam contra illos inſeruit, qui diuulgauerant, illum opinionem Angli Torndick accepiſſe de repetenda ordinatione & hoc loco profitetur repetitionem ordinationis rei & ritibus eccleſiae prorſus eſſe contrariam, reſpondet etiam ad alias obiectiones ipſi factas. *Courayer* aduerſarium ſuum *le Quien* magni aeſtimauit. uid. die Samml. von Theol. Sachen 1724 p. 968.

Contra *Courayer* prodiit: 1) *La diſſertation du P. Courayer ſur la Succeſſion des Evêques Anglois & ſur la validité de leurs ordinations, refutee par le p. Hardouin, de la compagnie de Jeſus. Premiere Partie, La queſtion defait, à Paris* 1724 in 12 pl. 10. 2) *Dans*

2) *Dans les Memoires de Trevoux* 1724 menſ. Nou. P. *Courayer* pro Syncretiſta habetur, & menſ. Dec. ibid. pro Sceptico, qui de religione ſua non certus ſit, & menſ. Mart. ibid. illum acerrime perſtringunt. His reſpondet in part. 1 Tomi 4 *de la Bibliotheque Francoiſe* n. 7 ubi inſeruit *Lettre aux Journaliſtes de Trevoux* dat. 22 Fevr. 1724 & aliam ibid. dat 15 May 1724. Num. 9 huius bibliothecae reperitur *une Réponſe ſuccincte aux Journaliſtes de Trevoux, contenüe en une Lettre de P. Courayer à un de ſes amis.*

3) Prodiit etiam contra *Courayer* uehemens ſcriptum (*Gervaiſii* abbatis) ſub tit. *Lettre d'un Theologien* de quo uid. bibl. meam n. 671.

4) Contra eundem *Nullité des ordinations Anglicanes, ou Refutation d'un Livre intitulé: Diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois par le R. P. Michel le Quien, Profeſſeur en Theologie de l'Ordre des Freres Prêcheurs à Paris* 1725 in 12. 2 voll. In parte 1 agit de hiſtoria & in part. 2 de iure anglicanae ordinationis.

5) Contra eund. P. Hardouin *ſeconde partie. La queſtion de Droit à Paris* 1725 in 12. Conſtat ex 7 capitibus.

6) Contra eund. *Lettre au Reverend Pere le Courayer ſur ſon Traité des ordinations des Anglois par un Religieux Benedictin à Paris* 1726 in 12 pl. 3. Auctor unico tantum argumento contra *Courayer* diſputat, nimirum ordinationem anglicanam eſſe dubiam, adeoque non ualentem.

7) Con-

7) Contra eund *Mémoires ou diſſertation ſur la validité des ordinations des Anglois & ſur la ſucceſſion des Eveques Anglicans ſſ. par M. Fennel, Doyen de Laonne en Irlande à Paris* 1726 in 8 partes 2. 1 Alph. pl. 17.

8) Deinde prodiit per P *Courayer: Defenſe de la diſſertation ſur la validité &c.* Inter adverſarios, quibus ſolide reſpondet P. *le Quien* maximi aeſtimat. Hac defenſione ſua apud Anglos tantam famam conſecutus eſt P. *Courayer*, ut ipſum honore Doctoris in pleno conceſſu ordinarint, nec ab eo poſtularint, ut alias moris eſt, inferiores gradus aſſumere.

9) Patrem *Courayer* quodammodo contra Harduinum & *le Quien* defendit celebris Angliae Hiſtoricus Iohn Strype in *Annals of the Reformation & eſtabliſſement of Religion in the Church of England* Vol. 2. *London* 1725 in fol.

10) contra *Courayer* P. *Hardouin* inſeruit *aux Mémoires de Trevoux: Deux exemples des falſifications remarquées par le P. Hardouin, Jeſuite dans la Defenſe du P. Courayer à Paris* 1726.

11) Harduino egregie reſpondit in part. 2 Tomi 12 *de la bibliotheque francoiſe* ſub tit. *Lettre du Pere le Courayer, Chanoine Regulier & Bibliothecaire de St. Geneviéve de Paris à Mylord Percival au ſujet de la nouvelle accuſation de faux, qui lui eſt intenté par le P. Hardouin dans le Journal de Trevoux du mois de May* 1727.

12) 1727 Cardinal DE NOAILLES, *Archiepiſcopus Pariſienſis* congregationem 18 epiſcoporum habuit & d. 18 Aug. 1727 mandatum edi-

edidit, in quo duos libros Courayer nempe *diſſertation ſur la validité ſſ. & Defenſe de la Diſſertation ſſ.* condemnauit.

13) Idem Cardinalis paulo poſt edidit: *Inſtruction paſtorale de ſon Eminence Monſeigneur le Cardinal de Noailles, Archevêque de Paris, ſur deux ouvrages, domt le premier à pour titre: Diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois, inprimé à Bruxelle en 1722 & le ſecond: Defenſe de la diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois, inprimé à Bruxelle en 1726. Avec une Lettse paſtorale du meme au ſujet du Frere le Courayer &c. à Paris* 1727 in 4 pl. 16.

14) Prodiit etiam contra *Courayer: Denonciation aux Evêques de France d'un livre, intitulé: Defenſe de la diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois par M. Cl. le Pelletier* (qui fuit D. Th. Paſtor & Canonicus Rhemenſis) 1727 in 12 pl. 5.

15) P. *Courayer* oppoſuit *Lettre à ſon Eminence, Monſeigneur le Card. de Noailles, Archevêque de Paris.*

16) Contra *Courayer* prodibat: *Traité dogmatique de la Meſſe pour ſervir de Juſtification à la Cenſure des Evêques contre le Pere Courayer, Religieux de Sainte Genevieve & les Anglois. Par M. Claude de Pelletier, Prêtre, Docteur en Theologie, Chanoine de l' Egliſe de Reims à Paris* 1728 in 12 pl. 10.

17) Contra eund. *Courayer* denuo edidit *Harduinus La defenſe des ordinations Anglicanes refutée à Paris* 1727 in 12 2 Voll. 1 Alph. pl. 2.

18) Con-

18) Contra eund. *Cenſure des Livres de Frere Pierre François le Courayere intitulés: Diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois &c. & Defenſe de la diſſertation des Ordinations &c. par les Candinaux, Archevêques & Evêques aſſemblés ordinairement à Paris.* Auctores ſunt ſine dubio illi 18 Epiſcopi, quorum iam ſupra n. 12 mentio facta eſt.

Propter perſecutiones *Courager* tandem Galliam relinquere et in Angliam Londinum ſe conferre cogebatur. Archiepiſcopus Cantuarienſis illum amice excipiebat et rex illi annum ſalarium 100 librarum (Pf. Sterling) donabat.

19. Deinde iuſſu Cardinalis *de Noailles* Cancellarius et Vicarius eius contra *Courayer* edidit: *La vraye maniere de contribuer à réunion de l' Egliſe Anglicane à l' Egliſe catholique, ou Examen de differends endroits de deux Livres l' un intulé: Diſſertation ſur la validité ſſ. et l' autre Defenſe de la Diſſertation ſſ. par M. François Vivant, Pretre, Docteur, Chanoine, Vicaire General de Paris à Paris* 1728 in 4to 1 Alph. pl. 2.

Menſe Febr. 1728 Capitulum S. *Géneviève* in extraordinaria congregatione decreuit, P. *Courager* excommunicandum et omnibus monachis huius monaſterii commercio literario cum illo prohibendum eſſe.

20 P. Courayer ex Anglia epiſtolam anglice et gallice ſcriptam ad Cardinalem *de Noailles* miſit, in qua cauſſas ſui ex Gallia diſceſſus exponit, et cur errores catholicae

ec-

eccleſiee et nimias caeremonias probare nec uoluerit, nec potuerit.

21. Idem edidit: *Relation hiſtorique et apologetique des Sentimens et de la conduite de l' Auteur de la Diſſertation, ſur la validité des Ordinations des Anglois; Avec les preuves iuſtificatives avancés dans cet ouvrage. Par le R. P. le Courayer. Amſterd.* 1729. in 12mo 2 voll.

22. Refutare tentauit Patrem *Courayer*, P. Antonius Boucat, Ordinis minorum Presbyter in Theologia Patrum Scholaſtico-dogmatica, ſed maxime poſitiua de Sacramentis Tom. 19. part. 3. Paris 1725 in 8uo in quo de caeremoniis et ordinatione Anglorum agit

23. P. *le Quien* nouum opus cum Conſultatione celebrie cuiusdam Doctoris anonymi contra Courayer edidit. In parte 2 ordinationem anglorum et eorum miniſterium eccleſiaſticum inualidum eſſe ex doctrina de ſacrificio probare conatur.

Contenta ſingulorum horum 23 ſcriptorum breuibus adducunt auctores der Samml. von Theol. Sach. 1730 p. 975-989.

Prodiit etiam *Supplement aux Ouvrages de la validité des Ordinations Anglicanes par le P. le Courayer Amſterd.* 1732 in 12mo reg. 1 Alph. pl. 5 quod ſcriptum praeſertim monacho Dominicano *le Quien* oppoſitum eſt. Auctor praeter alia monet, abbatem *Renaudat* auctorem huius controuerſiae eſſe de inualiditate epiſcoporum Anglicanorum, quem *Gould*

et

et *le Quien* exſcripſerint uid. p. 33. recenſ. hoc ſupplementum in der Samml. von Theolog. Sach. 1732 p. 1027.

Adde etiam *La nullité des Ordinations Anglicanes, demontrée de nouveau tant pour les faits, que pour le Droit contre la Defenſe du R. P. le Courayer* par Mich. *le Quien à Paris* 1730. in 12 voll. 2. Ultimam quaſi manum imponere uult *le Quien* in hoc ſcripto controuerſiae, cum P. *Courayer* ſuſceptae, et magna cum uehementia agitatae. Omnia, quae in contrarium afferri poterant, attulit. uid. *Journal des Savans* 1730. menſ. Nov. n 6 et Dec. n. 5 und die Leipz. gel. Zeit. 1730 p. 661 et 668

ad n. 338 (magnif. Loeſcherus) in theologiſchen Annalibus 1728 p. 620 etiam iudicat, hoc ſcriptum auctori ſuo magno eſſe honori, et illos, contra quos directum eſt, nihil, quod conſiſtere queat, regerere poſſe, ſed uitia typographica nimia eſſe in hoc ſcripto.

ad n. 366. Liber Ioncourtii pl. 18. conſtans, multos motus excitauit. Coccejus et eius aſſeclae fere in omnibus locis Scr. ſ. uaticinia de Chriſto et ſtatu Nou. Teſt. deprehendiſſe ſibi uiſi ſunt. Voetiani autem illis in hac re contradicunt, adeo ut Coccejani contendant, Voetianos omnia uaticinia de Chriſto eludere uelle. Auctor ſcopum habuiſſe uidetur, duas has contrarias partes conciliare. Queritur etiam de ſecta quadam in Batauia, *hebraizans* dicta, de qua etiam alii Batauorum libri queruntur, quod ſub ſpecie, hebraica accurate tractandi,

di, totam fere Chriſtianorum doctrinam moralem ſubuertere tentet. uid. die Unſch. Nachr. 1706 p. 720. add. (magnif. Loeſcheri) theolog. annales 1707 p. 364 & Clerici *Bibliotheque choiſie* Tom. XI. p. 414.

ad n. 369 *Baſnage* fuit Paſtor reformatus Roterodamenſis, prodiit ſcriptum eius 1709. In praefat. auctor docet, totas eccleſias ſub iugo hiſpanico & gallico fuiſſe, quae ope ope N. T. & aliorum librorum religionem reformatam propagaſſent, in quorum gratiam, praeſertim Hugonotarum in Gallia hunc librum, ex 15 Dialogis inter Papiſtam & Reformatum conſtantem, conſcripſiſſet. In dialogo 1 Papiſta Reformatum conuincit, diſſimulationem religionis eſſe contra conſcientiam. In 2 Reformatus probat, ſeparationem ab eccleſia romana fuiſſe neceſſariam & unitatem eccleſiae ſtabiliuiſſe. In 3 dialogo agitur de quaeſtione: An aliquis in eccleſia romana ſaluari poſſit? & artes Miſſionariorum deteguntur. In dial. 4 praeſentia corporis Chriſti realis in ſacra coena negatur & Transſubſtantiatio refutatur. In 6 dial. Calicis ſubtractio & miſſa improbatur. In 7 agitur de circumlatione & adoratione uenerabilis, contra quam poſteriorem Papiſta *Thiers* peculiarem tractatum ſcripſit ſub tit: *Expoſition du Sacrement.* In 8 dial. de adoratione ſanctorum agitur. In 9 de ueneratione reliquiarum, ubi de reliquiis umbilici Chriſti non ita pridem inuentis tractatur.

In 10 dial. de cultu imaginum agitur. In 11 de poenitentia & confeſſione. In 12 de ſatisfactionibus, indulgentiis & purgatorio. In 13 de iuſtificatione. In 14 de praecipuis religionis Chriſtianae ueritatibus. In 15 de abominandis Papiſtarum doctrinis, quomodo ortae fuerint, ex hiſtoria eccleſiaſtica oſtenditur, & quod paſſim teſtes ueritatis latuerint Adhac epiſtola epiſcopi contra reliquias umbilici chriſti Auctores der Unſch. Nachr. 1709 p. 461 optant, ut hic tractatus in linguam germanicam tranferretur & refutaretur.

ad n. 370 In (de la Croze) *Entretiens* plerumque theologica de Atheis, Iudaeis, &c. occurrunt, praeſertim Baſnagii hiſtoria iudaica perſtringitur.

ad n. 373. Chriſti. Gryphius *de ſcriptoribus hiſtoricis* ſec. 17 p. 430 dicit, auctorem ſe uocare Genuenſem Maranam, id ſi eſſet, hic liber ad libros anonymos non pertineret.

ad n. 381 Noua editio prodiit 1720 Cölln in 8. & recenſetur in der fortgeſ. Samml. 1720 p. 519. Reſponſio auctoris Theodiceae (i. e. Leibnitii) ad dominum praeſidem (*Buddeum*) diſputationis de origine mali nuper editae, inſerta eſt annalib. acad. Iuliae Semeſtr. I. n. 10. excerptis ex Actis ſocietatis conantium. Verboſe editio anni 1710 recenſetur in den Unſch. Nachr. 1710 p. 405. Occaſionem huic libro conſcribendo ſuppeditauit controuerſia inter Baylium & Clericum; & auctor in prae-

praefat. te Patur, ſe hunc librum ad confirmandam Dei gloriam exaraſſe. Opus conſiſtit ex 3 partibus. Praecedit tractatio de Concordia rationis & fidei & Baylii aſſerta, quod ratio fidei contradicat, refutantur egregie ex Hiſtoria litteraria. In part. 2. Baylii obiectiones κατὰ πόδα refelluntur. In part. 3 auctor reſpondet ad momentum de malis phyſicis, & contendit, non tam multa mala in mundo eſſe, quam uulgo creditur, explicat etiam multas difficiliores quaeſtiones metaphyſicas & Kingii, angli librum de origine mali plerumque refutat. Leibnitii Theodicaea in Gallia pro tali libro habetur, qui refutari neqeat, & in den Leipz. gel. Zeit. 1717 p. 374 opuſculm, quo cum aliud comparari non poſſit, uocatur.

ad n. 400 Auctores der Unſch. Nachr. 1718 p. 828 dicunt, neminem *Tolandum* tractatus de libertate cogitandi auctorem (ſed auctor potius eſt *Collin*, Anglus) κατ' ἄνθρωπον & ex propriis eius principiis refutaſſe, quam *Crouſazium*, oſtendit, quod omnes actiones morales ſubuertat, & ita reipublicae ualde noxius ſit, quod Tolandus (uerius *Collin*) abſurde moralem Epicuri doctrinam antepónat morali doctrinae Chriſti & ſine fundamento dicat, quod Chriſti doctrina moralis nihil de uera amicitia doceat, quodque uariis lectionibus & opinionibus nimium tribuat. De *Crouſazio* iudicant quoque iſti auctores, quod interdum Indifferentiſmum, licet non adeo craſſum prodat.

ad n. 401 Liber *Jaqueloti* duas partes habet. In prima tractat generalia, & oſtendit, *Baylium* Chriſtianos & Atheos in unam claſſem collocare & docere, Chriſtianum, qui non ex peculiari inſtinctu Dei tanquam electus agat aeque impium eſſe, quam atheum. Baylius etiam ſtudio rationem contra fidem dicitur irritare. In part. 2 *Jaquelot* 3 momenta defendit contra aduerſarium ſuum 1) quod homo ſecundum ſanam rationem libertatem uoluntatis habeat 2) quod peccatum a Deo non proueniat. 3) quod Scepticiſmus nullum articulum fidei ſubuertat. In materia de abſoluto decreto lenis eſt, & non uult admittere, quod decreta Dei praeſcientiam antecedant. Obiicit aduerſario ſuo dubia ironica contra articulos fidei e. g. nos certos eſſe non poſſe an ſimus perſonae, quia Chriſti humanitas perſona non fuiſſet uid. die Unſch. Nachr. 1706 p. 797 ubi & de aliis ſcriptis inter *Baylium* & *Jaquelotum* editis agitur.

ad n. 427 Quesnellum auctorem huius libri eſſe, confirmatur etiam in *Cauſa Quesnelliana* ſiue *Actis. contra Quesnellum* 1704 *Bruxellis* editis uid. die Unſch. Nachr. 1705 p. 219.

ad n 468. Tom. 1 & 2 prodierunt 1714 in 4. *Paris*, 6 Alph. pl. 12. Auctoris ſcopus eſt ex aliis de hac materia ſcriptoribus hoc argumentum illuſtrare & perfectius reddere. In diſſ. praeliminari non magnam quidem operis ſui exſpectationem excitant, dum Therapeutas auctores uitae monaſticae & ab Euangeliſta Marco usque ad Antonium perpetuo

petuo monachos fuiſſe putat. Sed in part. 1 uitas antiquorum Eremitarum & Aſcetarum nec non hiſtoriam Graecorum, Syrorum, Armenorum & aliorum Orientalium monachorum. In part. 2 agit de Auguſtino & conſtitutione eius ordinis, a quo omnes canonicos regulares deriuat. Pars 3 comprehendit monachos Auguſtinianos. Pars 4 Benedictinos, a quibus deducit equites ſacros. Pars 5 ordines mendicantes & Pars 6 reliquos. uid. die Unſch. Nachr. 1715 p. 845. In Tomo 3 & 4 auctor nomen ſuum indicat. In den Theol. annalib. (Loeſcheri) 1718 n. 65 b. p. 476 dicitur anno 1718 nouam editionem Pariſiis in 4 prodiiſſe, quae recenſeretur *dans le Journal des Savans* 1719 menſ. Aug. n. 6 ſed ſi recte memini ibi non noua editio, ſed tantum Tom. 7 & 8 recenſentur.

ad n. 480. Hic tractatus iam 1646 impreſſus eſt, ut in praefat. monetur, nunc autem paululum auctus uid. die Unſch. Nachr. 1717 p. 441. Egregie docetur in illo, quomodo papatus cum abominandis ſuis & erroribus in dies creuerit & quomodo Papiſtae Iudaeos & Ethnicos imitati fuerint: Adhaeret tract. cui tit. *Ratramnus ſiue uerſio libri de corpore & ſanguine Chriſti*, quem *Ratramnus*, uel *Bertram* ſec. 9 edidit, cui praemiſſa eſt diſſertatio de eius uita & opinionibus, in qua contra Cardinalem *Perronium* probatur, in Sec. IX non fuiſſe Stercoraniſtas, contra quos *Ratramnus* ſcripſit & contra Anton. *Arnaldum*, quod *Perronius* realem corporis Chriſti praeſentiam in ſ. coena

non crediderit. Adhaeret *Preſervatif contre le changement de Religion*, quod olim contra Epiſcopi Boſueti expoſitionem prodierat. In hoc ſcripto uera forma errorum & abominandorum papatus diligenter delineatur. Auctor inter alia p. 171 ſq. negat, doctrinam Papiſtarum & explicationem uerborum inſtitutionis ſacrae coenae melius cohaerere, quam doctrinam Lutheranorum & hoc modo a fidei ſuae ſociis diſcedit, qui contrarium defendunt, prouocat etiam ad Dallaeum, qui *dans l' Apologie pour les Egliſes reformées* nos quoque in hoc momento abſoluat.

ad n. 539 Explet haec hiſtoria 3 Alph. 13 pl. Auctor etiam exponit, quales progreſſus et fata habuerint in diuerſis Chriſtianorum principium regnis et terris. *Jurieu* etiam opinionem indicatam de Socinianis in Gallica proponit *dans l' Eſprit de Monſ. Arnaud.* et *les Queſtions importantes ſur les Janſeniſtes* in ſcriptis dominorum *de Portroyal* errores Socinianorum latere monent. In parte 2 praecipuorum Socinianorum characteres deſcribuntur et eorum ſcripta adducuntur. In parte 3 ſubſecutura promittitur ſolida refutatio falſorum ſyllogiſmorum Socinianorum, quam eo magis neceſſariam eſſe iudicant auctores der Samml. von Theol. Sachen 1723 p. 1075. quia fucatae eorum opiniones & argumenta, tanquam periculoſisſimum uenenum, ſine ullo antidoto in duabus partibus prioribus propoſitae ſunt. add. die Leipz. gelehr. Zeit. 1723 p. 409.

ad

ad n. 547 Auctores der Samml. von Theol. Sachen 1723 p. 659 auctorem huius libri uocant P. *Bouges*, & dicunt, eum eſſe celebrem ordinis ſui monachum, qui munera in ordine ſuo maxime honorifica adminiſtraſſet. Contendit, auctor ſudarium Chriſti inde a ſeculo 12 in urbe natiuitatis ſuae Carcaſſona aſſeruatum fuiſſe. Multa etiam tradit de miraculis, per hoc ſudarium factis, ſed non uerisimiliora ſunt haec exempla, quam aliae eiusmodi narrationes. Elaborauit etiam hic auctor Annales Carcaſſonnenſes. Philoſophiam Auguſtinianam, Chronologiam ſacram & profanam. 1701 Excercitationes in uniuerſos ſ. Scr. locos Thetico-Polemicos, 25 paginis in fol. conſtantes & 1702 *diſſ. hiſtorique & polemique ſur les 70 Semaines de Daniel* add. die Leipz. gel. Zeit. 1723 p. 841.

De controuerſia inter urbes *Turin* & *Beſançon* utra nimirum ſudarium Chriſti poſſideat ſcite agitur p. 61 in anonymi ſcripto, cui tit. Eines geweſenen römiſchen Prieſters Reiſe durch Franckreich und Italien, Altona in 8vo pl. 16.

ad n. 550 Haec hiſtoria d. 20 Iunii 1523 ap. Philippum *le Noir* prodiit litteris Gothicis. Libellus exiguae quidem molis, ſed ob raritatem magno pretio uix parabilis, de quo diſſerit Bern. Moneta in *Menagianis* Tom. 3 p. 185. ſq.

ad n. 566 cf. *Acta eruditor. lat. Lipſ.* 1705 p. 245 & 1701 p. 289 ubi haec hiſtoria recen-

 ſetur.

ſetur. Alia recenſio uerboſa exſtat in den Unſchul. Nachr. 1701. p. 130. Adde etiam in bibliotheca mea ſub anonymis latinis titulum *Proceſſus* not. c. Theodorus *Eleutherius*, ſiue Livinus *de Meyer* Ieſuita in praef. lib. 1. Hiſtoriae controuerſiarum de auxiliis gratiae accuſat Quesnellium, quod in *Hiſtoire generale de Janſeniſme*, Reginaldo *Cools* Epiſcopo Antverpienſi per meram calumniam affingeret effatum, doctrinam Ianſeniſtarum eſſe pernicioſam & contrarium probat ex teſtimonio ueritatis a Reginaldo 1701 publicato, quod totum inſerit. Idem malam quoque fidem Quesnelli ex inſtituto accuſat quod multa, quae falſisſima eſſe ſciuerit, Hiſtoriae tamen de auxiliis inſeruerit.

ad n. 547 prodiit haec hiſtoria *à la Haye* 1723 in 12 pl. 9 uid. die Samml. von Theol. Sachen 1724 p. 973 und die Leipz. geleh. Zeit. 1726 p. 98 ſq. und 1723 p. 789 ſq. Auctorem *Rameſey* Fenelon 1710 a Deiſmo perduxit ad religionem papiſticam, in qua magnum feruorem deinde teſtatus eſt. Indicat cogitationes, quas fouit, cum adhuc erat Deiſta, et eas etiam, quas poſt conuerſionem ſuam de religione habuit, argumenta ſua, quibus Deiſmum defendit, quam etiam illa argumenta adducit, quibus Fenelon ipſi dubia ſua exemit et ubique magnam reuerentiam erga Fenelonum teſtatur. Prodiit eodem tempore haec uita in Anglia ſub tit. *The Life of François de la Mothe Fenelon Archbiskop & Duke*

Duke of Cambray Londen 1723 in 12. Celeb. Stollius in der Nachricht von ſeinen Büchern p. 602 laudat hanc uitae deſcriptionem laudat propter ſtilum, res & typorum elegentiam. Auctor Andr. Michael *Ramſey*, uid. die Leipz. gelehr. Zeitung 1730. p. 561 & 361. Socius regiae ſocietatis anglicanae & eques, 1704 Oxoniae D. Iuris creatus & per Cyrum peregrinantem quem recenſet cel. Stollius l. c. p. 817 coll. p. 820, famam adeptus, cum aliis eiusd. nominis non confundendus eſt, (nam die Leipz. gelehr. Zeit. 1733 p. 210 & 213. Carol. Ramſay & Chriſt. Fr. *Ramſay* mentionem quoque faciunt) fuit familiarisſimus Feneloni, & ideo ſaepe nimium dat amori partiumque Feneloniarum ſtudioſus eſt. Cel. Stollius l. c. monet, ipſum ſaepe tempus, quo aliquid factum ſit, non annotaſſe, & deſcriptis Feneloni, praeſertim de *Telemaque* uberius agere, atque etiam cenſuras, contra hunc librum publicatas adducere debuiſſe. Num nimium erga Boſuetum odium prodiderit Rameſey aliorum iudicio relinquit cel. Stollius & hanc uitam rebus memoratu dignisſimis refertam eſſe docet, praeſertim Rameſey conuerſionem notandam eſſe. Eleganter haec uita excerpitur *dans la Bibliotheque Françoiſe* Tom. 2. p. 187 ſq.

ad n. 575 cum hoc numero cf. n. 615.

ad n. 576 cf. in appendice anon. gallicor. tit. *Hiſtoire critique* ubi hic liber uberius deſcribitur.

ad n. 610 Auctor du *Janſeniſque demasquè* inter alia contendit, *Traité de l' Action de Dieu a Ianſeniſta* quodam ſcriptum eſſe.

ad n. 615 cum hoc numero conferatur num. 575.

ad n. 642 not. (a) Marville quidem in *Melanges* Tom. 1. p. 297 refert: dominum de *Sallo* ex moerore, quod ludendo omnia bona ſua perdiderit, mortuum eſſe, ſed falſam eſſe hanc relationem, diſcere poſſumus ex Baelii uerbis, in epiſtolis eius Tom. III. p. 854 exſtantibus, qui ita habet: *Je ſcai que Mr. Sallo ceſſa de travailler vers le mois d' Avril 1665 & j' ai lû dans le Moreri, qu' il' mourut l' An.* 1669 *Voila donc les Faits diſcordans* (Refert enim Marvillius eundem 1665 ex moerore obiiſſe) *Perſonne n' eſt auſſi propre que vous, Monſieur* (*Marais*) *à deterrer, ſi cet illuſtre Conſeiller au Parlement mourut, en* 1665 *de chagrin d' avoir joüe tout ſon Bien. Cela ſervit deſavantageux à ſa Mémoire; & il ſeroit bon d' arretèr la Propagation d' un tel Bruit; car ſi on ne le refute, on le trouvera bientot dans plus de ſix ou ſept Livres & puis dans vingt & puis dans trente.*

ad n. 651 Neruoſa & perutilis recenſio huius libri, quae tota legi meretur, exſtat in den Unſch. Nachr. 1719 p. 158. & p. 1018 ibid. Auctor patrum Philoſophiam moralem defendere & oſtendere ſtudet, quod iure doctrinam moralem ethnicorum reiecerint, in libro 1. detegit multa abominanda & naeuos graecorum & romanorum ethnico-

nicorum, quod ad Atheiſmum, uel fanaticiſmum perducat. Lib. 2 monſtrat moralem Chriſtianorum doctrinam multis modis eſſe praeſtantiorem & in 3. Studium tamen Philoſophiae ethnicorum per ſe et per accidens prodeſſe.

Hieroclem parum doctrinam moralem calluiſſe docet, & Lanctantium prae aliis Philoſophiam gentilium feliciter impugnaſſe. Refutat praeſertim Andr. Dacerium, qui Pythagoricam, Platonicam & Stoicam Philoſophiam nimii aeſtimauerat, diſputat quoque contra Steuchum Eugubinum.

ad n. 662 Prodiit haec epiſtola in 8. Auctor ſe non nominat, ſed tantum dicit, nomen ſuum habere 16 litteras. Auctores der Unſch. Nachr. l. c. potiora huius ſcripti contenta indicant. Scriptus eſt hic liber contra librum anonym. (Philipp Naude) cui tit. *La ſouveraine Perfection de Dieu* (qui recenſ. in den Unſch. Nachr. 1708 p. 189) et quia *dans la Lettre ſur ce Traite* Jaquelot & eius ſcripta paſſim defenduntur, ideo exinde quidam indicium ſumſerint, auctorem eſſe Jaquelotum. Naudeum ubique contemtim tractat, illum pro ficto illuminato habet, quia omnia in ſcriptis ſuis bona ex Jaquelotii ſcriptis deſumſiſſet. Deſcriptio auctoris de electione, prorſus recedere uidetur a ſententia eccleſiae reformatae. Plura uid. in den Unſch. Nachr. l. c.

ad n. 691 quae dicta ſunt ad num 1202 infra in annotationibus.

ad n. 701 Recenſetur etiam hae epiſtolae 1715 in den Unſch. Nachr. p. 557. 1716 p. 1040 & in *Actis Erudit. Lipſ. lat.* 1716 p. 443 Hiſt. crit. Tom. 9 p. 386.

ad n. 703 *Recueil* X. prodiit *à Paris* 1713 in 12 & in illa collectione tantum a Ieſuitis proponuntur res, conuerſionem in China & India orientali concernentes uid *Journal des Savans* 1714 menſ. Ianuar. p. 3. *Recueil* XI ibid. 1715 in 12 & recenſetur *dans le Journal des Savans* 1715. menſ. Sept. p 288.

In collectione 15 harum epiſtolarum diligenter deſcribitur deſertum inter Malabar & Coromandel, & uaria chymica immiſcentur.

In collectione 16 agitur de Miſſionibus in inſulis Bourbon, Poulo-Candor, canton & Carnate. Plures res autem ſunt, politicae, quam eccleſiaſticae.

In collectione 17 P. *Mailla* deſcribit perſecutionem Miſſionariorum & chriſtianorum in China, poſtquam Yono Tehing, imperatoris Canghi filius 4 regnum adeptus erat, hic omnes Miſſionarios exceptis Pekingenſidus ex regno ſuo eiecit, chriſtianorum templa deſtruxit, & ciues ſuos prohibuit, ne ad religionem chriſtianam tranſirent, chriſtianos autem ipſos ut religionem ſuam relinquerent, coegit, P. Parronin de perſecutione agit, quam *Sounou* filius imperatoris Chinenſis propter religionem chriſtianam ſuſtinuit. Dein de iudicio regiae academiae

ſcien-

ſcientiarum ſubmittit Dionis tractatum de Anatomia, in linguam Tartarorum conuerſum, & agit de tribus Chinenſibus radicibus. P. *Rasles* & P. *de la Chaſſe* agit *de Abnakis*, natione quadam Americana, quae amplexa erat religionem chiſtianam. P. de la Seſtre, monach. Dominic. agit de perſecutione Tonkinenſi.

In collect. 18. continentur epiſtola Superioris generalis Miſſionis Ieſuiticae in Syria & Aegypto, in qua collectores harum epiſtolarum laudat. In ep. 2 P. Siccard agit de tranſitu Iſraelitarum per mare rubrum, qui & aliam diſſertationem, de itinere filiorum Iſraelis usque ad montem Sinai promittit, addita eſt charta geographica omnium locorum, in haç diſſ. memoratorum. Ep. 3 ab eod. agit de uariis Aegyptiorum piſcationibus. Ep. 4 Patris Superioris Generalis continet laudem & orationen funebrem in obitum P. Siccardi, qui die 24 April. 1727 Cairi peſte exſtinctus eſt. Additur etiam Hiſtoria urbis Damaſci & deſcriptio antiquitatum illius loci. De urbis Aleppo ſitu, mercatura, itinere peregrinantium ad Meccam, de hac urbe, illius Moſchea, ſepulcro Muhametis, de Medina, Yousbegs, tartarorum quadam ſpecie, de Antiochia, de Hiſtoria Arſacidarum & Druzis notitia ſuppeditatur, item de Coptis de ortu & progreſſu Eutychianiſmi, cui Coptae dediti ſunt.

Con-

Contenta collectionis 19 indicantur in der Samml. von Theol. Sach. 1730 p. 756. ſqq. Continet 5 epiſtolas 1) deſcribit perſecutiones quorundam principium Chinenſinm, qui ad chriſtianiſmum defecerant, & ideo in uincula coniecti erant, attamen cum familia ſua chriſtianae religioni adhaeſerunt, onera Chriſtianorum & ignominiae in China enarrantur, 2) de receptione legati Luſitani in China, qui tamen chriſtianis nulla commoda acquirere potuit, 3) de nouellis Chinenſium, quae conſiſtunt ex literis ſupplicibus ad imperatorem Chinenſium & eius mandatis ad illas. Scriptores nouorum ſub uitae poena falſa immiſcere non debent. 4) de ſtatu Miſſionis in Guyannes 5) de ſcripto abbatis Renaudoti, quod ex arabica lingua uertit & ſub tit. Anciennes relations des Indes edidit Pariſ. 1718 in quibus aperta falſa de rebus Chinenſium traduntur.

ad n. 706 In hac collectione poſt mortem *Guion* omnes eius epiſtolae myſticae & de emendatione hominum agentes reperiuntur. Haec femina pro infallibili doctore, imo pro mediatore humani generis ſe uenditat. benedictionem impertit p. 166. ſe matrem ſpiritualem uocat p. 415 poſtulat ut omnes ſe cum illa coniungant p 510 coecam obedientiam requirit, neminem neque coelum, neque infernum pro ſcopo habere debere p. 435 neminem de peccatis commiſſis debere eſſe anxium p. 518. de inſpirationibus

bus ſuis agit p. 118. 404. peccatum ſe non habere contendit p. 851. animam ſuam Deum plane factam eſſe. Multas alias huius feminae ineptas locutiones allegant auctores der Samml. von theolog Sachen 1731 p. 728 ſq. qui etiam non pauca utilia monita in his epiſtolis occurrere dicunt.

ad n. 708. Cf. Ioh. *Ieveri*, Wiburgenſis Beſcheid und Unterricht für den auctorem *des Letres hiſtoriques* 1722 in 4 pl. 1 uid. die fortgeſ. Samml. 1722 p. 807.

ad n. 710 Auctoris ſcopus fuit, illis, quos theologiam moralem ordine ſyſtematico legere taedet, iucundo modo per epiſtolas proponere vid. Bibl. Françoiſe l. c. menſ. Nov. & Dec. n. 3.

Editio huius ſcripti tertia prodiit Pariſ. 1713 in 12 pl. 14 & illa anni 1726 eſt quarta. Conſiſtit ex 14 epiſtolis ad quandam monialem & prima epiſtola de inſtructione Noviriorum a p. 1 - - 61 omnium eſt uerboſiſſima p. 129 ſerio ad lectionem Scr. ſ. exhortatur, iudicatur de hoc ſcripto in der Samml. von theol. Sach. 1729 p. 1234 quod multum facere poſſit ad pietatem amplificandam. uid. aliud auctoris ſcriptum anonym. ſub tit. Traité de la priere publique, & in append. anon. gallic. ſub uoc. *Sentimens* Editio prima lucem uidit Pariſiis 1708 in 12 pl. 14. Auctor in titulo ſe tantum uocat *L' Auteur du Traité de la priere publique* & eſt notiſſimus du Guet, qui praeſertim propter epiſtolas ſuas,

ad

ad pietatem excitantes, celebris eſt. Regulas ad ſtatum eccleſiaſticum emendandum ſuppeditat, quae etiam ad generalem omnium ſtatuum emendationem applicari poſſunt, uitia uitae monaſticae ſincere fatetur, de contentis reliquarum eius epiſtolarum uid. die Unſch. Nachr. 1709 p. 82.

ad n. 712 in den Leipz. gel. Zeit. 1735 p. 895 auctor *des Lettres Perſanes* uocatur LITLETON, quem aggreſſus eſt alius anonymus in ſcripto, Londini 1735 edito, cui tit. Der entlarvte Perſianer. In hoc ſcripto accuſat LITLETONUM illum editis epiſtolis ſuis tantum populum erga regem incitare uoluiſſe, quae tamen imputationes alium auctorem anonymum non deterruerunt, quin publicaret *les nouvelles Lettres Perſanes*, de quibus uid. num. 894 (β) quae ſunt continuatio, uel uolumen ſecundum *des Lettres Perſanes*. Auctor autem perperam fingit, hanc continuationem & *les Lettres Perſanes* ab uno eodemque auctore eſſe.

ad n. 718. Hae 6 epiſtolae antea ſeorſum 1725 prodierunt, nunc autem in ſecunda editione coniunctim editae & ſumariis atque tabula quadam auctae ſunt. Auctores der Samml. von Theol. Sach. 1731 p. 431 dicunt, fiſtulam auctoris dulce canere. Verboſius hae epiſtolae recenſentur in eadem collectione 1732 p. 779 ſq. add. die auserleſ. theol. Biblioth. (Coleri) part. 57. n. 2. & *Memoires de Trevoux* 1728 menſ. Iun. n. 6.

Pro-

Prodiit etiam anonymi *reponſe à la Lettre d' un Theologien de Strasbourg ſur l' Invocation des Saints. Baſel* 1732 in 4 pl. 7. In qua *Scheffmacherus* ſolide refutatur. recenſ. haec reſpenſio in der Samml. von Theol. Sach. 1733. p. 796 ſqq.

ad n. 722 Abbas *de Dangeau* mort. eſt d. 1 Ianuar. 1722 & hoc ſcriptum eſt ultimum illius. Agit de Cardinalibus, qui poſt mortem Papae Clementis XI. uixerunt, additis uariis obſeruationibus de aetate, Promotione, titulis, muneribus & familia eorum. Tractatio praeliminaris agit generatim de Cardinalibus. add.. *Mémoires de Trevoux* 1721 menſ. Aug. n. 1.

ad n. 767 Scriptum hoc eſt ſolidum & conſiſtit potiſſimum in qnerela contra 40 Epiſcopos, qui acceperunt conſtitutionem Unigenitus, & quod Cardinalis *de Noailles* papae nimium conceſſerit, ratione doctrinae illam Bullam eſſe reiiciendam. Horrendum factum eſſe pronuntiat, quod Papa per bullam de coena domini omnes illos excommunicet, qui uniuerſale concilium appellent. Auctor docet plures quam 100 Epiſcopos in Gallia accepiſſe Conſtitutionem Unigenitus & 16 illam reieciſſe, priores autem illam uariis ſub conditionibus accepiſſe p. 119 affirmat, papam eo tempore uiuentem doctrinae falſae accuſari poſſe & in eius Homiliis craſſos doctrinae errores latere. Agitur etiam de libertate eccleſiae Gallicanae p. 147 oſtenditur quibus artibus papa-

tus uires ſumſerit, p. 151 ſcribit auctor die römiſche Kirche wird nichts heilſames thun, wenn ſie nicht darzu genöthiget wird. Sedem romanam uenerandam, curiam uero romanam auctor ſemper malam eſſe cenſet. Mores paparum p. 167 comparantur moribus iniuſti oeconomi p. 172 Romam conuertere in uſus ſuos optime ignorantiam & ſuperſtitionem aliorum p 177 Ieſuitas romanae eccleſiae magis officere, quam proficere putat. Plura uid. in den Unſch. Nachr. 1717 p. 863 ſq.

ad n. 782 *Neſteſuranci* nomen fictum eſſe dicitur, quod aſſumſerit Mr. *Limiers* uid. infra in Bibliotheca pſeudonymorum uoce *Neſteſuranci.*

ad n. 784. Tom. XVII & XVIII *des Memoires* (*de Monſ. Niceron*) recenſentur in *nouis Actis erudit.* menſ. Majo 1733 n. 9. & Tom. XIX ibid. menſ. Iul. n. 6. Tom. XX ibid. menſ. Aug. n. 11.

ad n. 792. Auctores *actor. Eruditor.* 1718 p. 518 forſitan innui putant *Le Miniſtere du Cardinal de Richelieu avec des Reflections politiques* fol. *Paris* 1650, quo anno ſcripta eſt Gui Patin. epiſtola inter eius *nouvelles lettres à Charles Spon* T. 1. p. 299 in qua mentionem facit auctoris VIALAR. Patin l. c. obſeruat, hunc librum plenum eſſe immodicis Richelii laudibus, ideoque Parlamenti decreto cremari debuiſſe, ſed de his quoque merito dici, ſi iraſcare agnita uidentur, ſpreta exoleſcunt.

ad

ad n. 814 Non leuem errorem commiſit le Lono l. c. n. 6555 b. Menckenium uocans Ioh. Baptiſtam, qui Ioh. Burchardus dicendus erat, et hic error etiam ex negligentia in noſtrum numerum irrepſit, omnino corrigendus.

ad n. 825 Cum hoc libro non confundendus eſt alius liber eiusdem fere tituli, nimirum: *La Morale des Jeſuites à Mons.* 1702 in 8uo 3 partes, qui iam antea quoque impreſſus fuit. Auctor oſtendit prauitatem Moralitatis Ieſuitarum. In parte 1, quomodo haec Theologia moralis fontes peccatorum, nempe cupiditatem, ignorantiam, prauam conſuetudinem & intentionem, rationis dominium & auctoritatem humanam occaſionesque peccandi facilitet. In 2 quod auferat impedimenta peccatorum, nempe gratiam Chriſti, poenitentiam, mandata Dei & eccleſiae &c. In 3. quanta damna afferat officiis ſingulorum ſtatuum. Obſeruat etiam quod Eſcobar ſuadeat, communicanti illi, de cuius dignitate dubitetur, nullam prorſus hoſtiam porrigendam eſſe, ſed porrectionem tantum ſimulari debere. uid. Mr. (Bernard) *dans les Nouvelles de la Republique des Lettres* 1703 menſ. Mart. p. 288. ſq.

ad n. 843 de Tomo 2 *des nouveaux Mémoires cf. Mémoires de Trevoux* 1718 menſ. Nou. n. 9.

Tomus 4 in 12 pl. 15 continet plerumque relationes de bonis operibus & hiſtorias talium hominum, quas Ieſuitae pios eſſe cen-

fuerunt., & referunt Ieſuitae, quid praeſertim in Abyſſinia effecerint.

Tomus 6 continet 4 epiſtolas & 3 documenta de urbe Aleppo. Damaſco & de Coptis. Variae annotationes lectu digniſſimae in hoc uolumine occurrunt.

Tom. 7 praeſertim geographica, hiſtorica & phyſica inuenta P. Siccardi continet, qui in Aegypto peſte exſtinctus eſt. De eius ſcriptis P. Treffonds, Superior Generalis Miſſionis Soc. Ieſu in Syria & Aegypto uaria tradit. uid. *Mémoires des Trevoux* 1729 menſ. Sept. n. 3.

ad n. 850 hoc ſcriptum conſtat plagulis 14. Auctores der Unſch. Nachr. 1718 p. 494 indicant, pertractata in hoc ſcripto non reſpondere titulo, eſſe nimirum Satyram & Ironiam contra Highchurchmen, ſiue acerrimos defenſores eccleſiae epiſcopalis in Anglia, & occaſio deſumitur ab illorum liberis, quales nimirum magiſtros morum illis eligerent. Religio ſecundum principia Hobbeſii turpiter proponitur, ita ut illa cum virtute ſemper utili cedat, ſcatet igitur hoc ſcriptum ſcandalis & auctores l. c. iudicant, talem ſtilum nihil boni ſecum ferre.

ad n. 873 Gryphius *de ſcriptoribus hiſtoricis* Sec. 17 p. 430. ingnorat auctorem huius ſcripti & aliam illius editionem Geneuae 1669 in 12 allegat.

ad n. 891 ven. Loeſcheri Reflexiones *ad Pensees libres*, quae recenſentur in der Samml. von

von Theol. Sach. 1725 p. 516. ſpernit & contemtim tractat Thomaſius im andern Theil ſeiner Juriſtiſchen gemiſchten Händel, p. 688 ſq. Recenſentur Reflexiones Loeſcheri in der auserleſ. Theolog. Bibliothec (Coleri) part. 4. n. 6. & in der Samml. von Theol. Sach. 1725 p. 516. De uerſione germanica huius libri uid. inter anon. german. ſub uoce Gedancken. n. uarias turpes theſes ex Mandevillii libro notarunt auctores der Samml. von Theol. Sach. 1723 p. 751 add. *Memoires Hiſtor. & critiques* 1722 menſ. Iul. n. 3. adde etiam recenſionem huius libri in b. (Coleri) auserleſ. Theol. Biblioth. part. 5 & 6. cuius tamen de hoc libro iudicium auctores der Samml. von Theol. Sachen 1725 p. 164. religioni & pietati periculoſum eſſe cenſent.

ad n. 892 D. Bruckerus Baſileaenſis eſt & ex omnibus rebus circumſtantibus apparet, hoc ſcriptum Heidelbergae non impreſſum eſſe. Auctor praeſertim ex hiſtoria eccleſiaſtica probare contendit, articulos de reali praeſentia Chriſti & Pradeſtinatione in ueteri eccleſia nunquam pro articulis fidei habitos eſſe, quia in ſymbola non recepti eſſent. Sed auctores der Samml. von Theol. Sach. 1724 p. 103 monent, nunquam ueritati diuinae ex rationis humanae fundamentis tam audacter contradictum eſſe, ut opus fuerit, hos articulos expreſis uerbis defendere & ideo auctoris argumenta, ab his articulis deſumta non ualere ad ſtabilien-

Digitized by Google

dam inter nos & Reformatos tolerantiam. add. (Clerici) *bibliotheque ancienne & moderne* Tom. 9 Part. 2 n. 5 und die Leipz. gel. Zeit. 1723 p. 991.

ad n. 896. Liber prodiit in 12 pl. 10. In hoc tractatu Bayle palam accuſatur, quod in dictorio ſuo, *dans ſes Penſées & Réponſes* Atheiſmus propagare ſtudeat & religionem chriſtianam ludibrio habeat. uid. die Unſch. Nachr. 1706 p. 795.

ad n. 905 *Platoniſme devoilé* etiam refutatur *dans l' Apologie pour la Religion*, *Paris* 1719 in 4 Tomo 3 & 4 de quo ſcripto uid. *Journal des Savans* 1719 menſ. Aug. n. 13. *Platoniſme devoilé* non Coloniae, ſed Londini prodiit in 8uo 1. Alph. pl. 2. & etiam habet titulum *Eſſais touchant le Verbe Platonicien* Auctores der Unſch. Nachr. 1702 p. 78 iudicant hoc opus profectum eſſe ab Anglo, Trinitatis hoſte, & acutum atque periculoſum eſſe. Continet uaria dubia contra doctrinam de trinitate. Auctor, cap. 1. & 3 contendit, etiam angelos a patribus uocari λόγυς cap. 4. doctrinam de trinitate, uulgo propoſitam, eſſe ualde difficilem & intricatam, nec quadrare ad dogmata Chriſtianorum, quae facilia & ita comparata eſſent, ut a ſimplicibus ſingulis capi queant. cap. 5. 7. 8. doctrinam de trinitate originem habere ex Platonis theſibus, quas Platonici magis incruſtaſſent. cap. 8. Gnoſticos & Valentinianos excogitaſſe doctrinam de trinitate. cap. 10. Philonem nihil

nihil ſciuiſſe de trinitate cap. 13 & 14. Patres eccleſiae abſone ſcripſiſſe de natiuitate filii Dei, & hoc modo ſatis prodidiſſe, quod haec doctrina lubrica ſit cap. 15. profert ſcrupulum, qui ſubruere debet teſtimonia de Chriſti diuinitate, & quae deſumta ſunt ex prouerbiis Salomonis & aliis eius modi libris. Loca V. T. in N. T. allegata non in ſenſu litterali, ſed tantum analogico eſſe accipienda, ſecundum genium linguae populorum orientalium. Orthodoxos adhuc hodie non eandem de trinitate ſententiam fouere. Probabile eſſe, quod omnes ueteres patres Anti Trinitarii fuerint p. 180 cap. 18 doctrinam de trinitate ortam eſſe ex Abuſu Allegoriarum, & ex corrupto craſſo Platoniſmo. Valentinianos 30 in diuinitate perſonas docuiſſe. cap. 20. Patrum morem fuiſſe, uarias pias fraudes excogitare & iisdem Chriſtianiſmum exornare, atque myſteria effinxiſſe, unde orta eſſent eorum oeconomiae & diſciplina arcani. Iudaeos etiam ita cum lege egiſſe, ne gentilibus tam ſimplex uideretur. Idem ſtatuendum eſſe de doctrina omni praeſentiae Chriſti in S. coena. Theologiam Patrum inde ortam eſſe, quia ipſis ſimplex & purus Chriſtianiſmus contemtui fuiſſet, ideo excogitaſſe ſublimia & imperceptibilia, eorumque Theologiam eſſe machinam Platonicam. In parte 2 auctor contendit patres eccleſiae Chriſto non realem, ſed accidentalem diuinitatem tribuiſſe, tamquam

Digitized by Google

legato dei. Cap. 4 docere ſtudet, quomodo ſuccesſive doctrina de Trinitate inualuerit; nempe in 1 & 2 ſeculo Ieſum tantum uocatum fuiſſe deum. In 3 & 4 illum pro deo habitum & eius aeternam natiuitatem excogitatam eſſe. cap. 10 & 11 contendit λόγον & Sp. ſ. eſſe unum idemque apud patres. cap. 12. ante ſeculum 4 mentionem non fieri Sp. ſ. in patribus. p. 47 ea, quae de aeternitate & omnipraeſentia Dei docerentur, eſſe meras Chimaeras. Auctores der Unſch. Nachr. 1702 p. 88 laudant auctoris ſtilum, ſed ſimul obſeruant, auctorem ſibi ſaepe contradicere & omnia confundere ſtudere.

ad n. 930 *Les Princeſſes Malabares* recenſ. in den früh aufgelegten Früchten 1735 p. 292. Impresſus etiam eſt hic liber *à Amſterd.* 1735 in 8uo. Excerpta ex illo ſuppeditant auctores der teutſchen Actor. Erudit. Part. 200 p. 581 Magnif. Moshemius contra hunc librum programma Pentecoſtale edidit 1736 ſub tit. *Gallus Gloriae Ieſu Chriſti Spirituſque ſancti obtrectator publicae contemtioni expoſitus.*

ad n. 935 Auctor ex ſingulis Pſalmis precationem quandam extraxit, contra quam autem uaria moneri poſſent.

ad n. 949 cf. *Journal des Savans* 1717. menſ. Iunio n. 4.

ad n. 950 Quaedam excerpta ex his diſſertationibus criticis ſuppeditant auctores der Unſch. Nachr. 1716 p. 704. Plura philologica & antiquaria, quam theologica continent.

In

In diſſ. 1 affirmatur, numos Samaritanos a Iudaeis & ſub principibus Maccabaeorum cuſos eſſe; litteras etiam illis inſcriptas multum adhuc differre a litteris Samaritanis ut αὐτοψία doceret. Eiusmodi numos diligenter, ſecundum ordinem chronologicum collocauit, & illi numo Patris de *Vitry*, cui inſcriptum eſt שנת שלוש, ſiue annus tertius, primum locum concedit. In diſſ. ſequente contendit, biblia ebraica olim duplici modo, cum litteris nimirum quadratis & monetalibus (Münz Buchſtaben) ſcripta eſſe item nomen Dei אל a rad. איל uel אול deriuat; & שדי idem ſignificare putat ac *qui ſufficit.* Difficilem quoque locum Theophili Antiocheni corrigit, & in multis Surenhuſii labores Talmudicos in Miſchnam corrigendos putat, non approbat Guſſetii hypotheſes. Reiicit etiam tanquam chimaeras Caſp. Neumanni & D. Loeſcheri ſententiam in libro de cauſis linguae ebraeae propoſitam, de ſignificatione litterarum ebraicarum, ſed auctores der Unſch. Nachr. l. c. iudicant eum accuratius attendere debuiſſe ad cel. Loeſcheri cautelas ſimul circa hoc momentum ſuppeditatas & tunc argumenta diligenter fuiſſe ponderanda.

ad n. 967 Editor non auſus eſt addere *Quesnellii* nomen primo hoc epiſtolarum *Quesnellii* uolumini. Epiſtolae hae fere omnes ad canonicum Sueſſionenſem (Soiſſons) qui concionatoris & confeſſionarii munere fun-

Digitized by Google

gebatur & obortis dubiis Queſnellium ſaepe conſulebat, ſcriptae ſunt. Varia etiam, alioquin non adeo nota, in his epiſtolis reperiuntur.

ad n. 971 Auctorum ſcopus eſt, detrahere N. T. Queſnelliano uid. die Unſch. Nachr. 1716 p. 554.

ad n. 976 Hic liber duas habet partes. In 1 auctor probare ſtudet caput 6 Iohannis non agere de corporali manducatione, quod ipſi antiquiores Papae & Pontificii doctores faſſi eſſent. Contendit deinde auctor uerba inſtitutionis figurate eſſe accipienda, adeoque negat omnem realem praeſentiam. Pars 2 de abſurditate Transſubſtantiationis agit uariis modis, ita tamen, ut auctor etiam ſaepe noſtram doctrinam de S. coena perſtringat, ſed p. 226 miſere probat nehmen neceſſario idem eſſe ac manu accipere. Recentioribus Pontificiorum Controuerſiſtis, Boſſueto, Arnaldo &c. quos diligenter legit auctor, uaria dubia propoſuit, quae nunquam ſoluere poterunt. uid. die Unſch. Nachr. 1718 p. 131. Auctor ex multis antiquioribus & recentioribus auctoribus, praeſertim Mornaeo & Albertino collegit, quae contra Papiſtarum Transſubſtantiationem afferri poterant; Sed Caluinianorum errorem de S. coena craſſo modo defendit, p. 4. Prolegom. monet, Ieſuitas Trevoltienſes honori ſibi ducere, quod in cultu ſacro uaria ethnicis mutuati eſſent. add. die Leipz. gel. Zeit. 1718 p. 553.

ad n. 982 Auctores der Unſchuld. Nachr. 1714 p. 44. Tradunt Mr. *de Rochefort* eſſe auctorem (corrigit tamen hunc errorem magnif. Loeſcherus) in den theol. annalib. decenn. 2 p. 756 & monet, auctorem non eſſe Mr. *Rochefort*, ſed tantum in titulo dici, quod hic liber ſcriptus ſit ad Monſ. *Rochefort*, librum autem hunc ſcandaloſum exaraſſe notiſſimum illum Mr. *Evremontium*, alios hoc ſcriptum tribuere à Monſ. *Des Landes*. Auctores der Unſch. Nachr. l. c. idem ſcriptum (quod prodiit 1714 in 12 pl. 10 & ex 23 capitibus conſtat, ſcandaloſum uocant, cuius principia pleraque ex *Montagne* deſumta eſſent. Summam felicitatem in perpetua, moderata tamen uoluptate conſiſtere ait, & ita etiam moriendum eſſe cenſet, & hoc uocat un nouveau ſyſtême. In capitibus 13 uaria exempla producit & inter illa exemplum impii Athei Vanini, quaſi ex hoc exemplo utilitas in imitatione capi poſſit. In cap. 22 non ueretur affirmare, homini licere, ut ſibi ipſi uiolentas manus inferat, ſi modo non ex deſperatione, uel ſtupiditate faceret. uid. die Unſch. Nachr. 1714 p. 144. add. die teutſchen Acta Erudit. part. 21 p. 744 & *Journal litteraire* Tom. 2 part. 2 p. 275.

ad n. 995 Auctor pſeudon. R. Iſmael ben Abraham *Juif converti dans la Lettre à Mr. l'Abbé Houtteville ſur ſon livre intitulé: La Religion chretienne, prouvée par les faits* (de qua uid. die fortgeſ. Sammſ. von theol. Sach. 1723 p. 146.) iudicat

iudicat de libro, cui tit. *Regles pour l'intelligence des ſaintes Ecritures*, quod quidem iucunde ſcriptus ſit, ſed miſeris Syllogismis innitatur. Auctorem uoluiſſe imitari Coccejum, ſed tantum id reuera praeſtitiſſe in rebus improbandis,non in rebus doctis. Multa ipſum polliceri de enucleandis locis Scr. ſ. difficilioribus, ſed inter centum uix 4 recte explicata eſſe. *Rabbi Iſmael ben Abraham* (pſeudonymi) ſcriptum recenſet. in der fortgeſetzten Samml. 1724 p. 629.

Quia Asfeld in ſcripto ſuo ſenſui figurato nimis indulſerat, & fanaticis interdum patrocinatus erat; ideo auctor refutationis probe monſtrat, in quantum ſenſus figaratus & myſticus admitti poſſit. Tractationem hanc lectu dignisſimam uocat magnif. Loeſcherus, add. *Journal des Savans* 1717 menſ. Febr. n. 5.

Le Traité du Sens litteral eſt quaſi pars 2 *de la Refutation du livre des Regles* ab eodem auctore, qui Allegoriſtas non ſolum oppugnat, ſed etiam illis aſſenſum patrum eripere ſtudet. Ipſe media incedit uia. Figuras in Scr. ſ. optime fundatas minime reiicit, ſed tantum ſuperfluas & ſine necesſitate quaeſitas, ubi tamen nullae reperiuntur. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1728 p. 619 & *Journal des Savans* l. c. Auctor ſimulat, ſe eſſe Iudaeum conuerſum, & libro ſuo Iudaicum titulum tribuit: *Movaacah, Ceinture de douleur.* Aduerſarium ſuum accuſat, quod Coccejum exſcripſerit, Chiliaſmo faueat & in ſenſu allegorico proſequendo nimius ſit.

ad n. 1027. Recenſetur etiam hic liber in *The preſent State of the Republik of Letteres* 1728 menſ. Ianuar. n. 1 & menſ. Febr. n. 2. Primus Tom. conſtat ex libris 2, Tomus 2 ex libris 3. In libro 1 Tomi 1 generatim agit de religione ueterum gallorum, deſcribit eorum templa, altaria, ſacrificia, ſacerdotes &c. agit etiam de immolatis hominibus, cap. 21. de Druidis, quorum nomen a Celtica uoce Derui e quercus deriuat, eorum antiquitatem, priuilegia, iura, potentiam, auctoritatem, diuitias & interitum deſcribit. Liber 2 agit de diis ueterum Gallorum. In Tomo 2 deſcribuntur ſtatuae templi cathedralis Pariſienſis, liber 4 agit de Saturno, Vulcano, Baccho, de Oraculis & diis marinis Gallorum, item de deabus, quae matres uocabantur. Liber 5 agit de funeribus, ſepulchris & epitaphiis ſuperſtitioſorum horum populorum, de clenodiis in ſepulchris iſtis ſaepe repertis, de diis horum populorum innotis. Auctores (1728 p. 309 der Samml. von Theol. Sach.) laudant auctoris doctrinam, qui ea collegerit, quae ſparſim in commentatoribus ad Iul. Caeſar. ad Tacitum de morib. Germanor. in Keyslero, Arnkiel & ſimilibus ſcriptis legantur.

ad n. 1081 Recenſetur haec reſponſio *dans la Bibliotheque univerſelle* T. 2 p. 21. add. die Unſch. Nachr. 1707 p. 229. *Fontenelle* oracula gentilium meras impoſturas eſſe cenſuit, & ſua omnia fere ex libro Anton. *van Dalen* de oracu-

lis gentilium deſumſit. Ieſuita Argentoratenſis *Baltus* illum in duabus partibus refutat. In prima oſtendit, Patrum & primorum Chriſtianorum ſententias de oraculis falſo conſiderari a *van Dalen* & a *Fontenellio*. In parte 2 reſpondet ad Fontenellii argumenta e. g. quaedam ferocia ingenia ethnicorum oracula tantum pro fictis habuiſſe. Quaedam ficta oracula, poſtquam uera iam euanuerint, excogitata eſſe. In part. 3 docet oracula non ſimul euanuiſſe, ſed ſucceſſiue, & quod ethnici cauſam illius euaneſcentiae inueſtigare non potuerint. Auctor tamen ipſe ſaepe ſuperſtitioſe de cultu crucis ſcribit. Recte tamen impudentem ſententiam Fontenellii refutat, qui dixerat, ſe cum ſex hominibus totum mundum decipere poſſe. Egregia, quae ad hiſtoriam libri Patris Balti pertinent, ſuppeditare poteſt celeb. Stollius in der Nachr. von den Büchern ſeiner Bibliothec part. 8. p. 806 807 quem legiſſe neminem poenitebit.

ad n. 1101 P. *le Royer* mortuus eſt 1720. Eius ſcriptum continet breues morales meditationes, quas comitantur dicta Scr. ſ P. du Halde hoc ſcriptum edidit & promittit Inſtructionem pro Miſſionario ab eodem auctore.

ad n. 1172 In hoc tractatu deſcribitur modus excommunicandi in ueteri eccleſia. uid. die Unſch. Nachr. 1715 p. 920.

ad

ad n. 1179. Auctor des *Sentimens critiques* quasdam difficultates ex libris *du Guet* extraxerat, ad quas reſpondet *du Guet* in appendice editionis tertiae libri ſui. Poſtea contra *du Guet* prodierunt: *Reflexions ſur le Traité de la Priere* (in quibus *du Guet* pro Ianſeniſta habetur, qui ideo Clericos tam ſatyrice pertringat & cuius ſcripta cum N. T. Patris Queſnelli prorſus conuenirent) ad quas *du Guet* reſpondit *dans l' Avis editioni* ſui libri adhaerente. Meminit etiam magni applauſus & motuum, quos liber ſuus excitauerit. *Du Gueti* ſcripta auctor des *Reflexions* pro Satyris in miniſterium eccleſiaſticum habet, & eius ſtilum ex libris romanenſibus & myſticis deſumtum eſſe putat; uid. plura in den Unſchul. Nachr. 1710 p. 440 ſq. Ubi auctoris ironiae & ſarcaſmi improbantur.

ad n. 1181. Contra *Traité de la raiſon* ſcripſit auctor anonymus *de l' Apologie pour la Religion* Tom. 3 & 4 Paris 1719 in 4to de quo ſcripto uid. *Journal des Savans* 1719 menſ. Auguſt. n. 13.

ad n. 1182. Auctor oſtendit, quomodo ſtudium conciliorum tractandum ſit, quae ſint optimae illorum collectiones & editiones, ſuppeditat etiam catalogum praecipuorum auctorum, qui de Conciliis ſcripſerunt.

Noua editio addito auctoris nomine prodiit Lipſ. 1726 in 8uo 2 Alph. pl. 19. Editio Pariſina recenſetur in der Samml. von Theol. Sach. 1724 p. 504. editio Lipſienſis propter

pter nitidum typum & elegantem papyrum adhuc praeferri meretur Pariſinae, praeſertim quia auctor uarias emendationes & additiones adiecit. Auctor breuiter praecipua momenta de conciliis tradit, & eius tractatus illis, qui concilia tractant, maxime neceſſarius eſt. Ex principiis Papiſtarum Conciliis diuinam inſpirationem & infallibilitatem tribuit. Editio Lipſienſis recenſetur in der auserleſenen theol. Biblioth. (Coleri) part. 18 n. 2 & in Actis Eruditor. Lipſ. lat. 1726 menſ. Febr. n. 2 add. die Leipz. gelehrt. Zeit. 1726 p. 346.

ad n. 1186 (β) Haec editio anni 1710 eſt ſecunda & auctor agit de cibis, qui tempore quadrageſimali permitti poſſent.

ad n. 1188 Verboſisſime & accurate hoc ſcriptum, notatu dignum recenſetur in den theologiſchen Annalib. (Loëſcheri) ann. 1709 p. 478.

ad n. 1190 Cum hoc tractatu conf. anonymi tract. cui tit. *Traité hiſtorique & dogmatique des Exemptions eccleſiaſtiques* 1715 in 4. 1 Alph. pl. 21. qui recenſ. in den Unſchuld. Nachr. 1716 p. 837.

ad n. 1199. In diſſert. 1 auctor oſtendit, omnia a condito mundo Chriſtum praefiguraſſe & praefigurare debuiſſe, ſtatuit inter alia, Melchiſedechum fuiſſe Mesſiam in aſſumta forma humana p. 12. papam conſultius feciſſe, ſi ſe non Petri, ſed Pauli uocaſſet ſucceſſorem p. 38. uid. die Unſch. Nachr.

1716

1716 pag. 123 & *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1717 pag. 347.

ad n. 1202 Prodiit ſcriptum Houttevillii Paris. 1722 in 4. 3 Alph. pl. 15. *Houtteville* deinde receptus in academie françoiſe. In ſcripto ſuo putat ſolidiſſima, euidentiſſima, & faciliima argumenta pro ueritate religionis chriſtianae ex Hiſtoria poſſe peti. Et ideo certa quaedam criteria & requiſita ſuppeditat, quibus talis demonſtratio hiſtorica debeat inniti, quae criteria adducunt auctores der Samml. von Theol. Sach. 1723 p. 142. In libro 1 haec criteria applicat ad eductionem Iſraelis, hiſtoriam euangelicam, miracula Chriſti & alias inter Chriſtianos actiones Lib. 2 docet, uaticinia de Chriſto, praeſertim in Daniele propheta exacte impleta eſſe. Lib. 3 refutat praecipua Atheorum & Deiſtarum contra ueritatem religionis Chriſtianae argumenta & uberiores reſponſiones & illuſtrationes promittit. Spinoſae & Naturaliſtarum ſententiam de miraculis fouere uidetur. Praemittitur *un Diſcours hiſtorique & critique* de uariis auctorum methodis, qui pro, uel contra religionem chriſtianam ſcripſerunt. Sect. 1. continet auctores a Sec. 1 ad 4. Sect. 2 a Sec. 4 ad 15. Sect. 3. a Sec. 15 ad noſtra usque tempora, ſed quia uarios praecipuos auctores, de eodem argumento agentes omiſit, illos ex parte ſupplent auctores der fortgeſetzten Samml. von Theol. Sach. l. c. cf. *Lettre de R. Iſmael,*

Ben Abraham, Juif converti à Mr. l' Abbé Houtteville ſur ſon livre, intitulé: la Religion chretienne, prouvée par les faits, Paris 1722 pl. 9. (quae epiſtola huius pſeudonymi recenſ. in der Sammſ. von Theol. Sach. 1723 p. 146 ſqq. *& dans le Journal des Savans* 1723 menſ. Ianuar. n. 3. Cenſor hic uaria acerbo ſtilo in *Houttevillio* notat. Nomen Iudaei fictum eſt, & auctor Iudaeos contra Houttevillium in uariis defendit. *Lettré de Mr. l' Abbé *** à Mr. l' Abbé Houtteville au ſujet du livres de la religon, prouvée par les faits*, qui aduerſarius eſſe cenſetur abbas *des Fontaines.* uid. num. 691 biblioth. meae anon. qui modeſtior eſt quam prior, & oſtendit, *Houttevillium* in uariis ſtilum ſuum emendare poſſe. Conſiſtit hoc ſcriptum ex 20 epiſtolis, inter quas tertia maxime notanda eſt. Agit de miraculis, uid. die Sammſ. von Theol. Sach. 1723. p. 148. *Lettre écrite en Provénce* contra *Houttevillium* inſerta *eſt aux Memoires de Trevoux* 1721 menſ. Aug. n. 2. in quo auctor Hutteuillio dum ipſi elogia tribuere uidetur, naeuos eius monſtrat, & oſtendit ipſum librum 3 ſine detrimento rei plane omitti potuiſſe, quia potiores obiectiones iam in duobus prioribus libris refutatae eſſent. Alia adhuc epiſtola *à Mr. l' Abbé Houteville* inſerta eſt part. 2. Tom. 2. *des Memoires de Trevoux* 1721 cuius auctor eſſe dicitur abbas *de Grecourt* (uid. in append. anon. gallic. ſub uoc. *Lettre*) qui ingenioſe.

ad

ad n. 1203 Auctor Papatum noua methodo oppugnat & oſtendit, omnia abominanda illius in Scr. ſ iam praedicta eſſe. Tom. 1 agit de Transſubſtantiatione, quae impugnatur, uti & praeſentia realis in ſacra coena. uid. die Unſch. Nachr. 1718 p. 433. Idem auctor affirmat non eſſe realem cauſſam diſſenſus Lutheranorum & reformatorum p. 7 contendit impietatem eſſe, ſi quis credat proditorem Iudam accepiſſe corpus Chriſti, & hoc tantum modo improprio & morali in ſacra coena praeſens eſſe, & praeſentiam eius a bona diſpoſitione illorum, qui ſacra coena fruuntur, dependere p. 21. p. 45. neque Ioh. 6. neque in uerbis inſtitutionis corporalem praeſentiam fundatam eſſe affirmat. Ex patribus uaria notatu digna contra Transſubſtantiationem adducit & ex hiſtoria monſtrat, quomodo haec ſententia ſucceſſiue orta ſit. Auctores illius Paſchaſium, Lanfrancum & alios diu nihil de concomitantia ſciuiſſe & doctrinam eccleſiae graecae de praeſentia per unionem diu conſeruatam eſſe in eccleſia latina. *Guitmundum* in Sec. 12 primum docuiſſe Chriſti ſanguinem etiam ſub forma panis eſſe, & quod paulo poſt Algerius concomitantiam & accidentia ſine ſubiecto introduxiſſet p. 322 ſub fin. de Waldenſibus agitur & oſtenditur, eos iam ſec. 5 exſtitiſſe, Manechaeiſmi illos non reos, nec impios fuiſſe. Tom. 2 monſtratur, papatum in Apocalypſi Iohannis praedictum

 eſſe,

eſſe, idololatriam & perſecutiones, ibi memoratas tantum de papatu praedicari poſſe. Decem capita in Apocalypſi decem nationes ſecundum decem linguas Europaeas ſignificare probe monet, quae ante reformationem papatui addictae fuiſſent, nempe hiſpanicam, gallicam, italicam, anglicanam, germanicam, Suecicam, Danicam, belgicam, polonicam & hungaricam, Boſſueti ſententiam, quod in apocalypſi Roma gentilitia & eius interitus intelligatur, ſolide refutat auctor. add. *Actor. Eruditor. Supplem.* Tom. 7 p. 228. *Journal lit.* Tom. 10. Part. 1 p. 135.

ad n. 1208. Idem auctor ſcripſit uitam Irenaei. uid. die Sammſ. von Theol. Sach. 1724 p. 162. it. uitam Abelardi ſtilo Panegyrico, & quemadmodum Abelardum anteponit S. Bernhardo, ita & hoc in ſcripto affirmat, Rufinum praeferendum eſſe Hieronymo. uid. die Sammſ. von Theol. Sach. 1727 p. 570. Scite collegit in hac uita Rufini, ea quae de illo in Hiſtoria Origeniſmi in P. Martianay editione operum Hieronymi & *dans les Memoires de Monſ. Tillemont*, *dans la Bibliotheque du Pin*, Hiſtoria eccleſiaſtica *Fleury* & aliis ſcriptis reperiuntur & non uulgarem in ſcripto ſuo eruditionem atque Critices peritiam lectoribus probat.

ad n. 1214 Non confundendus eſt hic Seb. *Tillemontius* cum fratre ſuo Petro le Nain *de Tillemont*, cuius uita etiam gallice prodiit per anony-

anonymum *à Paris* 1715 in 12. uid. die Unſch. Nachr. 1715 p. 654. Hic Petrus fuit fidelis adiutor ad reſtituendam auſteram uitam monaſticam celeb. abbatis *de la Trappe* Armandi *Bouthellier de Rancé* et erat Sub-Prior hujus monaſterii. Poſt mortem hujus abbatis cum illius ſucceſſore lac. *de la Cour* controuerſiam agitabat. add. *Journal des Savans* 1715 menſ. Aug. p. 161.

ad n. 1244 Prodiit hic liber in 12. pl. 12 ſumtu Caſp. Fritſchii egregia & neruoſa huius libri recenſio exſtat *in Actis eruditor Lipſ. lat.* 1718 p. 230 add. Clerici *bibliotheque ancienne & moderne* Tom. 8. Part. II. p. 219.

ad n. 1256 Auctores der Samml. von Theolog. Sachen 1720 p. 173 dicunt hunc librum prodiiſſe in 12.

ad n. 1257 Celeb. Reimannus in catal. lit. p. 653 recte in auctore uitae Clerici (qui ipſe Clericus eſſe putatur, uid. inter anonym. lat. uoc. *uita*) reprehendit, quod non diſerte fateatur, ſe eſſe auctorem *de la vie du Cardinal de Richelieu.*

ad n. 1258 Ille Lucas, cuius in hoc numero mentio facta eſt, etiam edidit *Quint Eſſence.* Auctores der früh aufgel. Früchte l. c. putant, auctorem eſſe recentiorem quendam, religionis Chriſtianae inimicum. Spinozae egregia facta & magna fama tribuuntur, ipſeque p. 44 ad exemplum uirtutis proponitur. Tractatus eius theologico politicus p. 25 uocatur lumen ſapientiae. Moſes

Digitized by Google

& prophetae ſtupide ſcripſiſſe dicuntur p. 37. Adhaeret catalogus ſcriptorum Spinoſae. Interdum quaedam ex hiſtoria Spinoſae, antea non adeo nota, indicantur.

ad n. 1268 β) Pars 1. 1 Alph. pl. 16. Pars 2. 1 Alph. pl 14. Hoc iter primum ex decreto ordinis Benedictini S Mauri a ſolo Edmundo *Martenne* 1708 ſuſceptum eſt, eum in finem, ut emendaret & ſuppleret Sammarthanorum *Galliam chriſtianam*; perquiſiuit igitur tabularia & Bibliothecas abbatiarum in Gallia & 6 annos huic itineri impendit, quia autem ſolus his laboribus par eſſe non poterat, ſocium ſibi petiit *Durandum* (Urſinum) Plures quam 300 epiſcopos repererunt, in iſto opere praetermiſſos, & eorum ſeriem ex certis documentis ſuppleuerunt uariaque ad hiſtoriam epiſcoporum Galliae facientia collegerunt. Accuratos catalogos abbatum & abbatiſſarum plurium quam 600 monaſteriorum conſtruxerunt, qui antea uel ignoti, uel tantum quoad nomina noti erant. Collegerunt etiam plura quam 2000 documenta ad Galliam Chriſtianam. Annotarunt etiam peculiares quarundam eccleſiarum caeremonias & alia memorabilia in prouinciis, urbibus & abbatiis. Cum hoc itinere litterario etiam conferenda ſunt Scripta in theſauro anecdotorum ab iisdem Benedictinis edito, contenta & 5 Tomis in fol. comprehenſa, qui recenſentur in der Samml. von alten und neuen Theolog. Sachen 1721 p. 773 - - 77. ad

ad n. 1285. Quae actorum *Lemoſii* fata fuerint Theodorus *Eleutherius*, ſiue Livinus *de Meyer*, Ieſuita, in lib. 1. Hiſtoriae controuerſiarum de auxiliis diuinae gratiae prolixius ediſſerit & productis ipſius Theodorici ad Brigodium literis confirmat.

ad n. 1289 Celebris illius Praelati, Gabr. *Filippucci*, Maceratenſis uitam edidit cel. CRESCIMBENI in 4 pl. 17.

ad n. 1294 Quidam dicunt Alcoranum Franciſcanorum primum comparuiſſe 1513 ſed quia hoc anno Lutherani nondum erant adeo noti & titulus miniſtri Eccleſiae, quo utitur Alberus, nondum in uſu, alii coniiciunt, errorem eſſe in anno & poni debuiſſe annum 1531. Directum eſt hoc ſcriptum germanice primum ſine auctoris, librarii & loci mentione editum contra librum conformitatum Franciſci a fratre Bartholomaea de Piſa 1389 compoſitum, ut obſeruat Henr. *Sedulius*, Monachus quondam Franciſcani ordinis in Belgio in *refutatione Alcorani Franciſcanorum* & deinde etiam à Boulogne 1590 impreſſus, ut monet Sedulius in prolegomenis ad refutationem ſuam. Sedulius librum ſuum edidit *à Anvers* 1607 ſub tit. *Apologeticus adverſus Alcoranum Franciſcanorum pro libro conformitatum* libri 3 in 4. Auctor Alcorani Franciſcanorum fuit miniſter Eccleſiae in Marchia Brandenburgenſi Erasmus *Alberus* qui iuſſu Electoris Brandenburgici uiſitans Coenobium Franciſcanorum Bi-

Digitized by Google

blia quidem inuenit nusquam, ſed alios libros horrenda & blaſphema continentes & inter illos conformitates S. Franciſci ex quibus collegit Alcoranum Franciſcanorum, qui prodiit Witteb. 1542 in 4 cum praefat. Lutheri, hac inſcriptione: Der Barfüßer Mönche Eulenſpiegel und Alcoran. Hic libellus integer inſertus eſt den Unſchuld. Nachr. 1717 p. 205 ſeqq. 260 ſeqq 1715 p. 29 ſeq. 252 ſeq. 726 ſeq. Hic Alcoranus quoad dimidium auctus Genevae ap. Conr. Badium latine & gallice 2 Vol. in 8. comparuit 1578 & impreſſus quoque eſt *à Dort en Flamand* 1589. Sed Verdier in bibliotheca p. 858. allegat etiam editionem anni 1556 & exſtat etiam editio anni 1560. Noetio in Deſcer. cauſſ. papatus p. 619. tantum cognita fuit editio huius Alcorani Belgica. Sedulius obſeruat. l. c. eſſe calumniam, ſi quis cum Albero ſtatuat, quod liber conformitatum eandem habeat apud Monachos Franciſcanos auctoritatem, quam Alcoranus apud Turcas; Idem Sedulius negat, quod Conrad. Badius in praef ad Alcoranum Franciſcanorum editionis Geneuenſis affirmet, quod poſt reformationem omni conatu liber conformitatum ſuppreſſus eſſet, qui antea ſaepius ſubiiſſet prelum. Nomina compilatorum Alcorani neque in editione germanica, neque gallica, neque belgica indicantur. Sedulius in refutatione ſua tantum ad objectiones, quae innituntur verbis Bartholomaei

Piſen-

Piſenſis reſpondet, non autem ad notas marginales. In notis ſur la Confeſſion catholique de Sancy p. 91 92. editionis anni 1699 dicitur Alcoranum Franciſcanorum etiam impreſſum eſſe ſub titulo deſtymatiſato dolo, quod Franciſcum vocant, blaſphamiarum & nugarum lerna, ſeu Alcoranus Franciſcanorum 1543 & eſt tantum verſio editionis anni 1531. De opere Sedulii Riuetus dans les Remarques ſur la Reſponſe au Myſtere d' Iniquité Part. 2. p. 252. judicat, illum agere uoluiſſe ſimium Lipſii & defendere omnes ſtultitias & ſcandaloſas propoſitiones, coacervans diuerſas ſententias auctorum eccleſiaſticorum & aliorum, quae tantum ejus librum ſpiſſiorem reddunt. Liber Sedulii a Cenſoribus d' Anvers tanquam utiliſſimus contra haereticos approbatus eſt, & hoc etiam concedit Riuetus l. c. quia noſtri nugas Sedulii in uſum ſuum optime conuertere poſſent, & quemlibet etiam prudentem catholicum agniturum auctorem ſcil. Sedulium impudentem & perfrictam habuiſſe frontem ex Ierem. 3. v. 3. Quod facile probari poſſe dicit Riuetus, ſed tunc libro aeque ſpiſſo, quam eſt Sedulii, opus eſſe. De raritate editionis libri conformitatum 1510 in Fol. Mediglani uid. cel. Ioh. Vogtium in catalogo libror. rariorum p. 201. Excerpta ex hoc libro etiam uernaculo ſermone edidit Lucas Oſiander Tubing. 1591. in 4. ſub tit. Ein ſchöner wohlriechender Roſen-

Digitized by Google

Crantz, zuſammen gebunden aus den köſtlichen übertrefflichen Buch der Franciſcaner Mönch, welches Sie librum conformitatum nennen. Varia quoque excerpta exinde Lectionibus ſuis memorabilibus inſeruit Ioh. Wolfius T. 1. p. 621.

ad n. 1295 *Alexipharmaco*, a Ianſenio *ἀνωνύμως* edito occaſionem dedit Edictum ſtatuum generalium 1629 quo prohibebant exercitium romanae religionis Syluaeducis & deſtinabant reditus eccleſiaſticos huius urbis ad conſeruationem religionis reformatae, Syluaducis, ubi hanc religionem quatuor miniſtri docebant. Sed cum hi audirent, quod clam contra illos ſpargerentur calumniae aduerſus illorum doctrinam, Manifeſtum, uti uocant, publicabant, ut probatum darent, ſe non niſi Euangelium purum docere, & aduerſarios ſuos hortabantur, ut publice obiectiones ſuas contra illos proponerent. Ad hoc manifeſtum (a Ianſenio,) reſpondebatur in *Alexipharmaco* (de Ianſenii uita uerboſisſime egit Bayle in *Diction. critique*) ſcil. *Voetius:* Giſbertus *Voetius*, unus ex 4 Reformatis miniſtris Syluaeducis docentibus, edidit *annotationes ad hoc opuſculum* ſub tit. *Philonius romanus correctus*, quas refutauit *Ianſenius* in alio libro, cuius tit. *Notarum Spongia* 1631. Auctor annotationum, denuo aduerſarium ſuum (*Ianſenium*) refutare ſtuduit, in ſpiſſo libro, ſub tit. *Deſperata cauſa papatus.* Ianſenius nihil ad haec reſpondebat, ſed amicus

Varro ingenium Plauti conſiderans, comoedias ipſi falſo tributas diſcreuit, & ἀνωνύμους comoedias ex eadem ratione ei uindicauit p. 35 (9)
Velthuſius (Lambertus) non eſt auctor Philoſophiae ſcripturae interpretis & contra illam edit libellum de uſu rationis in theologia p. 102 (26)
a Veraſio (Labronis) Satura Sarcmaſiana publice detecta. inſerta eſt Picae Pieridi uid. p. 144 (36)

Veritatem

Veritatem cognoſcere quilibet cupit p. 72 (18)
de Verſé (Albert.) non eſt auctor tractatus de Inſpiratione, inſerti epiſt. 11 & 12 des Sentimens de quelques Theologiens de Hollande p. 161 (41)
de Verulamio (Baconius) eius Atlantem continuare uoluit auctor hiſtoriae Seuerambum & addidit ideam reipublicae ciuilis, a Verulamio omiſſam p. 173 (44) not. a.
Vetter (Conr.) Ieſuita, in opprobrium Lutheranorum edidit Litaniam & in hanc D. Matthias Hoe ſub nomine D. Theodori Hypſeli edidit Parodiam. Vbi ambo haec ſcripta reperiantur p. 181 (46)
Villacorta uerus auctor, non pſeudonymus eſſe uidetur, qui edidit opera chirurgica p. 102 (26)
Vindiciae contra tyrannos. Si auctor praefixiſſet nomen, ſine dubio non tam dura ſubiiſſet iudicia p. 83 (21) uid. & ſub uoc. Voetius. praefationis auctor ad has uindicias latens ſub nomine Cononis Superantii Vaſconis etiam Languetus eſſe uidetur, alii eam Mornaeo tribuunt. Dubium eſt, an haec praefatio poſt mortem demum Langueti ſcripta ſit. Vindiciae eo adhuc uiuo prodierunt p. 122 (31)
Virgilii uerſus ualde differunt ab Ouidianis p. 46 (12)
Virtutes. De illis uid. Spei, Ieſuitae Aretologiam, quam Hottingerus auream uocat.

Viſionis naturalis, coeleſtis & propheticae ſpeculum p. 203 (51)

de Vitis clariſſimorum in re litteraria uirorum ſcripſit M. Ioh. Chriſtoph Rüdiger ſub nomine Adolphi Clarmundi.

Vnio. De reuniendis Chriſtianis diu Grotius cum Riueto diſputat. p. 163 (41)

Voetio librum: Philoſophia Scr. interpres perperam tribuunt Coccejani p. 101 not. (a) (26 not. a) ſcribit diſſertationem de auctore Vindiciarum contra tyrannos p. 120 (30) refutatur p. 121 (31)

Volmarus fuit legatus Caeſareus ad pacificationem Weſtphalicam p. 195 (49)

Voſſius (Ger. Ioh.) uid. ſub uoc. Hiſt. litterar. Voſſius de Hiſtoricis graecis & latinis ſaepe ſine ordine & ſelectu congeſſit de auctoribus teſtimonia. Liber tamen eius in aliis laude non eſt defraudandus p. 85 (22) fuit Franciſci Iunii gener p. 116 (29)

Voſſius (Iſaac.) non eſt auctor Hiſtoriae Seuerambum p. 173 (44) not. a.

Vrſinus (Zach.) non ex uana gloria, ſed propter ueritatem ſaepius occultauit nomen ſuum p. 20 (5) not. (a)

W

Walenburchius (Pet.) uid. ſub uoc. *Hundius.*

Wechelus, typographus uid. ſub uoc. *Languetus.*

Wedelii (Ge. Wolfg.) Exercit. cent. 2. dec. 1. n. 9 illuſtrat

Veritatem cognoſcere quilibet cupit p. 72 (18)
de Verſé (Albert.) non eſt auctor tractatus de Inſpiratione, inſerti epiſt. 11 & 12 des Sentimens de quelques Theologiens de Hollande p. 161 (41)
de Verulamio (Baconius) eius Atlantem continuare uoluit auctor hiſtoriae Seuerambum & addidit ideam reipublicae ciuilis, a Verulamio omiſſam p. 173 (44) not. a.
Vetter (Conr.) Ieſuita, in opprobrium Lutheranorum edidit Litaniam & in hanc D. Matthias Hoe ſub nomine D. Theodori Hypſeli edidit Parodiam. Vbi ambo haec ſcripta reperiantur p. 181 (46)
Villacorta uerus auctor, non pſeudonymus eſſe uidetur, qui edidit opera chirurgica p. 102 (26)
Vindiciae contra tyrannos. Si auctor praefixiſſet nomen, ſine dubio non tam dura ſubiiſſet iudicia p. 83 (21) uid. & ſub uoc. Voetius. praefationis auctor ad has uindicias latens ſub nomine Cononis Superantii Vaſconis etiam Languetus eſſe uidetur, alii eam Mornaeo tribuunt. Dubium eſt, an haec praefatio poſt mortem demum Langueti ſcripta ſit. Vindiciae eo adhuc uiuo prodierunt p. 122 (31)
Virgilii uerſus ualde differunt ab Ouidianis p. 46 (12)
Virtutes. De illis uid. Spei, Ieſuitae Aretologiam, quam Hottingerus auream uocat.

Viſionis naturalis, coeleſtis & propheticae ſpeculum p. 203 (51)
de Vitis clariſſimorum in re litteraria uirorum ſcripſit M. Ioh. Chriſtoph Rüdiger ſub nomine Adolphi Clarmundi.
Vnio. De reuniendis Chriſtianis diu Grotius cum Riueto diſputat. p. 163 (41)
Voetio librum: Philoſophia Scr. interpres perperam tribuunt Coccejani p. 101 not. (a) (26 not. a) ſcricit diſſertationem de auctore Vindiciarum contra tyrannos p. 120 (30) refutatur p. 121 (31)
Volmarus fuit legatus Caeſareus ad pacificationem Weſtphalicam p. 195 (49)
Voſſius (Ger. Ioh.) uid. ſub uoc. Hiſt. litterar. Voſſius de Hiſtoricis graecis & latinis ſaepe ſine ordine & ſelectu congeſſit de auctoribus teſtimonia. Liber tamen eius in aliis laude non eſt defraudandus p. 85 (22) fuit Franciſci Iunii gener p. 116 (29)
Voſſius (Iſaac.) non eſt auctor Hiſtoriae Seuerambum p. 173 (44) not. a.
Vrſinus (Zach.) non ex uana gloria, ſed propter ueritatem ſaepius occultauit nomen ſuum p. 20 (5) not. (a)

W

Walenburchius (Pet.) uid. ſub uoc. *Hundius.*
Wechelus, typographus uid. ſub uoc. *Languetus.*
Wedelii (Ge. Wolfg.) Exercit. cent. 2, dec. 1. n. 9 illuſtrat

illuſtrat Tentzelius in biblioth. curioſa 1706 p. 408 ſq.

Weſtphalia, de ſecretis eius iudiciis ſcripſit Marquard Freherus p. 136(34) de pace Weſtphalica uid. ſub uoc. *Volmarus* & *Münſter*.

Wick, antiquum uocabulum germanicum ſignificat oppidum p. 166 (42)

Wiecki ad eius praefationem reſponſio, ἀνων. edidit Fauſtus Socinus p. 185 (47)

Wilckius (Andr.) plagii arguitur p. 185 (47)

Wincklerus (Ioh.) Prediger in Hamburg. Contra huius 3. Predigten Caſp. Kohlhanſius ἀνων. uel ψευδων. edidit Erinnerungen p. 177 (45)

Wolfius immerito negat, ſtilum eſſe euidens ſcriptoris criterium p. 33 (9) corrigitur in conſpectu ſuppellectilis ſuae epiſtolicae p. 130 (33)

Wolzogius (Ludou.) refutat Ludou. Meyeri Philoſophiam Scr. interpretem p. 101 not. d. (26 not. t.) Philologiae nimium tribuit & eccleſias belgicas turbat ibid.

Y

Young uid. ſub uoc. Iunius.

Z

Zeltnerus uid. ſub uoc. *Ruarus*.

Zieglerus (Caſp.) in notis ad Grotii ius belli & pacis forte errauit p. 104 (26)

Zobelus (Melch.) epiſcopus Würtzburgenſis & Dux Franconiae, de illo nefarie occiſo ἀνων. Hiſtoriam ſcripſit Petrus Lotichius, ſecundus p. 185 (47) cuius impulſu hanc hiſtoriam conſcripſerit Lotichius. ibid.

Digitized by Google

Digitized by Google

SCHEDIASMATIS DE ANONYMIS ET PSEVDONYMIS

PARS PRIOR

OBSERVATIONES ET MONITA GENERALIA EXPONENS.

CAPVT I. DE Variis modis & cauſis occultandi nominis.

QVI ſcriptum aliquod in vulgus emittentes, certo conſilio ſuum nomen reticent, non eadem omnes via incedunt. Aliorum enim libri plane nullum praeferunt nomen, Graecis (a) *ἀδέσποτοι* dicti & *ἀκέφαλοι*; alii perſonam ſumen-

(a) Hieronymus in *Epiſtola ad Euagrium* T. II. *p. 16. Miſiſti volumen ἀνώνυμον & ἀδέσποτον.*

Digitized by Google

mentes, falſo nomine libros inſcripſere ſuos. Quamuis vero, vtrum horum factum ſit, nihil intereſſe videatur: cum auctor vtraque ratione aeque occultari poſſit; tamen ſi accuratius rem conſideres, magnum vtique intercedere diſcrimen, apparebit. Nam, qui liber prorſus ἀνώνυμος eſt, eius auctorem lector ſimpliciter ignorat, & plane incertus eſt, cui tribui eum oporteat: ſed ψευδώνυμος praeter veri auctoris ignorantiam, lectori opinionem ingenerare poteſt falſam, vt ab eo librum credat eſſe profectum, qui ne per ſomnium quidem de ſcribendo eo vnquam cogitauit. Vnde libros ψευδωνύμους ab anonymis diſcernendos eſſe liquet, magisque manifeſtum paulo poſt a me reddetur.

II.

Librorum autem ψευδωνύμων alii nomen prae ſe ferunt plane alienum: alii tale, ſub quo verum auctoris nomen tectum & aenigmati quaſi cuidam inuolutum. Nec vero illi libri, qui plane alieno nomine ſunt inſcripti, eiusdem omnes ſunt generis, ſed & hi in duas claſſes redigi debent.

III.

Alii quippe nomen in fronte geſtant certi cuiusdam & noti hominis, adeoque ad fruſtrandum lectorem vel compoſiti ſunt (b), vel ſaltim inſcripti: cuiusmodi poſterioris generis (nam priores illos qui emittunt, & vel alienos libros ſuo nomine, vel

(b) Cicero *lib. VI. ad Att. Epiſt. 1.* refert, ſe inter ſtatuas vidiſſe Scipionis Africani imaginem ſubſcripto *Serapionis* nomine. Eandem epiſtolam ita finit; *Odi falſas inſcriptiones ſtatuarum alienarum.*

Digitized by Google

vel ſuos alieno, ſed cuiuspiam noti hominis proprio nomine inſigniunt, plagiarii & docti impoſtores vocitantur,) permulti inter opera doctorum eccleſiae veteris deprehenduntur, a Riueto, Coco, Caueo, aliisque indicati. Modo enim fraude τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, auctoritatem ſuis erroribus quaerentium, id factum eſt; modo librariorum artificio, lucrum ea re captantium; modo denique errore quodam & caſu. Inter haec non raro accidit, vt tenues libri magnorum virorum nominibus ſuperbirent, librariis pictorem illum Horatianum (*a*) imitatis, qui

humano capiti ceruicem iunxit *equinam.*

IV.

Aliis vero libris, qui propterea κατ' ἐξοχὴν appellantur ψευδώνυμοι, nomen fictum eſt impoſitum, vnde lectoris animo pares offunduntur tenebrae, ac ſi liber plane eſſet ἀνώνυμος. Qui enim exempli cauſa ſub *Philalethae* nomine librum emittit, non minus ſe occultauit, (*b*) quam ſi nihil plane nominis titulo libri ſui adiunxiſſet. Nec tamen inter confícta haecce nomina nihil intereſt. Nam quidam nihil cauſae videntur habuiſſe, cur hoc potiſſimum, non aliud nomen adſciuerint: alii ad certam quampiam rem alludunt, quae cum argumento libri conueniat. Cur enim *Pufendorfio* perſona *Monzambani* arriſerit, reperi nusquam: ſed *Iunii Bruti* nomen *Vindiciis ſuis contra tyran-*

(*a*) *lib. de arte poët. v. 1.*

(*b*) Martialis *lib. X. epigr.* 3. ſcriptores *clancularios* vocat, qui ſe non profitentur auctores illorum librorum, quos conſcripſerunt.

tyrannos haud dubie propterea inſcripſit *Languetus*, quod Romanae olim libertatis vindex aduerſus intolerandam Tarquinii ſuperbiam fuerat Iunius Brutus, primus poſtea conſul in praemium rei bene geſtae creatus.

V.

Redeo ad eos libros, qui falſum quidem geſtant nomen, ſed ſub quo verum ita latet abſconditum, vt lectori aenigmatis inſtar ſoluendi relinquatur inueſtigandum. κρυπτωνύμους vocare poſſis. Equidem tres potiſſimum modos (quanquam plures dari poſſe, facile largior,) obſeruaui, quibus vſi ſunt huius generis & conſilii ſcriptores. Aliquando enim primas (*a*) nominis ſui literas lectori exhibent, quem in modum litteris M. T. C. *Marcus Tullius Cicero* ſignificari poteſt, & in *Actis Erud. Lipſ.* ſub literis G. G. L. latitat vir illuſtris *Gottfridus Guil. Leibnitius*: nonnunquam nomine ſolo in anagramma diſcerpto crucem legentibus figunt, vti *Alſtedio* ſub *Stadelii* perſona latere placuit: alias conuerſo in aliam linguam nomine, nubem quaſi ſibi circumdant, quo minus Æneae Virgiliani inſtar cerni poſſint, cuius moris exempla infra afferam in *Francisco Iunio* & *Matthia Hoëo*, aliisque. Illud addo, literis initialibus non ſolum nomen auctoris, ſed ſaepe & munus patriamue indicari. Quem in modum *Spenerus* latere voluit ſub literis S. M. E. F. quae deſignant *Seniorem Miniſterii Eccleſiaſtici Francofurtenſis*: & D. *Seb. Schmidius* ſub litte-

(*a*) Hos non inſcite vocaueris *Semianonymos*.

litteris S. S. T. D. P. C. E. A. hoc eſt, *Sacro Sanctae Theol. Doctor, Praeſes Conuentus Eccleſiaſtici Argentoratenſis* (ſub quibus litteris edidit. Beweiß, daß die Calviniſten gewiſſenshalber verbunden ſeyn, zu der Augſpurgiſchen Confeſſion und zugewandter Kirche zu treten. vid. die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen 1727. p. 531. prodiit iſta demonſtratio 1672. Argentorati in 12. pl. 6½. Sub iisdem litteris proſtat überzeugtes Papſtthum des an der Lehr und Kirchen Augſp. Confeſſ. bißher verübten Unrechts Straßb. 1673. in 12. pl. 13.)

VI.

Sunt quidem praeter hos alii, qui a patria nomen adſciuerunt, quod de *Auentino*, *Sleidano*, aliisque innumeris conſtat. Sed hi quidem huc non pertinent, cum nomen ſemel placitum nunquam abdicauerint, ſed perpetuo vſi eo fuerint. Neque illi proinde huc referendi ſunt, qui nomine a maioribus accepto, vel cognomine pueris impoſito vti deſierunt, quo in numero *Melanchthon* eſt ac *Iulius Cæſar Vaninus:* quippe cum ita adſcitum illud fiat verum nomen, quo poſthac innoteſcunt & ab aliis internoſcuntur, aeque vt antea priori. Nomina enim ſignorum inſtar habentur, quibus alii ab aliis diſcriminantur, eoque conſilio primum inuenta ſunt & vſurpata.

VII.

Quanquam omnino fatendum eſt, deſignationem illam, quae nominibus propriis fit, adeo eſſe obſcuram & imperfectam, vt nec abſentis cuiuspiam, nec mortui hominis ſpeciem recte animo

Digitized by Google

noſtro repraeſentare poſſit. Horum namque ideas ex vitae ſolum, vel doctrinae ipſorum notitia nobis informamus. Ex quo fit, vt illae ideae nimis communes, haud quaquam propriae ſint. Sic verbi gratia *Socratem* in animo habens, repraeſento mihi hominem antiquum Athenienſem, eundemque philoſophiae moralis doctorem, virumque virtute ſingulari praeditum. Contra *Catilinam* conſideranti mihi in mentem venit Romanus eques, Ciceroni aequalis, in quo vitia cum calliditate certarunt. Quare ſi *Catilina* olim *Socratis* & *Socrates* nomen geſſiſſet *Catilinae*, plane contraria de vtroque noſtra forent iudicia. Eundem in modum, quae nunc de *Platone* ſentimus & *Theophraſto Ereſio*, ſentiremus profecto de *Ariſtocle* & *Tyrtamo*, ſi quidem hoc nomen *Theophraſtus*, illud *Plato* retinuiſſet. Adeo ideae abſentium, qui nunquam praeſentes nobis fuerunt, mortuorumue non ſunt niſi obſcura quaedam ſimulacra, in mentibus noſtris fabricata. Vnde cum quis in *Catilinam* inuehitur, reuera cum vmbra colluctari credendus eſt, quae vt manibus ſe comprehendi ac teneri non patitur, ita & ille, quando de ipſo loquimur, adeo noſtrae ſe mentis aciei ſubducit, vt paulo plus, quam nihil, videamus, *Catilinam* vero ipſum propria ſua ſpecie haud quaquam. Fingamus enim, *Catilinam* illum ab inferis reuerſum in noſtras oras forte deferri. Sane nemo quiſquam eum agniturus foret, vt digitum intendens poſſit dicere: *Catilina hic eſt;* niſi is ipſe ſe prodere ſuumque aperire nomen voluerit. Idem de *Socrate* & aliis praeſtantiſſimis ſuo aeuo viris dici debet.

Quos

Quos ſi hodie collaudamus, non tam homines illos, quorum certa ſpecies nulla noſtro obuerſatur animo, laudamus, quam virtutem, quam prudentiam, quam artem, & alia id genus. Vt recte *Quintilianus*, (*a*) quanquam paulo alio ſenſu, ſcripſerit, *Ciceronem iam non* HOMINIS NOMEN, *ſed* ELOQVENTIAE *haberi*. Proinde mirari ſubit mortalium vecordiam, quos *commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit*, quod de ſe *Cicero* (*b*) fateri non erubuit. Honor enim & gloria (addo & ignominia) vltra breue huius vitae ſpatium non protenditur, nec niſi viuentibus prodeſt. Vnde multo prudentius facit idem Cicero, cum eadem epiſtola iuxta finem, *viuum ſe gloria ſua perfrui cupere*, *Lucceio* oſtendit. Nam ſi vel maxime ab *Apelle* aliquo ſe pingi, & a *Lyſippo* fingi curaſſet, tamen ideam ſui nonniſi mortuam, minime vero talem, quae ipſum exacte referret, ad poſteros propagaſſet, ac proinde poſteri non tam *Ciceronem*, quam imperfectam eius ideam laudibus poſſent proſequi. Ac ſi, quam perfectiſſime fieri poteſt, artifex aliquis *Ciceronis* faciem & corporis habitum referret, hanc tamen eſſe veram ſui ideam, ipſe *Cicero* inficias iuit in *Somnio Scipionis*: *Nec enim is*, inquiens, *quem forma iſta declarat, ſed mens cuiusque is eſt quisque, non ea figura, quae digito demonſtrari poteſt.*

VIII.

Ex eadem ratione manifeſtum fit, nihil intereſſe, quo quis nomine vocetur, modo conſtanter ita

(*a*) *Inſtit. orat. lib. X. cap. 1.*
(*b*) *Lib. V. ad Famil. epiſt. 12.*

ita vocetur: ne *Philippum de Terra Nigra* a *Melanchthone, Tyrtamum* a *Theophraſto* putemus eſſe alium. Atque hoc ipſum iam ſupra dixi, eiusque rei cauſam proinde paucis expoſui.

IX.

Ante vero, quam ad aliud argumentum progrediar, lubet varios illos modos, quibus auctores ſe occultare ſunt ſoliti, in tabella quadam ob oculos ponere, quo clarius cognoſcantur.

Igitur

Libri, veri auctoris nomine carentes, ſunt
vel Anonymi,
vel Pſeudonymi.

Pſeudonymi vel *plane alienum, praeferunt nomen, & quidem*
vel *nomen certi cuiusdam auctoris, idque vt*
vel *ſuo quis nomine inſcribat librum alienum. Talis vocatur* Plagiarius.
vel *alieno certo nomine ſuum librum. Talis vocatur* κατ' ἐξοχὴν Doctus impoſtor.
vel *alienum librum nomine certo alieno. Tales* libri *vocantur (a)* ſuppoſititii.
vel *nomen fictum. Tales libri ſtricte dicuntur* Pſeudony-

(a) Hieronymus in *Catal. ſcript. eccl. cap.* 32. talia ſcripta vocat ψευδεπίγραφα.

nymi. *Fingi autem ſolet nomen.*
vel *ſine certa cauſa, e. g.* Monzambano.
vel *alludendo ad materiam, vel aliam circumſtantiam e. g.* Stephanus Iunius Brutus.
vel *tale, ſub quo verum auctoris nomen lateat. Hi vocari poſſunt* Cryptonymi. *Latitat autem verum nomen plerumque*
vel *ſub litteris initialibus.*
vel *ſub anagrammate,*
vel *ſub alia lingua.*

X.

TABVLAM modo poſitam denuo perluſtranti mihi in mentem commode venit, ab aliis nomen ſuum abſcondi, *vt lateant*, ab aliis, *vt quaerantur.* Eorum, qui tenebras vere amant & latere ex animo ſtudent, rurſus duo ſunt genera. Sunt enim, qui nullo tituli tanguntur amore, vnice id agentes, vt ſalubres doctrinas cuiuis lectori propinent: quos inter videtur referendus auctor *Theologiae Germanicae.* Aliis vero, quibus caeteroqui non mediocris ineſt quaerendi nominis ardor, ideo conſpectus publicus eſt refugiendus, ne forte editi in vulgus libri poenas luant, ſuoque ſibi iumento, quod aiunt, malum arceſſant: libenter per ora virum cum *Ennio* volitaturi, modo ſaluti ſuae & fortunis fuerit conſultum. Tunc enim non recu-

ſant agnoſci, *tactique (a) cupidine laudis:* ILLE EGO SVM! *malunt dicere poſſe palam.* In hoc numero praeter *Paſquinum* illum *Romanum* ponendus eſt cum *Hippolito a Lapide Monzambanus*, qui grauioris animaduerſionis metu initio latitans, nomen ſuum profiteri non dubitauit, poſtquam docti cordatique ſaeculi applauſum, ſeque extra aleam conſtitutum ſenſit. Verum alii quoque ſunt, quemadmodum dixi, qui latebras eam ob cauſam quaerunt, vt ſollicitius inueſtigentur a curioſis ſolerterque rimantibus obſcura mortalibus. Hi eo mihi indicio videntur cognoſci poſſe & a prioribus diſcerni, ſi, oborta ſuſpicione, ſtatim prudens quisque eos agnoſcere velumque poſſit detrahere. Id quod fieri neceſſe eſt, ſi verum nomen ſit vel literis initialibus, vel anagrammate, vel alia lingua expreſſum. Huiusmodi pſeudonymi illarum virginum morem imitantur, quae faciem obuelantes, partem tamen eius conſpiciendam praebent, quo maiori deſiderio tectae pulcritudinis fruendae ſpectatores iuuenes incendantur.

CAPVT II.
DE
Iure libros ſuppreſſo nomine edendi.

CVM librorum extra ſocietatem humanam nullus ſit vſus, ſed ii ad humani generis vtilitatem componi debeant, omnino grauiter contra ipſa

(a) Ouidius *lib. Triſt. IV. 5. in.*

ipſa naturae iura peccare ceſendi ſunt, qui libris ſcribendis leges ſocialitatis violare ſuſtinent. Ac tanto maius haberi crimen illud debet, quo minus homines doctrina praeditos decet, eiusmodi mores facto exprimere, quos prauos eſſe compertiſſimum habent, quosque ipſimet grauiſſimis ſubinde verbis deteſtantur. Itaque non ſuperuacanea foret diligentia, ſi quis *de iure naturae circa ſcribendos libros* accurate commentari inſtitueret. Nec dubito, quin ſolida meditatio huius rei, multas ſit veritates patefactura, quae vel in *Democriti* illo puteo adhuc latuerunt abſconditae, vel nondum ſatis luculente ſunt expoſitae.

II.

Equidem iam non aggredior omnia perſequi, quae copioſe hanc in rem afferri poterant: ſed ſolum quaeſtionem de illo iure explicabo, quod verſatur in ſcribendis libris veri auctoris nomine orbatis. Nec hic quidem omnia attingam, ſed miſſis, quae ad plagiarios doctosque impoſtores pertinent, tantummodo diſpiciam, quid naturaliter iuſtum ſit iniuſtumue circa libros anonymos, pſeudonymos ſtricte dictos, & cryptonymos. De his enim ſolum praeſenti toto ſchediaſmate agere conſtitui, quemadmodum iam ſupra indicaui.

III.

Iam cum aliorum cauſa libri conſcribantur, & ſumma officiorum erga homines alios ſit, vt nemini noceas, & prodeſſe cuiuis ſtudeas, idem praeclare docente (a) *Tullio*: hinc facile erit cognoſcere, quid

(a) *lib. I. de offic.*

quid & hic natura & ratio iuſtum eſſe pronunciet. Nimirum generatim ſcriptoribus nomen ſuum diſſimulare licet, quandocunque duas illas modo dictas leges non migrant, ſed ſanctiſſime potius obſeruant. Neque enim audiendus eſt *Aquilius*, qui *Cicerone (a)* teſte, ex omni vita ſimulationem diſſimulationemque tollendam eſſe cenſuit.

IV.

Hinc quatuor ſe mihi tempora offerunt, quibus ius occultandi nominis ſcriptoribus recte tribuatur: quorum duo priora propius ad lectores attinent, poſteriora ipſorum auctorum potiorem habent rationem. De his igitur quatuor has habe regulas, ſiue potius κριτήρια, ex quibus innoteſcat, quando id, de quo quaerimus, permiſſum ſit.

V.

Scilicet licitum eſt PRIMO, *cum occultando ſuo nomine auctor libri maiorem hominibus affert vtilitatem, quam prodendo.* Hoc autem quin aliquando fieri poſſit, cauſa dubitandi nulla eſt. Etſi enim non tam, quis dicat, quam quid dicatur, cogitandum ſit; humani tamen intellectus vitio ſaepe veritas ob dicentis perſonam contemnitur. Id quod recte iam olim *Ennius* iudicauit verſibus, a *Gellio (b)* ſeruatis:

Haec tu etſi peruerſe dicas, facile Achiuos flexeris.
Nam cum opulenti loquuntur pariter atque ignobiles,
Eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet.

Ita

(a) *lib. III. de offic.* (b) *lib. XI. Noct. Att. cap. 4.*

Ita & plerique ad legendos aduerſariorum libros multum praeiudicati afferunt, quaſi nihil ſani in iis ineſſe poſſit, vel ſaltem metuendum ſemper ſit, quantacunque veroſimilitudine doctrina ibi propoſita gaudeat, ne anguis lateat in herba. Si quis verbi cauſa Cl. *Roëllii* elegantem ac pereruditum *de religione rationali* libellum legat, Lutheranis placitis ſuperſtitione magis, quam ratione addictus, is vix ſibi temperare poterit, quin ſubinde optima eius (quippe Reformati) dicta in ſuſpicionem exitioſi erroris adducat, & vel firmiſſimas ſententias atro carbone notet. Nam perpaucorum ita informatus a natura, vel inſtitutione eſt animus, vt *omiſſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirant veritatem*, quod fieri iubet (a) *Cicero*: ſed plerique *ad cauſas iudicia iam facta domo deferunt*, &, *ſi quam opinionem iam ſua mente comprehenderunt, licet eam ratio conuellat, & oratio labefactet, & ipſa denique veritas extorqueat: tamen repugnant, nec libentibus & aequis animis eam admittunt*, eodem grauiter alio loco (b) querente. Ex quo fit, vt multi librum quempiam probent, quamdiu auctorem ignorant: ſtatim reiecturi illum, quam primum hic ipſis innotuerit. Nota res eſt de *Melanchthonis Locis communibus*, qui in Italiam delati praefixo *Philippi de Terra nigra* nomine, magno doctorum applauſu excipiebantur: poſtea vero, quam conſtabat, ab haeretico auctore profectum eſſe id libri, pari impetu damnabatur a ple-

(a) *Orat. pro lege Manil. edit. Freigii T. II. p. 34.*
(b) *Orat. pro A. Cluentio p. 48.*

Digitized by Google

a pleriſque omnibus. Idem de *Lutheri Catechiſmo* ἀνωνύμως ad Italos delato refert *Richardus Baxterus*, (a) Anglus. Sic & *Martini* (α) *Buceri* Commentariis in Pſalmos ſub *Aretii Felini* nomine editis accidiſſe idem, *Teiſſierus* auctor eſt in *Elogiis*. Opportune hic mihi in mentem venit, quod de ſuis maleuolis teſtatur *Iul. Caeſ. Scaliger: Erant*, inquiens, (b) *mihi praeclariſſima in manibus monumenta: ea produxi nomine meo. Ibi iſtis frigere ac torpere animus, haerere vox, diſſimulationem non poſſe tegere. Mutaui conſilium: iisdem eodem tempore aliorum nomine oſtendi nonnulla haud paulo deteriora. Illi illico obſtupeſcere: deierare, nihil politius, aut abſolutius excogitari potuiſſe.* Quis iam non videt, ſcriptores interdum plus prodeſſe latendo, quam prodeundo in publicum ſeque oſtentando: ac (β) proinde hoc caſu iis fas eſſe, nomen diſ-

(a) *Lib. de Abnegatione ſui cap. L. edit. Germ. p. 452.*

(α) *Bucerum* ideo adſciuiſſe alienum nomen, vt haberetur a Pontificiis pro orthodoxo, & Commentarius ſuus ab iis legeretur, ſatis apparet ex his Praefationis verbis: *Nihil omnium, quae communis orthodoxorum conſenſus non recipit, affirmaſſe volo: imo ea, quae omnium recte ſentientium calculis probatum iri non dubito. Si quid autem alienum a Verbo Dei in meo opere quisquam indicarit, quod placitis ſanctae Eccleſiae Dei orthodoxorumque Patrum ſententiis aduerſetur, pro indicto proque recantato haberi volo, iubeo, poſtulo.* Caeterum qua de cauſa *Aretii Felini* nomen ſibi indiderit Bucerus, docet Iac. Thomaſius in filii *Hiſtoria ſapientiae & ſtultitiae p. 8. 9.*

(b) *epiſt. 2. p. 10.*

(β) Spenerus *Conſil. Theol. Lat. P. I. p. 99: Forte etiam profuerit, auctoris nomen* (in editione libri) *celari, ut ad lectionem omnes absque praeiudicio accedant.*

diſſimulare ſuum? *Qui enim alicui prodeſſe vult & debet, non vtique id tenetur facere eo modo, quo finem ſuum non erat obtenturus*, iudice (c) *Puſendorfio*. Vti igitur medicus pilulas auro obductas aegroto praebet, ne primo ſtatim medicamenti intuitu abſterreatur ab eo ſumendo; ita nec imprudens fuerit, grauiſſimas, ſed vulgo incognitas veritates, vel quas auctoris perſona reddere ſuſpectas poſſit, nudas veluti exponere, ne auctor lectoribus faciat praeiudicium. Non dixerim, id ſemper fieri debere, cum lector iure naturali ſit obſtrictus ad beneficium adeoque & ad ſalutarem doctrinam a quouis accipiendam: ſed tantum, id ſi fiat a ſcriptore quopiam, hoc ei vitio verti poſſe nego. Etſi enim per aliorum curioſitatem vix diu latitare licet, tamen vel hoc veritati lucem foenerabitur, quod tum aduerſario ſuum praeiudicium & erroris origo quaſi digito monſtrari poteſt.

VI.

SECVNDO ſuum ſcriptori nomen ſilentio premere licet, *cum vtrum ignoretur ipſe, an notus fiat, nihil intereſt*. Sic auctorem *Artis Cogitandi* nil peccaſſe arbitror, quod librum illum vtiliſſimum omiſſo ſuo nomine vulgauerit. Nam cum generales iudicii recte informandi regulas contineat, quae non ab auctoritate dicentis robur accipiunt, ſed ex firmis clariſque principiis debent deriuari; & quae non minus a Lutheranis & Reformatis, quam a Pontificiis admittuntur, ſane liberum ipſi erat, ſiue omittere ſuum nomen, ſiue praemittere. Quan-

(c) *Lib. I. de offic. hom. & civ. cap. X. §. 6.*

Quanquam & aliam ei fuiſſe cauſam, cur ſe non nominarit, ſatis ſcio, eamque non iniuſtam eſſe, paulo poſt demonſtrabo. Eundem in modum *Thomas Kempenſis* ſanctiſſimum ſuum *de imitatione Chriſti* libellum ſe haud indicato edidit: quae res poſtea doctis de auctore illius libri curioſe magis, quam vtiliter, diſputandi locum fecit. Quam in rem iſthoc aliquando luſi epigrammate:

Cuius ſit, rogitas, hic de pietate *libellus?*
Ipſius eſſe ſcias hoc pietatis *opus.*

Fugiſſe enim optimus ille vir ea de cauſa publicum conſpectum videtur, vt eo magis vanae gloriae ſitim in animo ſuo exſtingueret: cuius ſtudio mortalium animi adeo dediti ſunt, vt *Cicero* in libris *de Gloria (a)* non argute magis, quam vere, olim ſcripſerit, plerosque libros ſuos de gloria contemnenda inſcribere, & cauſa gloriae, proprii nominis titulos praenotare. Nec aliud ſubeſſe reor cauſae, cur & ab aliis Myſticis, quos vocant, permulti ſint libri in lucem emiſſi, quorum certi auctores ignoti ſunt. *(b)* Cum enim alios ſcribendis libris operam dare cernerent, non vt proſint, ſed vt in eruditionis ſuae admirationem, ſi diis placet, lectores rapiant: ipſi maluerunt tacito ſuo nomine doctrinas ſolum illas publice tradere, quas ipſi ſalubres lectoribus fore credebant. Quanquam, vt dicam, quod ſentio, cum nihil refert lectoris, ſiue notus ipſi auctor ſit, ſiue ignotus, quanquam tum no-

(*a*) *citante Hieronymo Comment. in Galat. V, 26. Conf. Val. Maximus lib. VIII. cap. 15.*

(*b*) *Vid. Godofr. Arnoldus Hiſt. Theol. Myſt. cap. XXII. num. 76. §. 2. p. 335.*

nomen ſuum ſilentio praeterire licet, tamen rectius id libro praemitti exiſtimo. Vt enim omittam, ſaepe hanc notitiam lectori prodeſſe poſſe; illud etiam ſpectari debet, quod falſus auctor ita facile ignoti locum occupare & lectori deinceps poſſit imponere. Quod ſi exempli gratia myſticus ille ſcriptor, cuius libri iam *Dionyſii* Areopagitae nomen mendaciſſime praeferunt, ſui notitiam in ipſo operis titulo feciſſet; non fuiſſent ſecutis temporibus tot tantique errores recepti, quibus Areopagitae illius reuerentia immeritam conciliauit auctoritatem. Accedit *Eraſmi Roterodami* iudicium, qui in praefatione ad *Annotationes ſuas in Nouum Teſtamentum* ſub finem haec ſcripſit: *Famae dulcedine tantum abeſt vt titillemur, vt ne nomen quidem noſtrum fuerimus adſcripturi, ni veriti fuiſſemus, ne hac ratione operis minueretur vtilitas: cum apud omnes ſuſpecta res ſit liber* ἀνώνυμος. Maiorem quippe illis ſuis annotamentis ſplendorem conciliare poterat, & ſe, iam doctrinae nomine clarum, auctorem prodendo, & ipſius pontificis, *Leonis X.* epiſtolam, qua opus illud probatur laudaturque, praefigendo, ac ſuis pariter veritatisque inimicis tanquam Meduſae caput obiiciendo.

VII.

TERTIO nomen ſuum ſilentio premere licet ſcriptoribus, *cum ipſe quidem liber magnam afferre lectori poteſt vtilitatem, ſed auctor niſi magno ſuo vel damno, vel periculo indicium ſui facere nequit.* Hos merito cum *Morhoſio* (a) excuſandos ducimus.

B In-

(a) *Polyhiſt. liter. lib. I. cap. 9 p. 85.*

Iniuſtum enim & ingrati animi vitium eſſet, ſi lector praeter magna illa, quae ex libri lectione percipere poteſt, commoda, ſolam curioſitatem damno auctoris, de ſe bene meriti, expleturus, indicium nominis rigide exigere non vereretur: ſimilis aegroto cuidam, qui medicamento, ad morbum leuandum comparato, vti prius nollet, quam cognouiſſet, a quo primum illud inuentum ſit digeſtumue. Poteſt autem lector eo aequiore animo hanc ignorantiam ferre, quod leue hoc ipſius damnum magno compenſatur fructu, perſonatis quippe ſcriptoribus illis ſincerius liberiusque veritatem, vel ſaltem animi ſui ſenſa exponentibus, quam ſi ſuum libro nomen addidiſſent. Quod ſi amicis noſtris id dandum putamus, vt ſalutaribus ipſorum conſiliis vtamur, ſed, ſi ipſorum interſit, nominibus eorum parcamus; quidni idem iuris concedamus ſcriptoribus, prodeſſe nobis ſine ſuo quidem damno ſtudentibus? Iniuria igitur affeciſſe mihi videntur *Puſendorſium*, qui libro ipſius *de ſtatu reip. Germanicae* in vulgus edito, non ſatis habebant, veritatibus ab ipſo haud paucis, latendi fiducia in lucem prolatis, frui, ſed ipſum ad agnoſcendum elegantem illum ingenii ſui foetum vi quaſi quadam compellere, ſimulque inuidorum iniuriae obiicere conabantur.

VIII.

QVARTO denique occultatio nominis ſui permiſſa eſt, *cum ſcriptor aliorum de ſuo libro iudicia, Apellis, pone tabulam ſtantis, exemplo, explorare cupit, vt quae praua in illo fuerint, poſſit emendare.* Accidit enim aliquando, vt noua ſententia alicui

ve-

veniat in mentem, quae cum non minimam veritatis ſpeciem prae ſe ferat, nec dum tamen extra omnem dubitationis aleam poſita ſit, doctiorum iudicio videatur ſubmittenda. Sive enim ea applauſu digna iudicatur, lectoris vtique commodo proſpectum eſt; ſiue occaſionem doctis praebet diſputandi, hae ipſae controuerſiae lucem accendunt, qua prudens lector ad verum inueſtigandum, vel agnoſcendum falſum perduci poſſit. Laudabilis mos fuit veterum, quo ſcripta ſua recens elucubrata ſiue coram *certis electisque*, vt *Plinius (a)* loquitur, ſiue coram quibusuis, ad audiendum accedentibus, recitabant, atque ita ante operis editionem aliorum prouocabant iudicia. Sic enim fiebat, nihil vt temere, niſi perfectum ingenio & elaboratum induſtria exiret in publicum. Quare non ſolum complures recentioris aeui eruditi viri morem illum cum *Degborco Wheario (b)* reuocandum cenſuerunt; ſed ipſimet eum aemulati non ante libros emiſere ſuos, quam doctiorum quorundam iudicio probati fuiſſent: id quod de ſe faſſi ſunt *Iacobus Sadoletus, (c)* & *Io. Geneſius Sepulueda. (d)* Aſt cum priſca illa recitatio id incommodi habeat, vt immeritae vel amicorum laudes, vel inuidorum reprehenſiones ſaepius eam conſequantur: ac proinde ſinceriora ſperanda ſint iudicia, ſi clauſo veluti oculo & ab auctoris perſona remoto, nec gratiae relinquatur locus, nec odio; hinc haud ſane male faciunt, qui, ſe plane ſubtractis, ſolam

 ſuam

(a) *lib. VII. epiſt. 17.* (b) *Relect. hiſtor. in praefat. p. 7 & 99.* (c) *in ſuis epiſtolis paſſim.* (d) *epiſt. XLVI.*

ſuam ſententiam cordatis hominibus proponunt aeſtimandam. *(a)* Qua in re conſentientem mecum habeo doctiſſimum auctorem *Artis Cogitandi*, qui in diſſertatione praeliminari ſecunda *(b)* hunc in modum diſſerit: *Rem facerent ſcriptores votis expetendam, ſi primam operum editionem pro informi tantum ac rudi tabula haberent, poſt quam delitescentes virorum doctrina praeſtantium iudicia ac cenſuras exciperent, ac poſtea diſſentientium opinionibus ad examen reuocatis ac ſerio expenſis, in ſcriptis recenſendis & ad quam poſſunt accuratiſſimam perfectionem deducendis operam denuo collocarent.* Inter omnes gentes maxime hic ſapere mihi Galli videntur, qui eodem conſilio perſonati, vel plane *ἀνώνυμοι* tam crebro ſcripta publicant, vt, ſi quis numerum velit inire, plurimos anonymorum Gallos repertum iri, facile credam. In eadem ſententia *Obſeruationum Halenſium* auctores fuiſſe conſtat. Etiam *Io. Clericus* eodem animo quondam *Iudicia Theologorum Batauorum* publicaſſe videtur. Gnarus quippe, nouitatem ſententiarum, etiam verarum, odium, vel inuidiam auctori ſuo parere, nomine ſuo ſuppreſſo varias ibi nouas opiniones propoſuit & illuſtrauit, quid ſenſuri de iis eruditi forent, exſpectans. Ac fecit quoque poſtea dignum honeſto viro, cum quaſdam ſuarum ſententiarum a do-

(a) Zach. Vrſinus multos libros ſine ſuo nomine euulgans ita excuſatur a Melch. Adamo in *Vitis Theologorum p. 257. Nam quod eſſet ab omni κενοδοξίας ſpecie alienus, & non perſonas cum perſonis, ſed rationes cum rationibus contendendas exiſtimaret, nomen ſuum ſupprimi ſoluit.*

(b) *non longe ab initio.*

a doctis viris ſolide confutatas, repudiauit, veritatique, quam imaginario honori, ſe amiciorem praebuit.

IX.

Ex his iam lucide apparere arbitror, quo tempore nomen ſuum diſſimulando, ſcriptores a peccato ſint immunes. Contra qui propterea hominum conſpectum fugiunt, ſiue anonymi, ſiue pſeudonymi, vt vel procacius alteri inſultent, vel impudentius ſuarum ipſi laudum praecones agere poſſint, a vitio & praui animi nota abſolui nequeunt. Ac ſane in vniuerſum imprudentis eſt, de ſemet ipſo ſcribere diſſimulato nomine. Nam aut minus magnifice de ſe talis loquitur, modeſtiae, vt par eſt, obſeruans; aut indecore ſuas ipſe laudes ebuccinat. Illud ſi fiat, auctor ſatis ſe prodit, nec latere poteſt; ſin hoc, omnibus ludibrium debet, vt primum innotuerit.

CAPVT III.

DE

Regulis criticis, verum latentis ſcriptoris nomen inueſtigandi.

POSTQVAM homines libros coeperunt ſcribere, hique variis & ſuppoſitionis & corruptionis periculis fuerunt obnoxii, reperti ſunt homines iudicio ſingulari praediti, qui cenſoriam ſibi poteſtatem in quosuis libros non inſcite, nec ſine magno lectorum fructu arrogarunt. Vocantur hi *Critici*, eorumque omnis cura, vt breuiſſime dicam,

in eo verſatur, *vt ſcriptis aliorum integritatem praeſtent, & ſolidum de iis ferant iudicium.*

II.

Eſt igitur horum, accurate iudicare de auctorum ingeniis & doctrina, deque dicendi genere, quo vſi ſunt, inde vt notum fiat, non modo quo tempore, ſed & abs quo liber ſit ſcriptus: vtque indidem pateſcat, an & qui libri auctoribus ſint ſubditi, an & quae loca in genuinis auctoris libris ſint deprauata, vel interpolata, & quomodo priſtinae ſint integritati reſtituenda.

III.

Haec autem omnia vt rite fiant, praeter inſignem vim iudicandi, a natura datam, requiritur in perfecto Critico infinita lectio & ampliſſima antiquitatum, hiſtoriarumque cognitio, vt obſcuris dictis lucem affundere, &, quae ſalebroſa ſunt, erudita explicatione reddere plana poſſit. Imo *niſi Critici fuerint eruditi etiam in ſcientiis illis, de quibus libri tractant, periculo diligentiam eorum non vacare*, veriſſime iudicat (*a*) *Verulamius.* Non itaque ſolum vtiliſſimus eſt labor, quem inſumunt Critici, *absque quo nulla ſanitas, aut puritas eſt ſcriptoribus veteribus, imo nulla vita,* ex vero arbitrante *Iuſto* (*b*) *Lipſio;* verum etiam longe difficillimus & in primis arduus, cui ferendo haud ſane quilibet par fuerit. Quod ſi enim animo luſtremus ea, quorum ſcientia non tinctus, ſed im-

(*a*) *lib. VI. de Augment. ſcient. cap. 4. p. 330.* Idem in ſingulari Capite, tertiae editioni *Artis* ſuae *criticae P.II. ſect.I. cap. 14. p. 286. ſqq.* inſerto, probat vberius Io. Clericus.

(*b*) *praefat. ad Opera ſua Crit. p. 1.*

imbutus debet eſſe veri nominis Criticus; ſique conſideremus, maximo & plane defecato iudicio eum eſſe debere praeditum; facile aſſentiemur *Eraſmo Roterodamo*, qui in *Vita Origenis* iudicat, *poſſe aliquem ter prius fieri iuris Doctorem*, *quam Grammaticum*. *Grammatici* enim nomen hic, veterum more, auguſtiori notione accipit, vt eum ſignificet, quem *Criticum* vſitatius appellitamus.

IV.

Neque vero de veterum ſolum ſcriptis iudicium ad Criticos pertinet, verum etiam de nouis: eaque in re *Lipſium* (a) ſequi malo, quam *Io. Clericum*, qui in limine ſtatim *Artis ſuae Criticae* impegiſſe videtur, cum *Criticen* veterum duntaxat ſcriptorum ambitu circumſcribit. Ego vero iudicium Critico etiam de recentioribus ſcriptis aſſero, & haud iniuria exiſtimo, iudicium de quibusuis libris ad eius forum pertinere: cum quae ars & quae regulae in veterum libris diiudicandis valent, eaedem applicari queant ad recentiores. Quare merito miror, Criticos, qui de veterum ſcriptis ſuppoſititiis ac ſuum cuique tribuendo tam ſunt ſolliciti, nihil plane dixiſſe de ratione inueſtigandi auctores anonymos & pſeudonymos, quorum magnus numerus noſtra auorumque memoria prodiit. Certe nusquam ea de re me quicquam reperiſſe memini, & nec *Placcius*, nec qui *Theſauro* eius praefationes adiunxere, hoc argumentum attigerunt.

(a) *loc. cit.*

Digitized by Google

V.

Fortaſſe viros doctos ab hac opera deterruit difficultas & quod ea res ſuperare humanas vires videretur. Qui enim librum emittit anonymum, niſi ſui notitiam ipſe faciat, vel alii, qui ex auctore cognouèrunt, nulla ſagacitate videtur indagari poſſe: vt, imaginem depictam cum cernimus, ignotum pictorem nulla deprehendere coniectura licet. Pſeudonymos autem Protei inſtar ſe habere, apparet. Quemadmodum enim de *Proteo* fabulantur poetae, cum ſemper e manibus elabi, nec ob variam ſui μεταμόρφωσιν teneri poſſe: quod, vt canit *(a) Homerus.*

Πάντα γινόμενος πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
Ἑρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ, καὶ θεσπιδαὲς πῦρ,

quae ita tranſtulit (*b*) *Natalis Comes:*

Omnia mox fiat, ſerpens, qui pectore terram
Verret, ſiet rurſus aqua hic, crepitabit & ignis;

ita in tam varias formas inducere ſe poſſunt ſcriptores, vt e ſuis eos latebris protrahere nemo videatur poſſe, Ipſi etiam Cryptonymi fabuloſam illam Sphingem aemulantur: vt, ſi nulla datur ars ſoluendi aenigmata, nec vllae videantur tradi regulae poſſe de inueſtigandis aenigmaticis cryptonymorum nominibus.

VI.

Sed non eſt deſperandum plane. Valent nonnulli adeo vi ingenii, vt Oedipi exemplo etiam viam inueniant, aenigmata declarandi. Quidni igitur & κριτήρια quaedam tradi poſſint, quibus ob-

(*a*) *Odyſſ.* δ *p.* 124. (*b*) *Mytholog. lib. VIII. cap. 8. p.* 850.

obſeruandis licet non ſemper, ſaepius tamen verus libri auctor deprehendi queat? Praeſcripſerunt Critici (a) regulas detegendi fraudem, libris ſupponendis factam: quaeramus & nos regulas reuelandi auctores abſconditos. Equidem prius facilius eſſe, non nego. Nam leuioris negorii eſt, inquirere, quis non ſit, quam quis ſit verus auctor. Dices, me non eſſe Oedipum, adeoque lectoris exſpectationi haud ſatisfacturum. Fateor id liberaliter, ſed illud addo, hoc me meo conatu excitatum ire maiora ingenia, vt coeptam iſthanc telam feliciore ſtudio pertexant.

VII.

Sunt autem inter auctores librorum ignotos alii aliis inueſtigatu difficiliores. Anonymi enim & pſeudonymi ſtricte dicti, itemque docti impoſtores, plane ſe ſubtrahere luci anniſi ſunt: cryptonymi contra nebulae quaſi cuidam ſe inuoluentes, obſcuriſſimum quidem, ſed non tamen nullum ſui indicium exhibent. In horum igitur notitiam facilius perueniri poſſe, quam illorum, ſatis manifeſtum eſt.

Quanquam nec eadem omnium cryptonymorum eſt ratio. Vti enim aenigma aliud alio eſt impeditius, maioremque animis legentium iniicit ſollicitudinem; ſic auctores occulti ſignum ſui ſtatuerunt alii clarius, alii obſcurius. Idem fere hic contingit, quod in vaticiniis, vel ſomniis, diuinitus immiſſis. Certe ſpecies futurae felicitatis,

(a) *Vid. Clericus Art. Crit. P. III. ſect. 2. & Caveus Hiſt. lit. ſcript. Eccl. prolegom.*

quam Ioſephus patriarcha per ſomnum viderat, tam erat luculenta, vt eius interpretatio nec ipſi multum faceſſeret negotii, &c, quid portenderetur, non magis ipſi, quam parenti ac fratribus eſſet perſpicuum. Contra Pharaonis eiusque miniſtrorum ſomnia idem diuinus vir non niſi diuina ope explicari poſſe recte iudicabat.

VIII.

Nonnunquam etiam fit, vt, qui auctores nomen ſuum occultant, alios iam libros vero ſuo nomine indicato ediderint, vel poſthac edant: quo pacto longe facilius ignotus libri auctor detegitur, quam ſi vnus tantum ille abſconditi auctoris liber exſtet. Ita Ioſephus ille, quem dixi, facile fratres ſuos agnoſcebat, ipſe ab iis agnitus haud quaquam. Nimirum poterat Ioſephus facies fratrum inter ſe componere, & ex plurium rerum conuenientia firmam capere coniecturam: cum ipſi inter Ægyptios latere facillimum eſſet. Hac de cauſa difficulter inueſtigari potuit is, qui *Hippolithi a Lapide* nomen adſciuerat. Nam nec antea quicquam, nec poſt id tempus latino ſermone elucubratum publici iuris fecit: nec proinde licebat, ex comparatione ſcriptorum probabilem capere coniecturam.

IX.

Antea vero, quam criticas hac de re regulas exponam, illud repeto, ea me argumenta omittere, ex quibus conſtet, quisnam libri auctor non ſit. De his enim agere nolo, ne Iliada videar contexere poſt Homerum. Ita ſi quis liber commemorat res eiusmodi, quae a morte demum eius, cui liber tribuitur, accidiſſe certum eſt, falli coniecturam

ram prorſus neceſſe eſt. Omittam & hoc, quando ipſi auctores de ſe fatentur, vel viri fide digni (per quos praecipue auctoris amicos & typographum ac bibliopolam intelligo,) de vero auctore teſtantur, vel liber ipſius auctoris manuſcriptus ſupereſt: maxime cum variae liturae ab emendante, vel retractante factae ibi apparent. Nam haec argumenta non ſolum veroſimilitudinem pariunt, ſed plane certitudinem, quam *moralem* vocant. Quanquam quod ad Manuſcripta attinet, hoc excipio, cum metus eſt, ne quis alterius librum deſcripſerit: id quod in Academiis haud raro fit, doctore ſuis auditoribus ſummam doctrinae ſuae in calamum dictitante. Haec enim res facile errandi cauſam praebet: quod infra comprobabo exemplo *Hiſtoriae eccleſiaſticae*, falſo *Kortholti* nomine inſcriptae.

X.

Apparet ex iam dictis, ſi quis ſcriptor antea non ſit notus edito quopiam monumento, eius inueſtigandi rationem dari nullam, niſi ipſe id confiteatur, vel teſtimonium hominum fide dignorum ſuppetat. Quare, quae iam ſequentur regulae criticae, ad eos ſolum ſcriptores in lucem protrahendos conducunt, de quorum indole moribusque aliunde iam conſtat: vt ex certis indiciis perduci poſſimus ad coniecturam, de hoc vel illo, quem nouimus, faciendam. Harum regularum fundamenta breuiter hic indicabo. Dixi ſupra, vti picturae, a pictore plane mihi ignoto factae, auctorem agnoſcere non poſſum, ſed is manifeſtandus mihi eſt, vel a ſe ipſo, vel ab aliquo viro fide digno; ita libri

quo-

Digitized by Google

quoque, ab homine plane obſcuro ſcripti, auctorem inueſtigari nulla ratione poſſe, niſi is ipſe ſe mihi prodat, vel teſtis aliquis ſpectatae fidei. Contra, vt Apelles olim ex linea artificioſiſſime ducta facile agnoſcebatur; ſic ſi quem alias probe cognitum habeo, meoque animo propria eius vel bona, vel vitia impreſſi, ſimul ac ſcriptum eius accuratius lego, illa indicia meis oculis ſe ſenſim ſubiiciunt, vt auctor *digito poſſit monſtrari, & dicier:* HIC EST. Quod ſi iam inquiramus, quaenam potiſſimum ſui indicia auctor quilibet notus relinquere ſoleat, ex quibus etiam tum, cum latere cupit, agnoſcatur, fere haec erunt: (1) Ingenium, (2) Stylus, (3) Methodus, (4) Affectus, (5) ſententiae ſingulares ac propriae, (6) ſtudia denique, in quibus potiſſimum verſatus atque exercitatus eſt. Huc extrinſecus accedit (7) Nomen libro inſcriptum, (8) Typi, (9) Recenſio, vel (10) defenſio libri. Quae ſingula mox pluribus declaraturus, praemitto *canonem* hunc generalem: *Quo plura criteria competunt in quendam, eo maior eſt veroſimilitudo eoque certior coniectura: ſed ſi vnum ſolum, vel duo infirmiora applicari queant, coniectura habenda eſt infirmior.*

XI.

PRIMVM itaque criterium (nam ordini praecedentis §. inſiſtere non eſt neceſſe,) ex *nomine*, ſi liber ſit ψευδώνυμος, peti poteſt: vnde iſte canon conficitur: *Cuius nomini optime reſpondet fictum illud in libri titulo nomen, is merito habetur libri illius auctor.* Iam cum ſupra dixerim; auctores plerumque latitare, vel ſub literis initialibus, vel ſub

ſub alia lingua, vel ſub anagrammate; hinc liquet, eum, in quem literae initiales conueniunt, vel cuius nomen ex ficto ἀναγραμματικῶς eruitur, vel ficto peregrino nomini ſignificatu congruit, pro vero auctore habendum eſſe, niſi quid aliud obſtet. Nam cum ſupra pariter monuerim, fieri poſſe, vt quis lectori impoſiturus alieni nominis velamine ſe tegat: quod fecit *Ioſephus Scaliger*, edito libello, cui nomen *I. R. Batavi* praefixit, vt *Ianus Rutgerſius* crederetur auctor; hoc ſolo indicio non ſemper tutum eſt niti, ſed plerumque reliqua quoque in ſubſidium vocanda ſunt. Caeterum ex praeſcripto allatae regulae, *Cirelli* ſub nomine *Crellius*, *Stadelii Alſtedius* latere merito creditus eſt. *Aſciani* nomen *Zimmermannum*, *A. Franciſci de Monte S.* optime poteſt ſignificare *Abrahamum de Franckenberg*. Vnde coniecturam (*a*) viri docti ceperunt, dictos auctores iſthaec nomina adſciuiſſe, librorumque iſtis nominibus inſignitorum veros eſſe conditores. Eodem indicio facilius adducor, vt *Placcii* (*b*) teſtibus accredam, *Commentariorum de ſtatu Religionis & Reip. in regno Galliae* auctorem eſſe *Io. Serranum*. Nam vidi editionem illorum Commentariorum, A. 1572. factam, in qua diſtichis primae parti praemiſſis ſub-

(a) Ita Io. Clericus duos veteres poëtas, *C. Pedonem Albinouanum* & *P. Corn. Seuerum* edidit ſub nomine *Theodori Goralli: quae voces ſunt nominis eius & praenominis interpretationes, Graeca & Hebraica*, ita *vt praenomen quidem Hebraicum ſit Graece verſum, nomen vero Graecum* (κλῆρος) *Hebraica voce expreſſum.* Sunt haec verba ipſius Clerici in *Vita* ſua ἀνωνύμως edita *p. 116.*

ſubſcriptae ſunt tres hae litterae: *F. I. S.* Quae literae in editione A. 1571. facta a verſibus illis abſunt. Poſſunt autem illae auctorem ſignificare, hoc modo: *Fecit Ioannes Serranus.* Imo in *Partis quartae* horum *Commentariorum* exemplari meo quidam ita adſcripſit: *Ioanne Serrano, Gymnaſiarcha Lauſannenſe, authore.* Eadem de cauſa facile mihi perſuaderi poſſet, libri Amſtelodami (ſi diis placet) A. 1703. editi ſub titulo *die vernünftige Religion*, auctorem nomen gerere *Weismanni*, ſi quis huius nominis mihi notus eſſet, cui opuſculum illud poſſet tribui. Dum enim ſe vocat *Arſenium Sophianum*, hoc nomen ex Germanico in Graecum videretur mutatum: σοφὸς enim ſignificat *vveiſe*, & ἀῤῥὴν, *Mann.* Ac ſane obumbrat hoc nomen auctorem ſuum. Cognoui enim, eum eſſe *Andream Wiſſovvatium*, Socinianum.

XII.

ALTERVM criterium praebet *ſtylus*, vnde hunc informo canonem: *Cum cuius dicendi genere ſtylus libri anonymi, vel pſeudonymi optime conuenit, cum auctorem eſſe veroſimillimum eſt.* Hoc indicium omnium minime fallax eſt. Suus enim cuique ſtylus eſt, vt ſua cuique facies, qua alius ab alio internoſcitur. Et ſicuti vocem mihi iam notam audiens facile recordor, cuius ea ſit: neque enim duorum hominum voces adeo inter ſe ſimiles deprehenduntur, nihil vt intercedat diſcriminis; ita ſtylum hominis non ignoti accurate conſiderans, non aegre, a quo profectus ſit, agnoſco. Hinc fraudem facile ſubodoraturus fuiſſet lector, ſi *Bruno*, vel *Freins-*

Freinſhemius ſupplementa ſua ad *Q. Curtium* pro genuino *Curtii* foetu venditare fuiſſent auſi: quorum quippe ſtylus multum a Curtiano illo abhorret. Ipſo *Ciceronis* aeuo ſcripſerunt plures: ſed quantum inter ſe differant, docte expoſuit, incertus auctor *dialogi de oratoribus*, *Taciti* operibus ſubiuncti. Superiore ſaeculo in excolenda Latina lingua & imitando *Cicerone* magnam partem aetatis conſumſerat *Sigonius:* idem tamen eruditis debuit ludibrium, quibus ſcribenda *Conſolatione Ciceronis* imponi a ſe poſſe crediderat. Audiamus *Lipſium*, ita (a) ſcribentem: *Ciceronis falſi Conſolationem vidimus: quae me quidem adeo non erigit, vt deiiciat potius, ſcripta videlicet frigide, ſolute, & verbo dicam, inepte. Valde me Ciceronis poeniteat, ſi ille vel in medio dolore tam elumbis. Nusquam nerui, nusquam ſententiarum ſanguis, nec color quidem verborum, niſi cum ceruſſa & fuco.* Idem eodem libro *epiſt. 66: Agnoſco ſtylum disiunctum, otioſum, lentum, & illam Sigoneitatem.* Quemadmodum igitur, qui *Pauli* apoſtoli dicendi genus, vel *Corn. Taciti*, vſu ſibi familiare reddidit, perſuadere ſibi non poteſt, *epiſtolae ad Hebraeos* ſcriptae illum, & *Dialogi de oratoribus* hunc auctorem eſſe; ita contra *Puſendorfius* facile ſe agnoſcendum praebuit in *Monzambano*, cum ſcripturae genus ac genius Pufendorfiano exactiſſime reſponderet. Eadem ratione celeberrimus vir *Chriſtian. Thomaſius* facile ſubodorabatur verum auctorem libri, cui titulus: *Der Fang des edlen Lebens durch frembde Glaubens-Ehe*; vt ipſe fatetur in libro, quo anonymum

(a) *Centur. I. epiſt. 35.*

mum hoc D. *Phil. Mülleri* ſcriptum confutare aggreſſus eſt, nimirum *in der rechtmäſigen Erörterung der Gewiſſens-Frage.* Sic & *Conradus Rittershuſius* contra *Pithoeum* recte *libros IV. contra auaritiam Saluiano* vindicat. *Tanta* enim, inquit, *apparet in vtroque opere dictionis ſimilitudo, vt vix ouum ouo, lac lacti, & nix niui ſimilior eſſe poſſit.* Eodem argumento olim *Auguſtinus* epiſtolas *de iteratione baptiſmi Cypriano* aſſeruit, in *epiſt. XLIIX. Vincentio* ſcribens his verbis: *Stylus eius habet quandam propriam faciem, qua poſſit agnoſci.* Atque ita loquuntur vno ore Critici. Rutgerſius *Var. lect. lib. V. cap. 15. p. 497: Certiſſimum vera* (ſcripta) *a falſis dignoſcendi argumentum eſt ſtylus.* Lipſius in prooemio ad *Notas* ſuas in *Dialogum de cauſis corruptae eloquentiae: Tacitum auctorem eius fuiſſe, qui credam? Stylus valide abnuit, non fallax in hoc genere argumentum.* Legenda &, quae ibi ſubſequuntur. Boeclerus in *Bibliographia critica p. 700: Eſt ſtylus indubitabilis character alicuius operis.* Eraſmus ad Hieronymi *Catal. ſcript. eccl. cap. 119. Vbi ſunt, qui ſolent reſpondere, non eundem eſſe hominis ſtylum vbique?* Similiter pronunciat ad *cap. 1.* Dannhauerus igitur recte in *Hodoſophia* ſua p. 28. *Styli genius eſt auctoris ſui certus index, iudicio Criticorum conſentiente.* Valet igitur & hic illud *Matth. XXVI. 73.* ἡ λαλιά σου δῆλον σε ποιεῖ.

XIII.

Quare falli puto Cl. *Wolfium*, in praefatione ad *Pſeudo-Origenis* Φιλοσοφούμενα §. X. negantem,

ad

argumentum, a dicendi ratione ductum, omni exceptione maius eſſe. Quod enim *Mureti* exemplum affert, quem conſtat carmen quoddam ab ſe contextum *Trabeae*, comico veteri, ſubdidiſſe, a ſcopo videtur aberrare. Non enim quaeritur, an ex ſtylo comprobari poſſit, carmen, vel librum eſſe antiquum: cum & noui quidam ſcriptores antiquorum elegantiam & caſtitatem ſermonis aemulari poſſint & exprimere. Neque id affirmauit *Gronouius*, aduerſus quem iſto loco Cl. *Wolfius* diſputationem ſuſcepit. Illa eſt *Gronouii* aliorumque criticorum ſententia, ſi certa alicuius auctoris ſcripta ſuperſint, incerta ad amuſſim ſtyli eorum debere exigi, ſique plane inter ſe conueniant, pro genuinis, admitti; ſin poſteriorum dictio a prioribus prorſus abhorreat, reiici. Quem criticum canonem a Viro. Clar. *Io. Clerico Art. Crit. P. III. ſect. 2, cap. VI.* illuſtratum, nullo argumento quisquam euertet, opinor. *Muretus* enim cum facile *Scaligero* impoſuerit, nullo alio ſatis magno *Trabeae* ſcripto exſtante; *Sigonii* tamen fraus non diu latuit, cum ficta ab eo *Conſolatio Ciceroniana* orationis indoli ac genio nequaquam reſponderet. Illud etiam largior, fieri poſſe, vt quisquam alteri ſcriptum ſuum ſupponens, incautis imponat. Sed *incautis*, inquam. Nam ſi quis non grauetur, ſtylum libri ſuppoſititii cum ſtylo libri, quem conſtat certo huius, vel illius auctoris eſſe, accurate ac diligenter contendere, fucum breui ſentiet & impoſturam. (a) Miror proinde, *Eraſ-*

 mum

(a) Ex argumento, a ſtili diuerſitate ducto, quidam indicant, vitam Ioh. Calvini, quae ſub nomine Papirii Maſſoni in

mum, perſpicaciſſimum in his rebus virum, dubitaſſe, an poſteriorum duarum epiſtolarum, ſub *Ioannis* apoſtoli nomine exſtantium verus is auctor ſit: cum vel ſtylus manifeſto ſit argumento, vt alias demonſtrabo. Antequam ab hoc argumento diſcedam, illud moneo, ex ſtylo etiam poſſe colligi, qua lingua liber primum ſit conſcriptus. Illum enim libellum *de religione rationali*, cuius antea mentionem inieci, primum Latine ſcriptum & tum Germanice editum eſſe, ex variis loquendi modis colligo, quae in eo ſe offerunt magno numero. Et velim conferat aliquis, cui ad manum eſt, *Philoſophiam Scripturae interpretem*, & videat, an forte inde libellus hic ſit translatus. (b)

XIV.

Tertivm *criterium* ab *ingenio* petitur: ex quo

in 4. Pariſiis 1611. prodiit & etiam Tomo 2. elogiorum Papirii Maſſoni p. 407. inſerta eſt, (quae elogia edidit Ioh. Balesdens in 8. Pariſiis 1643.) non eſſe Maſſoni, licet poſt mortem huius inter ſchedas illius ſit reperta; nam ſtilum in hac vita valde diſcrepare a ſtilo ceterorum Maſſoni ſcriptorum; ſed potius hanc vitam confectam eſſe a Iacobo Gillot, Conſeiller-Clerc du Parlement de Paris, qui mortuus eſt 1619. quo egregio & celebri uiro etiam hanc hiſtoriam non indignam eſſe iudicat varillas dans ſa preface de l'Hiſtoire des Hereſies, qui videatur pluribus (Myl.)

(b) Hoc argumento in *Actis eruditorum 1710. p. 281.* negaui, *libri de imitatione Chriſti* ſcriptorem fuiſſe Gallum, vel Italum, cum is Germanismis ſit refertiſſimus.

Memoratu digniſſimum exemplum, quomodo ex ſtilo indagari debeat auctor quidam anonymus latens, vid. in *Bibliotheca* mea *anonymor.* ſub voce *Tableau du gouvernement preſent* Cardinalis enim de Richelieu conuocauit uarios Galliae poëtas; vt auctorem anonymum libri, contra Cardinalem publicati, ex ſtilo auctoris detegerent. (Myl.)

quo naſcitur iſte canon: *Cuius ingenium in libro incerti auctoris exacte exprimitur is pro auctore merito habetur.* Quod enim de dicendi genere praediximus, id non minus verum eſt de ingenio. (a) Nempe & ſuum cuique eſt ingenium, aliaque voce pſittacus, alia coturnix loquitur, vt eſt in prouerbio. Quapropter librum, Oedipo dignum, Dauo tribuere, eſt Herculis cothurnos aptare infanti. Ac licet plures ingenio praeſtanti ſint praediti, ſemper tamen diſcriminis aliquid intercedit, aeque vt inter facies hominum quamuis innumerabilium. Hac iudicii norma vſus olim *Varro*, doctiſſimus ille Romanorum, cum *mores ingenii ac linguae* cuiusuis auctoris ſibi perſpectos reddidiſſet, & falſo tributas Plauto comoedias a veris facile diſcreuit, & alias ἀνωνύμους ſcitisſime ei vindicauit, *Gellio* (b) teſte. Quod ſi itaque in libro aliquo elucet magna vis ingenii, vel magnum in iudicando acumen, tunc eum facile credo expoſitae prolis verum parentem eſſe, quem iudicio ingenioue magno praeditum eſſe noui, maxime ſi in illo argumento prae aliis ſit exercitatus. Et quanquam qui ingenio valet, vel iudicio, plures pasſim reperiat eadem facultate pollentes, tamen ſemper aliquid, vt iam dixi, atque adeo multum inter duo ingenia intercedit diſcri-

(a) Ouidius *Triſt. I. 1. 61*;
Vt titulo careas, ipſo noſcere colore,
Diſſimulare velis te licet eſſe meum.
Quod iudicium & ad ſtylum transferri poteſt.
(b) *lib. III, Noct. Attic. cap. 3.*

minis, quod eum, qui recte aduertit animum, fugere vix poteſt. Id quod *Cicero* quondam veriſſime indicauit, ita ad *Volumnium* (a) ſcribens: *Ais, vt ego diſceſſerim, omnia omnium dicta* (ſcilicet vrbana, iocoſa, ſalis & argutiarum plena,) *in his etiam Sextiana, in me conferri. Quid? tu id pateris? nonne defendis? non reſiſtis? Equidem ſperabam*, ITA NOTATA ME RELIQVISSE GENERA DICTORVM MEORVM, VT COGNOSCI SVA SPONTE POSSENT. *Sed quando tanta faex eſt in vrbe. vt nihil ſit tam ἀκύθηρον, quod non alicui venuſtum eſſe videatur: pugna, ſi me amas, niſi acuta ἀμφιβολία, niſi elegans ὑπερβολὴ, niſi παράγραμμα bellum, niſi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, niſi cetera, quae ſunt a me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis, ἔντεχνα & arguta apparebunt, vt ſacramento contendas, mea non eſſe.* Eodem modo acutiſſimus *Thomaſius* in Menſtruis ſuis librorum recenſionibus (b) coniecturam facit, *Bouhurſium* eſſe auctorem *du Diſcours ſu la Bienſeance*, & *de la maniere de bien penſer avec des maximes & des reflexions tres importantes* à la Haye 1689. in 12.

agg.

(a) *lib. VII. ad Famil. epiſt. 32.* Idem *lib. III. epiſt. 16: Vt Seruius, frater tuus quem literatiſſimum fuiſſe iudico, facile diceret:* Hic verſus Plauti non eſt, hic eſt; *quod tritas haberet aures notandis generibus poëtarum & conſuetudine legendi; ſic audio, Caeſarem, cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων ſi quid afferatur ad eum pro meo, quod meum non ſit, reitcere ſolere.* Similia ſcripſit in exitu epiſtolae vndecimae eiusdem libri.

(b) *A. 1689. p. 197. ſq. & p. 930. ſq.*

pagg. 324 cuius quippe ingenium, methodum ac mores ex certis eius libris ſibi perſpectos eſſe ait. (a) Afferi hanc in rem merentur, quae refert *Erythraeus* (b) in *Pinacothecis: Cum*, inquiens, *Vrbano VIII, Pontifici maximo, regularis quidam Canonicus Lateranenſis librum eius nomini dicatum attuliſſet, placuit, auctore praeſente, epiſtolam praefixam operi legere: ac confeſtim in ſuſpicionem venit, eam ex Pauli Paleoti, eloquentiſſimi viri, officina fuiſſe profectam, accurata ac diligenti Latine loquendi elegantia ductus: neque tacitum illud habuit, ſed palam iis, qui aderant, fecit.*

XV.

Affine huic eſt QVARTVM *criterium* ex *ſententiis cuiusdam propriis* petitum, quae in libro ἀδεσπότῳ ſparguntur, vel etiam confirmantur. *Canon* hinc ducitur ſequens: *In quocunque ſcripto κυρίαι quaedam δόξαι traduntur, quae notus quidam homo fouet ac defendit, id huic recte tribui credibile eſt.* Hac de cauſa facile ſuboluit lectoribus, auctorem plagularum 8. Gallice paucis abhinc annis editarum *de coruis Eliae, vulpeculis Simſonis, maxilla aſini, quatuor monarchiis, & Antichriſto* eſſe Celeb. *Hardtium*, in Academia Iulia Profeſſorem, quippe cum in Ephemeridibus ſuis olim publicatis, eiusdem generis ſpecimina ingenii ſui ediderit. Id quod deinceps confirmatum eſt, cum quinque iſtae diſſertatiunculae coniunctim Helmſtadii A. 1707. ederentur & A. 1708. Dn. Hardtius paulo diductiorem diſſertationem Latinam publicaret

(a) les lettres du Pere Bouhours ſont tres bien écrites.
(b) *Pinac. III. num. 5. p. 25.*

caret *de quatuor monarchiis Babyloniae.* Pari modo qui *Obſeruationes ſelectas litterarias,*Halae editas, intenta mentis acie perluſtrat, facile deprehendit, quarum auctor ſit ſubtilisſimus ille *Thomaſius*, quarum non ſit. Eodem indicio Critici iamdudum deprehenderunt, multos eſſe libros a *Pelagio* & Pelagianis aliisque haereticis confectos, qui vulgo *Hieronymo*, *Ambroſio*, *Auguſtino* tribui ſolent, eorumque inter opera habentur.

XVI.

QVINTVM *criterium* ſuppeditat *methodus*. Alii namque ἀμεθόδως ſcribere aſſolent, alii decoro ſtudent ordini in diſſerendo. Sunt, qui accuratam vbique, ſunt, qui liberam, amoenam ac iucundam ſeruant in ſcribendo methodum. Quidam ſua ſolum, aliena nonnulli proponunt, alii vtraque commiſcent: & quae ſunt alia methodorum genera. Hinc *ſextus canon criticus: Si methodus libri examuſſim reſpondet methodo noti cuiusdam auctoris, hic credi poteſt verus ac genuinus dubii libri auctor.* Hoc ipſum quoque eorum firmauit animos. qui ante memoratas quinque Gallicas diſſertatiunculas ab *Hardtio* profectas eſſe ſuſpicabantur. Eademque de (α) cauſa merito negatur, *Kortholtum* eſſe auctorem *Hiſtoriae eccleſiaſticae*, ipſius nomine editae, cum in reliquis ſuis ſcriptis longe alia ingrediatur via, & allegandis fon-

(α) Grotius a Curcellaeo rogatus, an libri cujusdam auctor ſit. in *epiſt 199. ad Gallos* ita reſpondet: *Non ego auctor eius ſum Et id ipſum facile fierum eſſe iudicabunt, qui ſcribendi filum aut tenorem ſuum cuique proprium accurate norunt diſtinguere.*

ſontibus, vnde ſua hauſit, fidem dictis ſuis diligenter conciliet. Contra *Lactantius* merito creditus eſt a *Baluzio* aliisque auctor libri *de mortibus perſecutorum*, cum is referat methodum eandem, qua & alias ille in ſcribendo vſus eſt. Sed age, canonem meum criticum accommodemus ad illuſtrem illam de auctore *Epiſtolae ad Hebraeos* ſcriptae controuerſiam. Haec cum inſcriptione careat, & antiquiſſimis temporibus vix aegre in cenſum canonicorum (β) ſcriptorum admiſſa ſit, factum eſt, vt ab aliis *Paulo*, ab aliis *Barnabae*, vel *Clementi*, vel *Lucae* tribueretur. Quos omnes inanes potius coniecturas, quam certas rationes ſecutos eſſe, & plus affectui, quam criticis regulis dediſſe plane exploratum habeo. Mihi proinde cum ſententia *Lutheri* omnium videatur eruditisſima, quam ſubdubius primum propoſuit, (a) ſed poſt plurimorum annorum penſitationem tandem nihil haeſitans ſuam (b) fecit; eam iam firmioribus præſidiis munire aggredior. Exiſtimat quippe beatus ille vir, epiſtolae iſtius verum eſſe auctorem *Apollonem* illum, cuius *Lucas Actor. XVIII, 24. ſqq.* mentionem fecit. Quae ſententia non ſolum canone illo, a me paulo ante propoſito, nititur, ſed aliis quoque, quas adducam,

(β) Ex hoc ipſo, quod ii, qui canonem librorum N. T. confecerunt, non agnouerunt eam pro Paulina epiſtola, imo eam a Pauli epiſtolis diſiunxerunt, nouum peti poteſt argumentum, quo demonſtretur, eam Pauli non eſſe.

(a) *in Poſtill. Eccleſ. Feſt. Ioann. Euang. f. m. 44, a.*

(b) *Comment. in Geneſ. cap. 48. f. m. 710, a.*

rationibus. Nimirum *Lucas* id praeconii tribuit (a) *Apolloni*, quod fuerit δυνατὸς ἐν ταῖς γραφαῖς, hoc eſt, in ſcriptura ſacra veteris teſtamenti verſatisſimus: quodque cum Iudaeis diſputans διὰ τῶν γραφῶν, hoc eſt, ad veteris Teſtamenti libros identidem prouocans & inde argumenta ſua depromens, demonſtrarit, Ieſum eſſe verum Mesſiam. Iam vero quis neget, inſignem illam Scripturae peritiam ex hac ipſa epiſtola elucere, & ex antiqui foederis tabulis non ſolum alia dicta citari, ſed inprimis eius ſententiae inde peti firmamenta, qua Ieſum eſſe Mesſiam illum, veteribus promiſſum, firmiter perſuaſum habemus. Deinde *Lucas Apolloni* & hoc perhibet teſtimonium, quod fuerit ἀνὴρ λόγιος, vir eloquens & dicendi copia praeſtans. Id quod etiam ex priore *Pauli* ad Corinthios epiſtola confirmari poteſt. Tanta enim fuit huius viri facundia, vt haud pauci Corinthiorum, qui eum *Paulo* apoſtolo longe praeferebant, ab eo nomen geſtirent gerere. Quam ob cauſam *Paulus* hos redarguens in memoratis literis, ſimul grauiter in eos inuehitur, quod doctorum dignitatem ex ſola dicendi vi metientes, eloquentiae hu-

(a) *6. 24. & 28.* Idem poſtea ſtatuit Lucas Oſiander in *Praef.* ad *Epiſt. ad Hebraeos* in *Commentario* ſuo *Biblico.* Eſt etiam hanc ſententiam amplexus Io. Clericus *Hiſt. eccl. ſect. I. p. 459. ſq.* qui & in Comment. ſuo in *Pſal. XL. 7.* ſine dubitatione tribuit Apolloni hanc epiſtolam. Eandem ſententiam, a me acceptam, vberius illuſtravit Laurentius Mullerus in duabus diſputationibus *de Apollonis eloquentia* a. 1717. Schleuſingae editis. Obſeruo hic etiam, iam a Zuinglio *Operum T. II. f. 49.* vocatum hunc fuiſſe *Apollonem.*

humanae plus iuſto tribuerent. Ex quo ſane manifeſtum fit, ſingularem ac plane oximiam fuiſſe huius viri in dicendo facultatem. Atqui & haec apparet in epiſtola ad Hebraeos lucidisſime, quippe quam pasſim a verborum nitore & praecipua quadam ſermonis elegantia laudari videas. Accedit, quod, obſeruante *Grotio*, huius epiſtolae auctor non vno loco prodit, ſe fuiſſe verſatum in lectione *Philonis Alexandrini*, vel ſaltem interpretationes eius & ſententias probe tenuiſſe. Hoc vero de *Apollone* minime mirum eſt, vtpote qui, *Luca* teſte, Alexandriam & ipſe patriam nactus eſt, atque haud dubie doctisſimi ſui ciuis ſcripta etiam ante Chriſtianiſmi profesſionem lectitauit. Hinc ſimul euaneſcat oportet eorum diſceptatio, qui anquirunt, vtrum Hebraice primum, an Graece ſcripta haec fuerit epiſtola. Nimirum ſuperuacua eſt haec dubitatio, cum Iudaei in Ægypto degentes, Graeca lingua vterentur, Ελληνιςαὶ inde a *Luca* dicti, & ob Hebraicae linguae imperitiam LXX virali, quam vocant, verſione contenti. Cum igitur, quae hactenus ediſſerui, fidem (a) faciant, *Apollonem* eſſe epiſtolae ad Hebraeos ſcriptae auctorem, iam eorum, quibus alia placuit ſententia, rationes excutiendae forent. Ii quidem qui *Barnabae*, vel *Lucae*, vel *Clementi* eam tribuunt, ſimplicem tantum & inſtabilem coniecturam afferunt,

(a) Nondum tamen haec res ſatis certa eſt, ſed tantum probabilis admodum. Quare commemorans hanc epiſtolam, non laudare ſoleo *Apollonem*, ſed *auctorem Epiſtolae ad Hebraeos*.

Digitized by Google

ſerunt, magis, quid non ſit impoſſibile, indicantes, quam quid vero ſit conſentaneum. Sed nec eorum quidem argumenta, haud ſane pauca, ponderare hic animus eſt, qui *Paulo* epiſtolam illam vindicare conantur, quae quidem facillima refutatu eſſe, iudicat *Grotius*. Illud duntaxat moneo, pleroſque ex affectu ita iudicare, quod in Cocceianis maxime apparet. Non poſſum tamen ea diſſimulare, quae me maxime mouerunt, vt ab illa mihi ſententia diſcedendum putem. Primum enim haec epiſtola *a ſtylo Pauli longe lateque diſcrepat*, (vtor verbis, *Eraſmi,*) & *orationis character nihil habet affinitatis cum phraſi Paulina.* In Paulinis namque epiſtolis obſcura eſt & hiulca (a) oratio, a reconditis ſenſibus magis laudem quaerens, quam a verborum flumine. Contra in epiſtola ad Hebraeos diſertum & placido ſono decurrens orationis genus quis non deprehendit & admiratus eſt? Atque haec orationis diuerſitas adeo eſt aperta, vt multi mirentur, eſſe adhuc, qui in tanta literarum luce non hoc ſolum loquantur cum vulgo, verum etiam ſentiant. Deinde quando epiſtolae ad Hebraeos auctor (b) doctrinam Chriſtianam ad ſe perueniſſe fatetur non per ipſum Chriſtum, ſed per eius diſcipulos, id

(a) Buddeus in diſp. *de hamartigenia* §. *V.* (in *Miſcell. ſacr. T. III. p. 38: In elliptico,* inquit, *& abrupto dicendi genere, vbi obiectiones largius interſperſae textum non poſſunt non reddere hiulcum, id haud infrequens atque inuſitatum eſſe, a quouis ſtyli Paulini gnaro me impetraturum eſſe, confido.*

(*b*) *Cap. II. v. 3. Vid. Seb. Schmidius ad h. l.*

id ſane a *Paulo* alieniſſimum eſt, qui *Gal. I.* grauiter pronuntiat, nihil ſe ab apoſtolis accepiſſe, ſed ſolo Chriſto vſum eſſe doctore. Enim vero quid huic rationi reſponderi ſoleat, non ſum neſcius: ſed quam infirmum illud ſit, facile demonſtrare poſſem, niſi meam potius ſententiam elucidandam ſuſcepiſſem, quam alienam confutandam. Porro deeſt inſcriptio Paulini nominis & primaeuae teſtimonium eccleſiae. Certe *Paulum* ſuum nomen ſubtraxiſſe deſtinato conſilio, nullo modo probabile eſt, cum ad Iudaeos iam conuerſos ſcripta ſit haec epiſtola, cui praefixo tanti apoſtoli nomine maior conciliari poterat, paene dicere auſim, debebat auctoritas. Quod ſi *Paulus* nomen praeſcripſit ſuum, non intelligo, quomodo perdi illa inſcriptio potuerit, vt non ſimul eripiatur eccleſiae illius aeui teſtimonium. E contrario ſi vir aliquis apoſtolicus eius epiſtolae auctor eſt, facilius nomen auctoris potuit obſcurari: quippe cum eiusmodi virorum ſcripta minorem apoſtolicis haberent auctoritatem, nec ſtatim reciperentur in canonem, licet pro egregiis haberentur ſcriptis & ad legendum commendarentur. Imo vel hinc ſe prodit vulgaris (a) opi-

---

(a) Hodie ſcilicet eſt vulgaris, olim non item. Negarunt enim, auctorem huius *Epiſtolae* eſſe Paulum, Irenaeus Hippolytus, Origenes, Hieronymus, Auguſtinus. Antiquiores etiam repurgatae Eccleſiae Theologi ita ſenſerunt. Ipſe Lutherus *Comment. in Geneſin f. 309. 310. 311. & 314.* alium, quam Paulum, agnoſcit ſcriptorem huius Epiſtolae. Caluinus *Inſtit. relig. Chriſt. lib. I. cap. 16. §. 4.* a Paulo diſcernit

opinionis origo. Quemadmodum enim ſequenti tempore multa ſcripta *ἀνώνυμα*, quae bonae frugis videbantur, magno cuipiam doctori eccleſiae tributa ſunt, adeo vt haec credulitas immenſo ferme labore Criticis conſtiterit, ſic, cum illa ad Hebraeos epiſtola parente orba eſſet, nec tamen magno ac diuino quopiam viro videretur indigna, *Paulo*, tot aliis epiſtolis celebri apoſtolo, eam ſupponere non dubitarunt permulti, diſſentientibus licet aliis non indoctioribus. Sed nec illud animadverſione eſt indignum, quod *Timotheus*, cuius tanto flagrabat amore apoſtolus, nunquam vt eum nominarit, niſi adiecto encomio, in epiſtola ad Hebraeos (a) cum ſimplici *ἀδελφοῦ* cognomento commemoratur: vt hinc quoque colligere in procliui ſit, alium quemvis, quam *Paulum*, eam ſcripſiſſe. Vt vel tria verba adiungam de priſcis doctoribus, obſeruaui, nec praetereundum puto, *Cyprianum* in toto ſuorum ſcriptorum corpore, in quo tam multa vtriusque foederis dicta acer-

---

nit clare auctorem *Epiſtolae ad Hebraeos*: id quod & Hunnius facit in *Anti-Pareo altero p. 36.* itemque Chemnitius *Exam. Conc Trid. P. 1. L. 1. ſect. 4. §. 3.* Etiam in *Epiſtolis* ſuis Caluinus, editionis Geneuenſis anni *1576. p. 336: Summam doctrinae Beſtrae*, inquit, *quae in Confeſſione Beſtra habetur, libenter probamus. Tantum Bellemus*, Epiſtolam ad Hebraeos *non adſcribi Paulo, cum firmis argumentis perſuaſi ſimus alium eſſe auctorem.* Nec Muſaeus audet Paulo eam tribuere in *Praef.* operis ſui *de conuerſione p. 82.* Georgio autem Calixto in *Epitome Theologiae p. 52.* etiam *terrarium* videtur, *Paulo indubitate adſcribere hanc Epiſtolam.*

(a) *Cap. XIII. B. 23.*

aceruatim profert, ne vnicum quidem ex illa ad Hebraeos epiſtola produxiſſe. Quid? quod aperte indicauit, ſe, ac haud dubie aeuo illo complures, illam non tribuere *Paulo*, cum alicubi (a) dicit, *Paulum* SEPTEM *eccleſiis ſcripſiſſe*. Vbi cum intelligendae ſint Romanorum, Corinthiorum, Galatarum, Epheſiorum, Coloſſenſium, ac Theſſalonicenſium eccleſiae, Hebraeorum profecto eccleſiam, ad quam *Paulus* litteras dederit, manifeſto excludit.

XVII.

SEXTVM *criterium* dabit *Affectus*. Qui enim acerrimos ambitionis ſtimulos ſentiunt, iis, & aliud placet ſcriptionis argumentum, & alius tractandi modus, & ſcribendi genus aliud, atque iis, qui voluptatis, vel opum maiori cura exercentur. Recte *Morhofius* (b) in *Polyhiſtore*: *Vt ipſe animus moratus eſt, ita vel ἤθη paſſim elucent, vel ſententiae, aut affectus vehementiores.* Excellentiſſimi poëtae inter Romanos fuere *Virgilius Naſo*: ſed naſo careat neceſſe eſt, ſi quis carmen aliquod, a Virgilio compoſitum, Ouidianum eſſe ſibi perſuaderi patiatur. Sed non eſt hic locus de eo argumento diſputandi vberius. Illud ὡς ἐν παρόδῳ obſeruo ex *Morhofio*, (c) fuiſſe, qui ſingulare aliquod diui-

(a) *lib. I. teſtim. adu. Iudaeos cap. 20. & lib. de exhort. martyr. cap. XI. p. 179:* vbi ineptam annotationem adiecit Io. Fellus.

Ac eundem in modum Hieronymus *Catal. Script eccl. cap. 5: Scripſit Paulus nouem ad ſeptem Eccleſias epiſtolas.*

(b) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 23. p. 284.*

(c) *loc. cit.*

diuinationis epiſtolaris genus commenti ſint, tum ex ipſo charactere ſermonis, tum literarum: quod argumentum ſingulari libro tractaſſe *Camillum Baldum*, ibidem *Morhofius* commemorat. Saepe etiam certus quidam affectus temporarius auctorem prodere poteſt. Equidem *Languetum* eſſe auctorem *Vindiciarum contra tyrannos*, eo lubentius credo, quod eum affectum, qui praefatione teſte eum ad ſcribendum excitauit, vbique etiam ſpirent *Langueti* ad *Camerarios* epiſtolae. Vti enim dictus liber in praefatione ſcriptus eſſe dicitur in Gallorum gratiam, quorum reſp. grauibus diſſidiis tum lacerabatur; ita in laudatis epiſtolis *Languetus* saepiſſime idque maiorem in modum de miſerrimo patriae ſuae ſtatu conqueritur.

XIIX.

SEPTIMVM veri auctoris *criterium* eſſe poteſt ipſum libri *argumentum*, quod prodit ſtudia, in quibus auctor maxime verſatus eſt. Quemadmodum enim liber nullius pretii inſcite tribuitur homini, magna doctrina praedito; ita *ſi quis liber egregius exit in publicum, magna veri ſpecie illi tribuitur, quo melius nemo id argumentum tractare potuiſſe videtur.* Hinc Ouidius putabat, ſua carmina facile noſci, etiamſi non ſit praefixum nomen ſuum: quippe cum eo tempore nullus poëtarum ita excelleret in genere elegiaco. Sic enim ſcribit *e Ponto IV*, *13.3*:

Vnde ſaluteris, color hic tibi proximus index
Et ſtructura mei carminis eſſe poteſt-
Non quia mirifica eſt, ſed quod non publica certe.

Qua-

Qualis enim cunque eſt, non latet, eſſe meam.

Statim *v.* 7. etiam ad Carum ſcribit, eius ſcripta facile agnoſci e ſummo ingenio, quod ibi ſe prodat. En ipſa verba:

Ipſe quoque vt chartae titulum de fronte reuellas,
Quod ſit opus, videor dicere poſſe, tuum.
Quamlibet in multis poſitus noſcere libellis,
Perque obſeruatas inuenire notas.
Produnt auctorem vires, quas Hercule dignas
Nouimus.

Conringius haud pauca quondam vel ἀνωνύμως vel fictis ſub titulis emiſit: ſed facile ex hoc ipſo agnitus eſt, quod nemo praeter ipſum par crederetur eiusmodi libris, tam ſolide docteque elaborandis. Rectiſſime igitur iudicauit Baro *Boineburgius* in epiſtola MSta ad *Prueſchenckium*, data de *Conringii Aſſertione Iuris Moguntini in Regibus coronandis*, facile auctorem agnitum iri, ſi vel maxime eius nomen libro ſubtrahatur. *Notore*, inquit, *is non habet multum opus: nam ratio eius, qua pollet in ſcribendo, eximiae facultatis facile efficit, eius quoque nomen peritis inclareſcere.* Recte quoque *Gisbertus Voëtius in Diſquiſitione de Auctore Vindiciarum contra tyrannos*, (a) hoc argumento negat, *Bezam* auctorem eſſe. *Praeter iuris Romani*, inquit, *& ICtorum citationes, allegantur hiſtoriae, iura, ſtatuta, & mores politiarum quarumcunque ſpecialium in Europa, quae a nemine proficiſci potuerunt, niſi cui per peregrinationes, mul-*

(a) *pag.* 17.

multorum politicorum familiaritates, aſſiduas ſcriptiones communicatorias, proprias inſuper negotiationes ac pragmatias, arcana rerump. & aularum perſpecta erant. Talem vero fuiſſe Languetum, & elogia praeſtantiſſimorum virorum, & quae proſtant epiſtolae ipſius ad Sidneium & Camerarium, abunde teſtari poſſunt: Bezae autem agrum hic non fuiſſe, vita ipſius & ſcripta euincunt.

XIX.

OCTAVVM *criterium* praebet *ſcriptura.* Facile enim typorum nitor & elegantia lectori perſuadet, libros Amſtelodami eſſe editos, licet in titulo *Colonia Agrippinae* indicetur. Vide infra dicenda de ſcriptis *Erythraei.* Sic Lipſiae multi eximiique libri editi ſunt, qui Coloniam in titulo mentiuntur: quod nemo credit, qui didicit, *quid diſtent aera lupinis.* Cum plagulae illae Gallicae, §. XV. memoratae, lucem adſpicerent publicam, ipſa quoque ſcriptura prodebat auctorem: cum Helmſtadienſium typographorum literae ab aliarum omnium vrbium typis facillime dignoſci queant. Pari modo deprehendi, *Harmoniae Euangelicae Io. Clerici* editionem in Germania factam, quam titulus mentitur *Lugduni apud Petrum Martea* procuratam, typis Kohleſianis exſcriptam eſſe Altdorfi Noricorum. Vt primum enim mihi haec ſuſpicio in mentem venit, ipſam ſcripturam cum Altdorfini illius typographi literis comparaui, ac recte me diuinaſſe ſtatim factus ſum certior. Ob oculos enim mihi ponens *D. Io. Mich. Langii* diſſertationem *de profectibus Chriſti adoleſcentis,* & *Doct. Chriſtoph. Sontagii* Diſſertation. *de vera fidei forma,* A. 1699.

A. 1699. typis Kohleſianis expreſſas protinus vidi, literarum & Graecarum & Latinarum & Hebraicarum formas exactiſſime conuenire, imo & figuras, quas typographi initio & fine ſcripti apponere ſolent ornamenti cauſa. Vnde falſo traditur in *Fabricii Bibliothecae Graecae lib IV. cap. 5. §. 20. p. 216.* & in *Iacobi le Long. Bibliotheca ſacra* cap. XIV. p. 382. editionis *Boernerianae*, illam *Clerici Harmoniam*, cui Lugduni nomen praeſcriptum, Francofurti exſcriptam eſſe. Sed de hac illius *Harmoniae* editione infra §. XXIV. iterum locus erit dicendi. Referas huc non immerito orthographiam. Cum enim alii ab aliis in ſcribendi ratione diſſentiant, hoc ipſum ſaepius locum facit coniecturae. Idque ipſum in MSS. libris valet, vbi alio ſaeculo aliam ſcribendi rationem ſeruatam fuiſſe, *Mabillonius* docet in *Arte diplomatica*, Clariſſ. *Struuius* in Diſſertatione (a) de *Criteriis MSStorum*, aliique.

XX.

Vt de typorum diuerſitate nonnulla addam, meminit *Q. Sectanus* in *Satyris* ſuis, (b) Romae quendam paucis abhinc annis libro ſuo, Romae impreſſo, praeſcripſiſſe Amſtelodamum, hoc conſilio, vt famae pretium ſibi augeret. Sed Satyricus iſte (c) hunc in modum eius impoſturam detegit:

Illum mendacem gracilis membrana fatetur,
Et certae vernaeque notae.

D Quibus

(a) *In Actis lit. T. I. p. 20. ſq.*
(b) *pag. 235.*
(c) *pag. 238.*

Digitized by Google

Quibus verbis haec ſubiecta eſt annotatio: *Argumentum hoc eſt ad probandam fraudem nouae peregrinaeque editionis, deſumtum ex ipſa papyri (a) qualitate, quia Hollandica charta ſolidior albiorque eſt, quam ea, qua Romani vtuntur.* Veruntamen nec ipſe ille *Sectanus* dubitauit, eandem imitari fraudem: quam dum detegere inſtituo, ſimul placet libri illius, apud nos rariſſimi, & ab amico quodam mecum communicati, deſcriptionem adiungere. Titulus libri primi (nam poſteriorem librum, quem tamen pariter editum eſſe cognoui, nondum vidi,) hic eſt: *Q. Sectani Satyrae. Editio nouiſſima, cum notis Anonymi, concinnante P. Antoniano. Liber primus. Amſtelodami apud Elſeuirios, M. DCC.* in 4. Alph. 1. pl. 21. Complectitur hoc volumen ſatyras quinque, elegantiſſime ſcriptas, & plane ad filum ſatyricorum inter veteres probatiſſimorum. Perſtringitur autem in his Satyris *Philodemus* aliquis, (quod & ipſum eſt nomen fictum,) qui Romae fuerat in *Societate Arcadum*, ſed poſtea *Moliniſmum* amplexus, eruditae illius Societatis inſtitutum damnaverat. Contra illum idcirco defenditur Arcadum Societas, ſimulque multa afferuntur illius illuſtriorem

(a) Huc pertinet illud Cypriani, *Epiſt. IX. p. 19.* (editionis Bremenſis) ita ſcribentis ad Romanos Presbyteros & Diaconos: *Quoniam me in iisdem literis & ſcriptura, & ſenſus, & chartae ipſae quoque, mouerunt, ne quid ex vero vel ſubtractum ſit, vel immutatum; eandem ad vos epiſtolam authenticam remiſi, vt recognoſcatis, an ipſa ſit, quam Clementio hypodiacono perferendam dediſtis.* Quem locum illuſtrat DOTELLVS *Diſſ. Cypr. II.*

rem reddentia notitiam. Adeoque hinc patet, Satyricum iſtum Arcadicae Societatis eſſe membrum haud ſane poſtremum. Eadem occaſione Moliniſmus diffuſe deſcribitur, maxime in copioſiſſimis iisdemque doctiſſimis annotationibus: ita tamen, vt vera falſis mixta eſſe dubitari non poſſit. Ceterum *Sectanus* ipſe eſt Pſeudonymus, ac, vt in praefatione dicitur, plane ignotus eſt verus auctor, licet ſatyrae illius iamdudum Romae ſeorſim fuerint editae & a doctiſſimo quoque collaudatae. In illa autem praefatione, aeque vt in titulo, omni arte ſimulatur, librum eſſe in vrbe Amſtelodamenſi excuſum, multaque afferuntur, id vt lectori perſuadeatur. Quid? quod praefationi ſubiuncta ſunt carmina *Iac. Gronouii* & *Io. Georgii Graeuii*, quorum hi auctores nequaquam ſunt; Doctam enim hanc eſſe ludificationem primum probatur ipſis illis verſibus, antea allatis. Auctor enim ſuo ſe iugulat gladio, dum eadem indicia, quibus alterius cuiusdam φιλεδόξε fraudem detegit, ipſum quoque ſimulatorem hactenus eſſe, ſatis euincunt. Neque enim charta, neque typi Amſtelodamum ſapiunt: &, niſi fallor, nec amplius *Elſeuirii* blibliopolae iam in Hollandia florent. Vnde quisque, librum illum accurate inſpiciens, alieni ſoli foetum hunc eſſe, ſine dubitatione affirmabit. Quod autem in ipſa vrbe Romana typis exſcriptus ſit ille liber, dignus certe, qui in aliis regionibus denuo publicetur, confirmauit mihi amicus ante laudatus, quippe cui donatae ſunt Satyrae illae ab alio, qui Roma eas acceperat.

XXI.

Non poſſum mihi temperare, quin lectoris in gratiam ex opipara illa Satyrici menſa nonnihil auferam, ipſique deguſtandum praebeam. Certe confido, exiguum iſtud ſaliuam docto lectori moturum eſſe. Excerpam itaque ſtatim ex prima ſatyra verba illa, quae proferentem induxit atheum quempiam: idque eo lubentius facio, vt arma conſpiciantur, quibus ſtupidiſſima illa impiorum natio pro ſtultitia ſua propugnat. Neque enim in eorum ſum haereſi, qui talia exiſtimant ſilentio premenda, ſed iis ſubſcribo, qui non verentur, ne vllae praeſtigiae tam illuſtrem & expoſitam veritatem eludant. *Vtinam*, inquam, cum (*a*) *Morhofio*, de libris atheorum loquente, *eius farinae libri exſtarent, & legi ab omnibus poſſent! Certus ſum, ex ipſis tela, quibus eorum calumnia iuguletur, nos depromturos.* *Eo enim robore*, (ita pergo cum alio Polyhiſtore, (*b*) *eo pondere firmiſſimorum argumentorum, religionis noſtrae veritas ſubnixa eſt, vt nihil ſit, cur vllas quamuis ſpecioſas cauillationes metuamus.* Audiamus igitur Satyricum noſtrum, cuius ore haec (*c*) profert atheus:

Maxima pars hominum pallet formidine Diuum,
Dum templa & ſacras iaculantur fulmine turres,
Nec pudet ante aras, delubraque ſurda paciſci
Mille animam votis, tuti velut otia coeli

Solli-

(*a*) *Polyhiſt. litt. lib. I. cap. 8. p. 71.*

(*b*) *Conring. Dedicat. Machiauelli Principi praemiſſa p. 21.*

(*c*) *Sat. I. 5, 45. ſqq.*

Sollicitent caſus noſtraeque pericula vitae.
Hos ego tantum non pecudes ratione carentes
Expungo Sapientum albo, quos vana coërcet
Relligio, coecaque ſuperſtitione laborant.
Num ſanus fuit ille, Ioui qui feruida primus
Tela dedit, flammamque ſacram, noſtrisque minacem
Frontibus impoſuit dextram, mentemque ſeueram.
Quaelibet humani ſcrutantem crimina cordis?
Haut equidem credo: ſed rerum inſcitia torſit
Principio mortale genus, gelidoque medullas
Terrore impleuit. Noſtra eſt dementia Coelum,
Noſtraque de coelo fecit formido Tonantem.
Ima quod aſſultent telluris, quod mare Cauro.
Frendat, & obſtantes rumpant vaga fulmina nubes,
Si bene quis nouit cauſas, rerumque figuras,
Deſinit vlterius mirari; nec trabe fracta
Naufragus extremis rediens mercator ab Indis
Diuorum caligas votiuo perlinet auro.
Quid faciunt pictis phana incruſtata pudendis,
Luxatique artus, atque vbera pendula muro?
Scilicet aut nullus DEVS eſt, aut immemor vsque,
Quicquid agant homines, tutusque idemque beatus
Ambroſiae latices & longa obliuia potat,
Nec noſtro aut fletu, noſtrisque doloribus vnquam

Flectitur. At clamant Salii: Veh! Numina laedis!
Si tibi forte placet laribus vicina puella,
Seu puer intonſus, ſeu vis non publica formae
Molle iecur fixit. Nempe alium foedat olenti
Rana polum vrina, cimexque elephanta momordit

Hactenus ſub athei perſona perſonatus ille *Sectanus*, qui, quo magis imperite philoſophatur atheus, eo manifeſtiorem facit Satyrae ſuae elegantiam. Sed redeundum mihi in viam eſt.

XXII.

NONVM *criterium* veri auctoris petitur a *libri defenſione. Canon* igitur *nonus* hic eſto: *Si quis ſub proprio nomine incerti auctoris librum, vel certi auctoris ſententiam diſſimulato nomine ſtrenue defendit, is videtur ſuam rem agere, adeoque verus anonymi, vel pſeudonymi libri auctor eſſe.* Hoc indicio iam olim ſapientiſſimus ille rex Hebraeorum (a) feliciter deprehendit, vtra eſſet vera infantis, de quo litigabatur, mater. Nam ea vtique non poterat non prolis ſuae mortem abhorrere, eiusque ſaluti quauis conditione conſulere. Sunt autem libri ingeniorum foetus, ſciteque *Ariſtoteles* parentes librorumque ſcriptores coniungit, & vtrosque pari operum ſuorum amore teneri ait. Πάντες, inquit, (b) ἀγαπῶσι μᾶλλον τὰ ἑαυτῶν ἔργα, ὥσπερ οἱ γονεῖς καὶ οἱ ποιηταί. Ita *Pufendorfius* ſe prodebat, cum aduerſus quosuis in *Monzam*.

(a) 1. *Reg. III. 16. ſqq.*
(b) *lib. IV. Ethic. Nicom. cap. 1.*

zambanum inſurgentes calamum ſtringeret, & doctrinas perſonati illius Itali acerrimo tueretur ſtudio. Nemini enim credibile videri poterat, eum in ignoti Itali gratiam tantum laboris totque clariſſimorum virorum inimicitias ſuſcipere. Scilicet, vt Ouidius *e Ponto IV. 1. 28.* ait, *quod finxit, quisque tuetur opus.* Eodem modo cum in priori parte *Parrhaſianorum* compareret ſtudioſe & ſtrenue ſuſcepta defenſio *Ioannis Clerici* contra quosuis, quantumcunque is ſe occultare ſtuduit, latere non potuit. Quis enim tam acriter contenderet pro *Clerico*, niſi *Clericus?* Atque hactenus diſſimilis eſt ratio parentum & ſcriptorum, qui foetus ſuos exponunt. Illi enim omnem ſimul curam & amorem cum liberis abiiciunt: hi contra tenerrimum amorem conſeruant, & quamlibet iniuriam, illis illatam, grauiſſime vlciſcuntur.

XXIII.

DECIMVM *criterium* dat *recenſio*, vel etiam *allegatio libri.* Qui enim de libris iudicium ferre inſtituit, adeoque eos, quos in medium affert, vel laude, vel cenſura proſequitur, is hunc morem ſuis in libris recenſendis ſequi non poteſt. Quippe ſemet ipſum laudare, inepti; ſibi contradicere, plane ſtulti eſt. Vnde *ſi nec laudat auctorem, nec ab eo vnquam diſſentit, ſatis manifeſtum eſt, a quo liber profectus ſit.* Porro qui occaſione ita ferente, ſuum *ἀνωνύμως* editum librum allegat, ſaepe praeter opinionem lectori ſuſpicionem de ſe iniicit. Exemplo ſit *Io. Clericus*, quem auctorem eſſe libelli A. 1696. hoc titulo emiſſi: *Reflexions*

Digitized by Google

ſur le bonheur & ſur le malheur en matiere de Loteries; coniiciebam ex lectione ipſius *Bibliothecae ſelectae*, vbi (a) iſthunc libellum eodem modo allegat, quo ſuos ipſius libros alios allegare ibidem conſueuit. Nec me feſellit opinio. Nam verum ſe auctorem eſſe, ipſe fatetur in (b) *Parrhaſianis*, & *Biblioth. ſelectae T. XX. p. 314.* itemque in *Vita ſua p. 86.* Eſſe autem eum etiam *Parrhaſianorum* auctorem, etſi iam alio criterio (c) manifeſtum feci, tamen ex ipſo etiam *Clerico* cognoſci poteſt. Citat enim *Parrhaſii* illos libros tanquam ſuos *Tomo I.* (d) & V. (e) *Bibliothecae ſelectae.* Imo *Tomo II. Parrhaſianorum* citans *Artem Criticam (f)* & *Bibliothecam vniuerſalem (g)* non obſcure indicat, horum librorum auctorem *Parrhaſiana* quoque conſcripſiſſe. Denique, quo minus id neſciatur, in fine tomi ſecundi *Parrhaſianorum* exhibetur catalogus librorum, Amſtelodami apud *Henricum Schelte* venalium, in quo *Parrhaſiana* diſerte *Clerico* tribuuntur. Eſt autem idem bibliopola, cuius ſumtibus *Parrhaſiana* primum prodierunt, & quidem tomus prior A. 1699. poſterior A. 1701. Quid? quod *Clericus* tomo VII. *Bibliothecae ſelectae* (a) diſerte fatetur, ſe auctorem eſſe *Parrhaſianorum* vbi & *Parrha-*

(a) *Tomo I. p. 170.* (b) *T. I. iuxta finem p. 443.* Errat igitur Baelius, *Diction.* voc. *Timoleon p. 2891. lit. f.* auctorem huius libri (quem valde laudat *p. 2888.* editionis ſecundae,) vocans *La Fontaine.* (c) *§. 22.* (d) *p. 156.* (e) *p. 27.* (f) *pag. 50.* (g) *p. 138.* (h) *p. 330. Addatur T. VIII. p. 192.*

rhaſiana defendit aduerſus *Baelium*. Pariter *Ioannis Phereponi Animaduerſiones in Opera Auguſtini* auctorem habere (*a*) eundem *Clericum*, patet ex ipſa iſtius libri recenſione tomo I. (*b*) *Bibliothecae ſelectae*, nec non ex tomo V. vbi (c) notas illas *Phereponi* tanquam ſuas adducit. Eundem latere ſub nomine *Theodori Goralli*, (d) qui Amſtelodami A. 1703. *Elegias III. C. Pedonis Albinouani & Fragmenta Druſi germanici* edidit, ex *Clerici* ipſius recenſione fit manifeſtum, quae habetur Tomo I. *Bibliothecae ſelectae*, artic. IV. p. 139. & ſequentibus it. in arte critica vol. I. p. 55. Neque enim in recenſione illa ſuas ſubinde notas & cenſuras interſpergit: quod tamen in aliis recenſendis diligenter ſolet facere. Praeterea ex ipſa lectione illius recenſionis facile patet, *Clericum* eſſe auctorem, cum *Goralli* hypotheſes criticae cum *Clericianis* vbique conſentiant & amice conſpirent. Etiam illud indicio eſt, quod in praefatione *Clerici Ars Critica* aduerſus *Perizonium* ſtrenue defenditur. Ex quo argumento *Clericum* etiam auctorem agnouit *Fabricius* in *Bibliotheca Latina*. (e) Nec proinde dubitandi cauſa eſt, quin idem *Clericus* editor ſit *Aetnae P. Cornelii Seueri* Amſtelodami A. 1703. ſub *Goralli* nomine publicatae; quod carmen recenſet *Clericus Bibliothecae ſelectae* tomo (f) primo. Eundem in Gallicum ſermo-

D 5 nem

(*a*) *quod & indicatur in Nouis litter. Hamburg. Anno 1708. p. 42.* (*b*) *p. 399. ſqq.* (*c*) *p. 344.* (*d*) *quod & docent Acta Erud. Lipſ. lat. b. 1704. p. 217.* (*e*) *lib. III. cap. 17. p. 441.* (f) *p. 201. ſqq.*

nem conuertiſſe librum Anglicanum, *Quod religio Chriſtiana ſit maxime rationalis*, editum A. 1695. cuius auctor *Io. Lockius* indicatur a *Clerico* eiusdem *Bibliothecae* tomo (a) ſexto, mihi valde probabile eſt. Nam dum illam verſionem recenſet, (b) nullam plane cenſuram huius interpretis addit, quod tamen alias ipſi ſolenne eſt: & cum interpres Gallus libertate tanta ſit vſus, vt alteram illius tractatus partem non ad verbum transtulerit, ſed pro ſuo iudicio compendifecerit, etiam hoc ſine cenſura transmittit *Clericus*. Porro nec laudat interpretem, nec reprehendit vsquam: id quod eſt eius, qui ſuum ipſius opus recenſet. Accedit, quod *Clericus* magnus ſemper & amicus & admirator *Lockii* fuit. Nec hoc praetermittendum arbitror, quod *Clericus* recenſionem Gallicae illius verſionis mediam poſuit inter duos libros, a ſe cum nomine ſuo editos, quos ibidem recenſuit. Antea enim recenſet *Verſionem ſuam Gallicam Noui Teſtamenti*, poſtea (interiecto nimirum libro *de religione rationali*,) *Sanſonii Geographiam ſacram*, ab ſe editam. Etiam idem bibliopola, cuius ſumtibus prodit *le Bibliotheque choiſie*, nempe *Henricus Schelte*, curauit imprimendam Gallicam illam, de qua loquor, verſionem, vt ex titulo apparet. Nec obſtat, quod tam tenuis labor tanto viro videatur indignus, cum longe grauiorem induſtriam in vertendis *Hammondi* ad *Nouum Teſtamentum* annota-

(a) p. 388.
(b) T. II. Biblioth. ſel. pag. 284. ſqq.

tationibus impenderit. Accedit, quod ipſe *Clericus* (a) fateatur, ſe non vnius Angli ſcripta vertiſſe in linguas notiores. Neque valde dubito, quin Gallicus interpres libri *Lockiani de educatione liberorum*, qui nomen ſuum texit ſub literis P. C., ſit idem *Clericus*, vt hae literae ſignificent *Profeſſorem Clericum*. Idque non admodum obſcure docetur in *Hiſtoria operum eruditorum*, quam allegauit, ſed tamen verum interpretis nomen non detexit, *Placcius* in *Pſeudonymis*. (b)

XXIV.

Haec itaque ſunt decem illa veri, ſed latentis adhuc auctoris criteria, ſupra §. X. commemorata. His duo addenda ſunt, quorum prius hic *canon* declarat: *In quemcunque ea deſcriptio, quam ipſe auctor in libro de ſe reliquit, maxime conuenit, is merito anonymi pſeudonymiue illius libri creditur eſſe conditor.* (c) Quae regula potiſſimum vſum praeſtat in illis libris, quorum auctores non ſua culpa, ſed temporis vitio latent, vel aliorum fraude. Qui enim conſulto nomen ſuum notitiae hominum ſubtrahit, is omnia ſtudioſe celat, ex quibus tanquam ex vngue leo queat agnoſci. Quanquam & huius generis ſcriptores ſaepe praeter opinionem aliqua ſe ex parte produnt: id quod accidit *Puſendorſio*, qui Italum mentiens Romanae-

que

(a) *Artis Crit. T. III. p. 323.* (b) *num. 2429.*

(c) dem filum ſecutus Ittigius in *Append. de haereſ. p. 469. §. 5. ſqq.* probauit, ſub *Artemi* nomine latere Hieronymum. Ac ipſe ego in *Supplem. Act. Erud. T. V. p. 305. ſq.* haq via detexi, *Baſilii* ſub nomine apud Chryſoſtomum latere *Euagrium* epiſcopum.

Digitized by Google

que addictum religioni, ita tamen toto in libro de religione diſſeruit, nemo vt eſſe poſſet tam expers rationis, quin, a Lutherano quopiam illum librum confectum eſſe, perſuaſiſſimum haberet. Haec ſecutus veſtigia in praeſenti detegam auctorem illum anonymum *diſſertationis Hiſtorico-Theologicae de potioribus ſcriptoribus Harmoniarum Euangelicarum*, quae praemiſſa eſt *Harmoniae Euangelicae Io. Clerici*, in Germania recuſae. Quam cum primum legerem, in mentem mihi venit arguti illius *Ovveniani: (a)*

Harmonias varii ſcripſere euangeliorum:
Harmoniarum quis? Non minor iſte labor.

Eſſe autem illius *Diſſertationis* auctorem *Io. Michaëlem Langium*, eo tempore Theologiae Profeſſorem & Eccleſiaſten in vrbe Altdorfina, ex ipſa illius perlectione cognoui. Nam §. VI. *Wagenſeilium* appellat *noſtrum:* §. XXII. & §. XXXI. D. *Sontagium* & D. *Wegleiterum* vocat *Collegas ſuas:* §. XXXV. profitetur, ſe academicum pariter & eccleſiaſticum munus obire, ibidemque teſtatur, ſe illo anno publicis in Academia praelectionibus interpretatum eſſe quatuor Euangelia: ſimulque §. XXXII. fatetur, ſe illam diſſertationem contexuiſſe 1699. Accedit, quod iam ſupra §. XIX. p. 49. demonſtraui, librum illum excuſum eſſe Altdorfi typis Kohleſianis: quod & eo confirmatur, quod D. *Langius* in iſta diſſertatione §. XXXV. refert, ſemet ipſum corrigendis typothetarum mendis diligentem nauaſſe operam. Vnde rurſus conuellitur

(a) *lib. IV. epigr. 155.*

litur non neminis (vid. ſupra pag. 49.) coniectura, qui, Francofurti illam editionem adornatam eſſe, arbitratur. Multo igitur magis alii auctores, qui non ſtuduerunt latere, ſed quorum nomen alia de cauſa ignoratur, ex eiusmodi indiciis cognoſci poſſunt: quippe cum oblata quauis occaſione, quae ſaltim in maioris molis libro deeſſe vix poteſt, de ſe libere ſcribere non vereantur. Hoc criterio etiam *Baluzius* vſus eſt, cum ſuſciperet demonſtrandum, libri *de mortibus perſecutorum* auctorem eſſe *Lactantium.* Praeterquam enim quod ſtylus lacteum doctoris iſtius flumen plane referebat, etiam ex ipſo libello quaedam auctoris de ſemet ipſo teſtimonia erui poſſe videbantur. Ex quibus vnum illud eſt, quod *Donati* Confeſſoris faceret mentionem non ſine encomio: quem virum & in aliis ſuis ſcriptis eximium habuiſſe & honorifice ornaſſe deprehenditur.

XXV.

Haec ipſa vero *Lactantii* mentio alterum illud, quod ſupra innuebam, criterium iam in mentem mihi reuocat. Cauſa enim, cur *Lactantio* laudatus libellus tribuendus videatur, etiam illa fuit, quod ex *Hieronymi* (*a*) relatione conſtitit, eo de argumento diſertiſſimum illum virum ſcripſiſſe. Qua propter hunc inde informo *canonem criticum: Si certum exploratumque eſt, notum quendam virum de illo argumento ſcripſiſſe, in quo liber anonymus, vel pſeudonymus verſatur, hunc illius auctoris opus eſſe, probabile eſt.* Ingraueſcit autem

(*a*) *Catal. Script. Eccleſ. cap. 80.*

autem illa veriſimilitudo, ſi nihil adverſetur, vel ſi reliqua etiam conſentire videantur. Quo pertinet, quod loca ex libro aliquo ab aliis citata debeant inueſtigari, & cum dubio illo libro conferri. Quod ſi enim ibi deprehenduntur, res eſt confecta, niſi quid aliud obſtet. Vnde *Caroli Sigonii* fraus facile deprehenſa eſt, cum in *Conſolatione* ab ipſo edita deſiderarentur multa loca a *Lactantio* ex Ciceroniana illa Conſolatione producta. Aperiam hac occaſione ſuſpicionem meam de *Philoſophumenis* (a) illis, quae ſub *Origenis* nomine & a plerisque laudantur, & a *Gronouio* edita ſunt tomo X. *Theſauri Antiquitatum Graecarum.*

XXVI.

Certe *Origenem* eius libri auctorem haberi poſſe, a Cl. *Wolfio,* qui libellum iſtum cum doctiſſimis annotationibus ſeparatim edidit: merito aduerſus Celeb. *Gronouium* negatur, eo potiſſimum argumento, quod inter *Origenis* ſcripta ſiue edita, ſiue ἀνέκδοτα ſiue deperdita, nulla fiat illius libri mentio. (b) Alii proinde eruditi viri inſpiciendos ſibi

(a) Approbauit hanc meam ſententiam, primum in *Actis eruditorum 1710. p. 166. ſqq.* propoſitam, Gottfridus Richterus in *Obſeruationibus ſuis criticis p 78.* Contra impugnauit eam ſingulari Diſſertatione, Hamburgi 1716. edita, Io. Chriſtoph. Wolffius, eo tempore Profeſſor Gymnaſii, nunc antiſtes Eccleſiae Hamburgenſis erudititiſſimus. Non vacat nunc, quae is protulit, expendere. Quare alii conſiderent, mea an illius ſententia ſit praeferenda. Ego quidem ſi errorem meum agnoſcerem, palam eum abdicare non dubitarem.

(b) *Vid. Wolfii Praefat. §. 4*

bi putarunt deperditorum librorum titulos, eo conſilio, vt inde verum auctorem probabili coniectura aſſequerentur. Sed nemini res ex voto adhuc ſucceſſit. (a) *Huetii* enim de *Epiphanio*, & *Galei* de *Aëtio* coniectura firmis rationibus a Cl. *Wolfio* reiecta eſt. Lectori igitur artis criticae intelligenti expendendum relinquo, quantum roboris inſit meae ſententiae, qua *Didymo*, celeberrimo illi Scholae Alexandrinae Theologicae praefecto, libellum illum aſſertum eo. Id vt rite fiat, primum obſeruo, verum illius libelli titulum eſſe, *ἔλεγχος κατὰ πασῶν αἱρέσεων, Refutatio haereſium omnium.* Vti enim ipſum hoc argumentum in prooemio & concluſione huius libri perſpicue indicatur; ita & ipſe ille titulus ab ipſo auctore proponitur ſtatim *prima pagina*, editionis Wolfianae. Recte proinde *Mabillonius* in *Muſeo Italico (b)* Mstum hunc codicem occaſione Bibliothecae Laurentianae commemorans, vocat *librum contra ſectas & haereſes, ſed mutilum ab ea parte, quae refutationem continebat,* Scriptum autem eſſe illum librum cum ſequentibus, qui iam deſiderantur, contra haereticos in eccleſia Chriſtiana, non contra ſectas philoſophorum, quippe ex quibus tantum haereſium incunabula deducere auctor conatus eſt, indidem patet, nempe & ex

(a) Baltus in operis ſui *de ethnicorum philoſophia morali lib. III. cap. 2, p. 397.* cenſet, haec *Philoſophumena* auctorem habere aut *Melitonem*, aut *Apollinarium*, aut *Dionyſium Corinthium.*

(b) *T. I. P. I. p. 168.*

ex prooemio ſuperſtitis libri & ex concluſione. Porro eundem auctorem antea ſcripſiſſe breuiorem libellum *de dogmatibus haereticorum*, perſpicue ipſe indicat in prooemio pag 7. hiſce verbis: *ὧν* (Subaudi *haereticorum,)* καὶ πάλαι μετρίως τὰ ΔΟΓΜΑΤΑ ἐξεθέμεθα. Iam vero dilucide probabo, *Didymum* illum & de haereticorum ſectis copioſius, & de dogmatibus eorundem ſtrictius ſcriptis libris egiſſe.

XXVII.

Hoc primum aliorum, deinde & ipſius *Didymi* firmabo teſtimoniis. *Hieronymus*, qui aliquo tempore diſcipulus *Didymi* fuit, in *Catalogo Scriptorum eccleſiaſticorum (a)* diſerte refert, *Didymum* ſcripſiſſe librum *de Dogmatibus*. *Theodoritus* quoque (b) commeminit, *Didymum* libros *Dogmatum* edidiſſe aduerſus hoſtes veritatis. Sed audiamus ipſum *Didymum*, cuius *libros III. de Spiritu ſancto*, ab *Hieronymo* verſos, inter huius opera tomo IX. reperire licet. Hic libro II. (c) haec leguntur: *Ex quibus oſtenditur, eſſe Spiritum ſanctum creatorem, vt iam in* DOGMATVM *volumine breuiter oſtendimus. Breuiter*, inquit: plane vt in *Philoſophumenis*: (d) ΜΕΤΡΙΏΣ τὰ δόγματα ἐξεθέμεθα. Porro idem *Didymus* bis *libro primo* teſtatur, ſe copioſius & vberius ſcripſiſſe *contra ſectas*, ſiue *haereſes*. Ita enim *pag. 323. C.* ſcribit: *Quod autem ab aliis capiatur Spiritus ſanctus, & alia non capiat, & nunc & in* SECTARVM VOLVMINE, *prout potuimus, expreſſimus.* Et

(*a*) *cap. 109.* (*b*) *lib. IV. Hiſt. Eccl. cap. 29.* (*c*) *p. 332. A.* (*d*) *pag. 7.*

Et prorſus in fine eiusdem libri: *Spiritus ſanctus*, inquit, *non accipiens aliunde ſapientiam, dictus eſt Spiritus ſapientiae. Hoc enim ipſum, quod ſubſiſtit, ſpiritus ſapientiae eſt, & natura eius nihil aliud eſt, niſi ſpiritus veritatis & ſpiritus DEI: de quibus iam* ABVNDANTER *in* SECTARVM VOLVMINE *diſputauimus.* Ex quibus verbis primum id efficitur, quod ex ſilentio *Hieronymi* in *Catalogo* non poſſit argumentum duci, vt negetur, *Didymum* de ſectis, ſiue aduerſus haereticos ſcripſiſſe. Vt enim omittam, *Hieronymum* in aliorum quoque libris recenſendis interdum vnum alterumue praeteriiſſe; hoc vnum ſufficit, quod ipſe id *Didymus* fatetur, & in iis quidem libris, quos, niſi *Hieronymi* diligentia fuiſſet, non haberemus. Deinde & hoc ex ſuperioribus colligo, libros illos *Didymi* maximam partem deperditos *de Sectis* oppoſitos fuiſſe omnibus haereticis, ea tempeſtate notis, eosdemque amplos & copioſos fuiſſe, vt adeo minima eorum pars ad nos peruenerit. Quapropter & *Caſpar Barthius* (a) recte *Volumen illud Dogmaticum Didymi* ab eiusdem *contra Sectas* libris diſtinguit. Contra doctiſſimus *Dupinius* omnino in errore verſatur, cum in *Bibliotheca Auctorum eccleſiaſticorum* (b) *Didymi* librum *de Dogmatibus* cum eiusdem *de ſectis* libris manifeſto confundit. An vero ex alterutro *Didymi* libro depromta ſit ſententia illa *Pythagorae*, quam ex *Epitome Didymi* producit *Stobaeus* (c) me fateor

E igno-

(a) *Aduerſar. lib. LIV. cap.* 10.
(b) *Tomo II. p.* 223. *edit. Lat.*
(c) p. 551. *edit. Geſneri A.* 1543.

ignorare. Quod item mihi dicendum eſt de alio *Stobaei* loco, quem ex *Didymi de Sectis* opere afſert, teſtibus *Ionſio* (*a*) & *Scheffero* (*b*). Neque hunc locum in Stobaeo mihi, quanquam diligentèr inueſtiganti, inuenire licuit. Illud tamen agnoſco, maiori veriſimilitudine locos illos *Stobaei* noſtro *Didymo* tribui, quam alteri *Didymo Alexandrino* Grammatico, cuius librum περὶ Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας memorat *Clemens Alexandrinus* libro primo *Stromatum*. Hic enim, vt ex allato titulo patet, non *de Sectis* in vniuerſum ſcripſit: quod vero a noſtro *Didymo* factum eſſe, tam firmiter probatum exiſtimo, vt, qui negare id auſit, loqui contra ſolem videatur.

XXVIII.

Verum vt pergam in afferendis iis, quae faciunt ad vulgata illa a *Gronouio* & *Wolfio* φιλοσοφούμενα *Didymo* vindicanda, ipſe hic libellus non contemnenda ſuppeditat indicia. Primum enim magna ex eo libro elucet hiſtoriae philoſophicae peritia. Atqui *Didymum* eius fuiſſe in primis gnarum, *Sozomenus* teſtatur, *Didymum* ſcribens (*c*) *philoſophorum opiniones accurate percalluiſſe*. Quem ſequitur *Nicephorus*, haec tradens (*d*) de *Didymo*: Ἐπὶ τόσον τὰς διαφόρους δόξας τῶν φιλοσόφων ἠκρίβωσεν, ὡς ἄλλο μηδὲν εἰδέναι δοκεῖν. Deinde multa ex *Didymi de Spiritu Sancto* libris ita conſona ſunt quibusdam locis horum φιλοσοφουμένων nihil

(*a*) *de Scriptor. Hiſt. philoſ. lib. III. cap. 2. p. 221.*
(*b*) *de Philoſ. Ital. cap. I. p. 3. & cap. VI. p. 38.*
(*c*) *lib. III. Hiſt. Eccleſ. cap. 14.*
(*d*) *Hiſt. lib. IX. cap. 17.*

nihil vt dubitem, vtraque ab eodem auctore profecta eſſe. En duo exempla! *Didymus* libro I. *de Spiritu ſancto* ab initio: *Quoniam*, inquit, *quidam temeritate potius, quam recta via etiam in ſuperna eriguntur, & haec de Spiritu Sancto iactitant quae neque in Scripturis lecta, neque a quoquam eccleſiaſticorum veterum vſurpata ſunt*, cetera. Iam vide ἀδελφὰ τούτοις in prooemio (*a*) τῶν Φιλοσοφουμένων: *Haec auſi ſunt* (haeretici) *nihil eorum adepti ex ſanctis ſcripturis, neque alicuius viri ſancti dogmata ſequentes.* Verba Graeca haec ſunt: Μηδὲν ἐξ ἁγίων γραφῶν λαβόντες ταῦτα ἐπεχείρησαν, ἢ τινὸς ἁγίου διαδοχὴν φυλάξαντες ἐπὶ ταῦτα ὥρμησαν. Rurſus *Didymus* libro II. *de Spiritu ſancto* (*b*): *Satis haec abundeque iuxta ingenii noſtri paupertatem de praeſenti Euangelii capitulo dixiſſe ſufficiat. Si quibus autem Dominus reuelauerit, & in viciniam veritatis adducti ſunt, magisque poſſunt cernere veritatem, diſputationi illorum concedamus meliora, quibus ille ſuffragatur, qui eſt Spiritus veritatis, & petimus eos, qui lecturi ſunt, vt ignoſcant imperitiae, ſtudioque dent veniam, cupienti totum DEO offerre, quod potuit, licet ſuam non quiuerit implere voluntatem.* Non longe ab his recedunt, quae in prooemio τῶν Φιλοσοφουμένων (*c*) leguntur his verbis, ex Latina verſione breuitatis ſtudio adductis: *Sed neque vniuerſis animi & corporis viribus laborantes de-*

 fetis-

(*a*) *p.* 16. & 17.
(*b*) *p.* 333.
(*c*) *p.* 14.

Digitized by Google

ſetiscimus, dignam digne DEI beneficio gratiam referre conantes: nec tamen ſic aequa vice compenſantes, niſi quod neutiquam in iis remittamus, quae nobis ſunt credita, ſed exſequamur cuiusque temporis officia, & quaecunque ſuppeditat ſanctus Spiritus, ea ſine liuore cum omnibus communicantes.

XXIX.

Iactis hiſce ſententiae meae fundamentis refellam, quae opponi videntur poſſe. Praeter ſilentium *Hieronymi*, quod quo minus mihi fraudi eſſet, iam antea proſpexi, illud contra ſententiam meam poteſt afferri, quod auctor τῶν Φιλοσοφουμένων in prooemio (a) ἀρχιερατείαν ſibi tribuit, quam vocem eccleſiaſtici ſcriptores Graeci ad deſignandam dignitatem *epiſcopi* ſolent adhibere. Hoc idem vocabulum & *Huetio* in *Origenianis*, atque Cl. *Wolfio* in praefatione ſua (b) obſtare viſum eſt, quo minus is, de quo loquor, libellus *Origeni* tribui poſſit: quippe cum *Origenes* epiſcopi gradum nunquam ſit conſecutus. Quae ratio ſi firma eſt, ego quoque fruſtra ſim neceſſe eſt, qui *Didymo* eum librum vindicare aggrediar, nec ipſi vnquam ad illud in eccleſia faſtigium euecto. Sed ſalua res eſt, & ipſo illo ex loco reſponſionem depromam, quae lectori non nimis pertinaci poſſit ſatisfacere. Id vt rectius fiat, ipſa illa verba ex pag. 13. & 14. τῶν Φιλοσοφουμένων apponenda duco, quae ita fluunt: *Nec ea refellet alius, quam ---- Spiritus ſanctus, quem priores adepti apoſtoli eundem recta fide praeditis impertiuere:*

(a) *p. 14.*
(b) *§. III. & IV.*

uere: ὧν ἡμεῖς διάδοχοι τυγχάνοντες τῆς τε αὐτῆς χάριτος μετέχοντες ἀρχιερατείας τε καὶ διδασκαλίας, καὶ φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας λελογισμένοι, id eſt, *quorum nos ſucceſſores facti, conſecuti eandem gratiam cum archiſacerdotii tum doctrinae atque cuſtodes eccleſiae habiti*, cetera. Ex his verbis liquet, eiusmodi ἀρχιερατείαν intelligi, quali gauiſi ſunt apoſtoli. Vnde dicitur τῆς αὐτῆς, *eiusdem* ἀρχιερατείας. Iam vero apoſtolorum ἀρχιερατεία non conſiſtebat in dignitate epiſcopali, quae nec primo illi ſaeculo nota fuit, nec ab apoſtolis geri poterat, ſed in munere docendi. Vnde ſtatim, ne obſcuritati forte locus eſſet, ipſe auctor ſuorum ſe verborum interpretem praebet; cum ἀρχιερατείαν illam exponit per διδασκαλίαν. Ac ſane doctores Chriſtianiſmi non inconcinne vocari poſſunt ἀρχιερεῖς. Cum enim ſtylo ſcripturae ſacrae omnes Chriſtiani ſint ἱερεῖς, vt conſtat ex prioris Petrinae epiſtolae *cap. II. 9.* & *Apocal. V.* 10. & XX. *6.* merito doctores eorum ἀρχιερεῖς appellari queunt. Quid? quod diſerte teſtatur *Theodoretus* in *Dialogis*; (*a*) omnes eccleſiae miniſtros olim certa ratione ἀρχιερέας appellatos eſſe. *Origenem* autem ac *Didymum* illud nominis potiori iure mereri, non eſt, quod dubites, cum vterque ſcholae Eccleſiaſticae doctor fuerit Alexandriae: id quod de poſteriori conſtat ex *Ruffino* (*b*) & *Sozomeno* (*c*). Quali profecto qui funguntur munere, nihil obſtat, quo minus & Φρου-

(*a*) *p. 16.*
(*b*) *Hiſt. Eccl. lib. II. cap. 7.*
(*c*) *lib. III. Hiſt. Eccl. cap. 14.*

φρουροὶ τῆς Ἐκκλησίας habeantur dicanturque: quem in modum *Cicero (a) C. Marium cuſtodem ciuitatis*, & conſules tribunosque plebis *cuſtodes reipublicae* vocavit. Praeterea etiam doctiſſimus vir, *Io. Caſpar Suicerus*, (*b*) docet, certo ſenſu omnes Chriſtianos a Patribus eccleſiae vocatos eſſe ἱερέας & ἀρχιερέας. Memini hic, me aliquando audire quendam Theologiae Profeſſorem, Graeco cuidam, quis eſſet, roganti ita reſpondentem: Ἐγώ εἰμι ὁ ἀρχιδιδάσκαλος τῆς Θεολογίας.

XXX

Reliquum eſt, vt diſpiciam, quae fuerit occaſio hunc librum tribuendi *Origeni*. Celeberrimus ille *Gronouius* videtur quadam ſtyli συμφωνία adductus eſſe, vt crederet, libellum iſtum ab *Origene* profectum eſſe. Vnde multas huius libri voces phraſesque cum Origenianis contendit. Sed vt taceam, Cl. *Wolfium* (*c*) perſpicue oſtendiſſe, illam ſtyli ſimilitudinem eſſe eiusmodi, vt eodem argumento cuiuis veterum Graecorum ille liber tribuit poſſit; illud animaduerti velim non eſſe mirandum, ſi vel maxime oratio propius accedat ad formam dictionis Origenianae. *Origenis* enim tantus cultor fuit, *Hieronymo* teſte, *Didymus*, vt vel errores ipſius amplexatus ſit: quod *Didymus* commentatus eſt in *Origenis* libros *de Principiis*, eosdemque ſtrenue contra *Origenis* aduerſarios defendit, vti relatum legimus a *Socrate*

(*a*) in

(*a*) *Orat ad Quir. poſt redit. cap. IV. & X.*

(*b*) *Theſauro Eccleſ.* voc. ἱερεύς.

(*c*) *in Praefat. §. 10, 11, 12. & 13.*

(*a*) in *Hiſtoria Eccleſiaſtica.* Quis iam magnopere miretur, ſi *Didymi* ſcribendi ratio colorem traxerit ſtyli Origeniani? Sed a *Gronouio* progredior ad librarium, perſcrutaturus, qua re is inductus ſit ad credendum aliisque perſuadendum, foetum illum eſſe *Origenis.* Potuit quidem accidere, vt librarius lucelli cupidine flagrans illuſtriſſimum *Origenis* nomen fronti libri affixerit; quod olim ſaepe factum eſſe ſi quis neſcit, is adeat velim acutiſſimi illius viri, *Ioannis Clerici Artem (b) Criticam*, itemque *Riueti (c) Criticum ſacrum.* Veruntamen crediderim, ſuppoſitionem illam non tam fraudi, quam errori librarii eſſe tribuendam. Cum enim libellus iſte & titulo careret & fine, nec tamen lectione videretur indignus ob argumenti iucunditatem, facile a ſe librarius impetrauit, vt ſuſpicaretur, libellum tam doctum ab *Origene* confectum eſſe, cuius cum eruditio ſingularis ſatis eſſet explorata ac teſtata, etiam ex *Euſebii Hiſtoria Eccleſiaſtica (d)* ipſius *Origenis* verba noſſe potuit, quibus fatetur, ſe diligenter perſcrutatum eſſe dogmata philoſophorum veterum. Quod vero librarius non cum libro reliquit titulum, qui ab ipſo auctore (*e*) exprimitur, quippe a quo appellatur Ἔλεγχος *κατὰ πασῶν αἱρέσεων*, id arbitror cauſae eſſe, quod deprehenderet, librum ipſum, mutilatum ſcilicet, huic inſcriptioni minus reſpondere. In primo enim hoc libro ſententiae philoſophorum ſimpliciter recenſentur, & in ſe-

(a) *lib. IV. cap. 20.*
(b) *P. III. ſect. 2. Cap. I. §. 13. ſqq. & Cap. II. §. 3. & 5.*
(c) *lib. II. cap. 12. & 13.* (d) *lib. VI. cap. 19.* (e) *pag. 1.*

quentibus demum, qui iam perierunt, demonſtrare conatus eſt auctor, omnes haereticos dogmata ſua hauſiſſe ex ethnicorum fontibus philoſophorum: quod propoſitum & inſtitutum ſuum & in prooemio indicat & in peroratione libelli ſuperſtitis Ceterum titulus φιλοσοφȣμένων ideo praeplacuiſſe videtur librario, quod & cum argumento conueniret, & in ipſo libelli prooemio (*a*) dilucida fieret mentio δογμάτων φιλοσοφȣμένων.

CAPVT IV.

DE

Vtilitate ſtudii, quod in reuelandos anonymos ac pſeudonymos ſcriptores impenditur.

CVM *omnes trahamur & ducamur ad cognitionis & ſcientiae cupiditatem, in eaque excellere pulcrum putemus*, vt *Ciceronis* (*b*) vtar verbis, quibus illud *Ariſtotelis* ex principio τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ expreſſiſſe videtur: Πάντες ἄνθρωποι τȣ̃ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει; ſapientis eſt, innatum illum ſciendi ardorem ratione compeſcere, & ad communem vitae vſum veramque hominis beatitudinem attemperare. Non deſunt quidem, qui literas vtilitatis cauſa propterea coli nolunt, quod, vt illa Stoicorum virtus, per ſe ſint amore ac ſtudio

(*a*) *pag. 17.*

(*b*) *lib. I. Offic. cap. 6.* Idem *lib. IV. ad Atticum epiſt. 10:* Οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντα εἰδέναι.

dio digniſſimae. Verum qui ſolida ſpecioſis anteponunt, Caſſianum illud CVI BONO vbique pro norma ac regula ſuarum actionum adhibent. Inter quos *Baco Verulamius* merito reprehendit (*a*) eos, qui *ſcientiam appetunt vel ex inſita & irrequieta curioſitate, vel animi cauſa & delectationis, vel exiſtimationis gratia, vel propter lucrum:* contenditque, eos demum in tractandis literis rationem recte ſubduxiſſe, qui *donum rationis diuinitus datum in vſum humani generis impendant.* Damnat igitur magnus ille ſuperioris aeui philoſophus *curioſitatem* in literatis: quam eandem mordaci ſatyra excepit *ματαιοτεχνίαν* appellatam *Edmundus Richerius* in *Obſtetrice* (*b*) *animorum.* Pie quoque ac eleganter olim *Bernardus*, (*c*) Abbas Claraeuallenſis: *Scire, vt ſcias, vana curioſitas eſt: ſcire, vt ſciaris, turpis vanitas: ſcire, vt vendas ſcientiam, indecora cupiditas: ſed ſcire, vt aedifices & aedificeris, caritas eſt atque prudentia.* Nec proinde a vero iuſtoque abhorret lex illa *Themiſtii*, philoſophi Peripatetici, quam philoſophaturis praeſcripſit in Oratione prima, quam cum aliis Latine vertit *Hieronymus Donzellinus.* Ita enim hoc interprete (*d*) loquitur: *Philoſophos neque maledicos, neque* CVRIOSOS *eſſe decet.*

II.

Vt autem naturam *curioſitatis* paulo curatius inueſtigemus, oriri quidem eam conſtat ex vitioſa voluptate: quo circa Celeberrimus D. *Buddeus*

 con-

(*a*) *lib. 1. de augm. ſciens. p. 40.*
(*b*) *cap. II. §. 3.*
(*c*) *Serm. in Cantic.*
(*d*) *pag. 49.*

Digitized by Google

concinne eam vocat (*a*) *eruditae voluptatis filiam:* ſed ex quo fonte voluptas illa temere ſciendi omnia proficiſcatur, inueſtigatu paulo difficilius eſt. Equidem ſic cenſeo: Quarum rerum ſpecies animo obſeruantur obſcurae, eas amplius & auguſtius interpretari naturae humanae vitio conſueuimus. Idque hac de cauſa fieri arbitror, quod circa obſcura ſpes verſatur ac metus, qui duo affectus certos intra fines aegre coercentur, ſed quam poſſunt, euagantur longiſſime. Quemadmodum igitur lenta *ſpes* facit, vt *tarde, quae credita laedunt, credamus*, quae *Phyllidis* vox eſt apud (*b*) *Ouidium:* ita ex eadem ſpe fit, vt, *quod nimis volunt homines, hoc facile credant.* (*c*) Adeo *humani ingenii vitio ſpei noſtrae indulgemus*, vt ait (*d*) *Curtius.* Sed nec minus *metus* ad maiora & deteriora credenda pronos reddit homines, quod de Tyriis refert idem (*e*) *Curtius*, & generatim pronuntiat allato loco (*f*) *Seneca: Prona eſt*, inquiens, *timori ſemper in peius fides.* Hoc idem accidit literatis hominibus, vt ſcilicet, quae neſciunt, vel ſpe compulſi, vel metu, (qui regit potiſſimum animos, oracula, cometas, & ſimilia interpretantium,) iuſto maiora ſibi repraeſentent. Quo facto mirabili flagrent neceſſe eſt ea cognoſcendi cupiditate, quae ob id ipſum, quod ignota ſunt, praecepto

(*a*) *Philoſ. pract. P. I. cap. II. ſect. 2. §. 81.*
(*b*) *epiſt. Heroid. II. 9.*
(*c*) *Seneca Herc. fur. v. 313.*
(*d*) *lib. VIII. cap. 14, n. 1.*
(*e*) *IV. 33, 22.* (*f*) *v. 316.*

cepto iudicio faciunt maximi. Vnde ignorantia admirationis mater iamdudum veriſſimo nomine dicta fuit. Ecquid enim cauſae eſt, quod in Chemicorum libris tantum ſapientiae reconditum eſſe plerique ſibi perſuadent? Nonne id ipſum, quod eos non intelligunt? Cur alii in veterum mythologia ſublimia quaerunt myſteria? Nempe quod verum fabularum ſenſum, veram originem non capiunt. Cur de philophia barbarica tam magnifice haud pauci ſentiunt? Nimirum quia ignota eſt. Hac de cauſa ſaepe mihi in mentem venit, eorum gratulari felicitati, quorum ſcriptis abolitis fama nominis ſuperſtes eſt. Tales enim hanc ipſam ob cauſam, quod tacent, magnorum philoſophorum in numero habentur, imo aliis longe praeferuntur, acrique deperditorum monumentorum deſiderio teneri ſe fatentur poſteri. Solet indidem fieri, vt celebres viros, quos nunquam videre nobis contigit, maioris faciamus multo, quam poſtea, quam videre eos licuit & alloqui. Scytharum legatos admirabundos in vultu *Alexandri* defixiſſe oculos, tradit (*a*) *Curtius*, *quia magnitudine corporis animum aeſtimantibus haudquaquam famae par videbatur.* Idem de *Thaleſtri* alio loco (*b*) narrat. Pari modo *Cornelius Nepos*, *Ageſilaum* iis, qui virtutem eius nouerant admirationi fuiſſe, ſed aliis, qui faciem eius intuebantur, contemtui, memoriae (*c*) prodidit. Adeo

(*a*) *VII, 8, 9.*
(*b*) *VI, 5. 29.*
(*c*) *in Vita eius cap. VIII.*

Adeo *minuit praeſentia famam.* Veriſſime igitur *Io. Barclaius: De iis,* inquit, *(a) quae neſcimus, quaedam nos altior opinio & reuerentiae plena ſubit.* An hoc conſilio *Socrates* olim nihil ſcripto mandauerit, fortaſſe alioquin non conſecuturus gloriam philoſophi omnium praeſtantiſſimi, affirmare non auſim. Ceterum aliorum philoſophorum calliditatem agnoſco, qui Orientis regum more, ſubiectis ſe ſuis raro conſpiciendos praebentium, ad tuendam augendamque maieſtatem, ipſi quoque obſcuris vel vocibus, vel ſymbolis, vel imaginibus doctrinas ſuas inuoluerunt. Vti enim plebs noſtra, latina pro concione verba audiens in admirationem rapitur ſingularis ſcilicet ſapientiae, nil admiratu dignum deprehenſura in iisdem, vernacula lingua prolatis; ſic plerique mortalium aenigmaticam philoſophandi rationem falſo pro inuolucro habent ſummorum myſteriorum. Ex eadem cauſa fit, vt *nitamur in vetitum ſemper cupiamusque negata*: quod videlicet ſpes auguſtiore vultu res abſentes nobis repraeſentat, more picturae, quae femellae alicuius faciem haud paullo elegantiorem amabilioremque ſiſtit, quam eſt reuera. Suopte id exemplo comprobat *Cicero*, ad *Nigidium (b)* ſcribens: *Quo minus* (hoc tempore Caeſari) *familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior.* Nimirum

ere-

(a) *Icon. anim. cap. X. p. 640.* Tacitus in *Vita Agricolae cap. 30: Omne ignotum pro magnifico eſt.*
(b) *lib. IV. Fam. epiſt. 13.*

credula vitam (a)
Spes fouet, & melius cras fore ſemper ait.

Atque haec pro inſtituti ratione ſufficere videntur poſſe, vt cognoſcatur, curioſitatem oriri ab obſcuritate idearum, quas plerumque ſpes in maius extollit, ac vehementius mortalium accendit deſideria.

III.

Curioſitatis vitium eorum quoque, qui literis operam dant, inſidere mentibus, ſuo ipſius exemplo docere poterat *Aulus Gellius*, ſed manticae quod in tergo erat, non videns, alium eo vitio laborantem in *Noctibus* ſuis *Atticis* (*b*) deridendum nobis propinat. Refert enim, familiarem quempiam ſuum ſuperuacua & ridicula diligentia inueſtigaſſe, quo nomine primus grammaticus fuerit appellatus, quot fuerint *Pythagorae* nobiles, quod *Hippocrates*, quae nomina fuerint ſociorum *Vlyſſis*, & alia huius generis complura. Quamobrem non inconſultum fuerit, cauere, ne paris imprudentiae nota nobis inuratur, ſi forte περιέργως verſemur ſine magno fructu in indagandis veris librorum auctoribus. Neque enim poſtrema cauſa eſt, cur viri literarum ſtudio dediti illiteratis ſaepe debeant ludibrium, & *paedantarum* titulo traducantur, in eo, quod multa ipſorum ſtudia curioſitatem ſolum alunt, nullo admodum fructu ad vitae communitatem redundante. Quid ſi igitur quis dicere auſit cum *Socrate* & *Gellio*, eius-

(*a*) *Tibullus lib. II. eleg. 7. v. 1.*
(*b*) *lib. XIV. cap. 6.*

Digitized by Google

eiusmodi libris, adeoque & vaſto *Placcii* voluminí *de anonymis & pſeudonymis ſcriptoribus*, praeſtare vnicum verſum illum *Homericum*, quem Latine ita expreſſum habemus:

Aedibus in noſtris quae recta aut praua gerantur;

aut decantatum illud: γνῶθι σεαυτόν! Imo quid ſi quis dicat, eiusmodi ſcrutatoribus auctorum latitantium idem ſubeundum eſſe fatum, quod fabuloſo illi venatori, *Actaeoni*, qui *Dianam* conſpexiſſe nudam haud impune tulit? Qua fabula non male iudicat *Natalis Comes* (a) nos admoneri, ne ſimus nimis *curioſi* in rebus nihil ad nos pertinentibus, quoniam multis perniciosum fuerit, res arcanas aliorum cognouiſſe.

IV.

Sed miſſis ambagibus, paucis contemplemur, quis capi fructus poſſit ex notitia auctorum, qui vel anonymos, vel pſeudonymos euulgarunt libros, quantumque huic ſtudio debeat pretium ſtatui. Vulgaris cantilena eſt, eam notiam conducere ad amplificandam hiſtoriam literariam. Verum cum illa ipſa notitia haud dubie pars ſit literariae hiſtoriae, τὸ ἐν ἀρχῇ αἰτοῦσιν, vt cum *Ariſtotele* loquar, qui inde vtilitatem eius demonſtrare conantur. Ac ſane dolendum eſt, plerosque, qui in ſtudium hiſtoriae literariae incumbunt, vix vnquam de eius fructu cogitare, ſed coecum ſequi impetum animi, non praelucente Rationis facula. Poſtquam enim *Voſſii, Morhoſii*, aliaque ma-

(a) *Mythol. lib. VI. cap. 24. p. 673.*

magna nomina, viam excolendae illi hiſtoriae ſternere aggreſſi ſunt, adeo multorum animi illi ſeſe dedunt, vt omiſſo nucleo in ſolo cortice ambitioſe haereant. Ex quo fit, vt haud pauci, qui inter eruditos nomen profitentur ſuum, maiore ſint inſtructi peritia doctorum hominum, quod ad vitas ac fata eorum attinet, librorum, quod ad titulos & editiones, bibliothecarumque, quam rerum in libris contentarum. Qui ſane haud abſimiles ſunt ſutori, qui artis inſtrumenta per omnem vitam colligit, de conficiendo calceo ſollicitus nunquam: aut coquo, qui in cibis apparandis aſſidue occupatus, eorum ſolo delectatur aſpectu: aut *Tantalo,* qui mediis in aquis ſitit: aut denique procis illis *Penelopes*, quibus, cum die noctuque ancillarum fauorem aucuparentur, nunquam tamen matronae frui amore licuit.

V.

Equidem *Morhofius,* vir πολυμαθέςατ☉ς, *Polyhiſtoris literarii* libri I. caput XX. inſcripſit *de fructu omnis hiſtoriae bibliothecariae* ſiue literariae, (haec enim ipſi hoc loco eſſe ſynonyma, ex συνόψει, libro praemiſſa, apparet:) ſed rubro, quod aiunt, non reſpondet nigrum, cum in ipſo capite doceat, qua potiſſimum ratione Syſtema hiſtoriae literariae confici poſſit, niſi quod ſub finem pauca quaepiam hanc in rem, ſed leuia, commemorat. Erat autem *Morhofio* ſane dignum, id, quod in inſcriptione capitis pollicitus erat, praeſtare: cum ampliſſimi profecto ſit vſus hiſtoria literaria, idque noſſe plurimum interſit. Quod ſi enim vnusquisque ſciret, quem in finem hiſtoria illa

tra-

tractanda ſit, rectius vtique ac prudentius in ea verſaretur: ſecus fiat totaque erretur via neceſſe eſt, ſi quis praeter nudam cognitionem nullum certum finem ſibi habeat propoſitum. Verum ego quidem de vniuerſae literariae hiſtoriae vtilitate hic agere non conſtitui, ſed tamtummodo de fructu, ex notitia anonymorum & pſeudonymorum capiendo.

VI.

Rationes igitur hunc in modum ſubduco. Libri duum ſunt generum. In aliis ſententiae proponuntur, firmis ſtabiliendae rationibus, quippe a quibus omne ſuum robur capiunt: in aliis rei fides pendet ab auctoritate dicentis. Vt de prioribus agam prius, dogmaticorum ſcriptorum auctores plerumque ſine damno lectoris ignorari poſſunt, quippe cum non a quo, ſed quid ſcriptum ſit, expendi debeat. Hic igitur argumenta diligenter ſunt ponderanda, & pro eo, ac valent, vel amplexanda eſt ſententia, vel repudianda. Vnde (exempli cauſa hoc affero,) nihil admodum prodeſt, ſcire auctorem *Vindiciarum contra tyrannos*. Siue enim argumentis vtitur infirmis atque futilibus, reiiciendus; ſiue ponderoſis & inuictis, ſequendus eſt. Quid? quod non raro prodeſt lectori auctorum huiusmodi ignorantia: quod cum ſupra iam (*a*) manifeſtum reddiderim, repetere hic moleſtum fuerit. Hinc *prudentis eſt, ita quosuis dogmaticos libros legere, quaſi auctor plane ſit ignotus.* Ea enim ratione ſincerius ferri

(*a*) Cap. II. §. 5.

ferri poterit de ſententiis ibi expoſitis iudicium. Idque ipſum ad eclecticam philoſophandi rationem ſpectat. Ex quo ſequitur, vt, qui auctorem libri dogmaticum abſconditum mihi reuelat, non tam vtilitati meae, quam curioſitati ſeruiat: imo non raro damnum mihi afferat, locum faciens praeiudicio auctoritatis.

VII.

Quanquam eſt, vbi & dogmaticorum auctores librorum noſſe, lectoris intereſſe videtur. Quemadmodum enim, duo cum faciunt idem; ita & duo cum dicunt idem, non *a*) ſemper idem eſt, ſed ſaepius idem ſermo, a duobus prolatus, diuerſiſſimo gaudet ſenſu, pro eo ac loquentium ſcopus variat & affectus. Certe longe aliud ſignificatur, cum *Socrates*, aliud cum Epicureus aliquis: *Quae ſupra nos*, inquit, *nihil ad nos*. Aliud item eſt, cum apud *Curtium* (*b*) frugalis ille ac ſua ſorte contentus *Abdolominus* haec profatur: *Nihil habenti* (mihi) *nihil defuit*: cui geminum eſt dictum *M. Catonis*, ab *A. Gellio* annotatum in *Noctibus* (*c*) *Atticis*: aliud eſt, cum turpis ille paraſitus apud (*d*) *Terentium*: *Omnia*, inquit, *habeo, neque quicquam habeo: nihil cum eſt, nihil deſit tamen*. Etiam illud: *Ede, bibe, lude*; longe aliud ſigni-

(a) Iſocrates in *Panegyrico p. 158*: τὸν αὐτὸν λόγον ὐχ ὁμοίως ὑπολαμβάνειν δεῖς, μὴ μετὰ τῆς αὐτῆς διανοίας λεγόμενον Ita alio ſenſu CHRISTVS *Matth. VI. 34.* uetat ſollicitos nos eſſe de craſtino; alio Epicureus ille Horatius *lib. I. odae 9 6. 13*: *Quid ſit futurum cras, fuge quaerere* Alio quoque ſenſu Machiauellus, alio Epictetus in *Enchiridii cap. 38.* ait: *Vbi vtilitas, ibi etiam eſt pietas.* (*b*) *IV, 1, 25.* (*c*) *lib. XIII. cap. 22.*
(*d*) *Eunuch. Act. II. ſc. 2, 12.*

ſignificat ex *Salomonis*, atque ex *Sardanapali* ore prolatum. Doctiſſime proinde obſeruatum eſt *Ioanni* (*a*) *Clerico*, *diuerſas ſectas iisdem ſaepe vſas vocabulis, ad diuerſa prorſus dogmata exprimenda: & easdem, ſeruatis iisdem vocabulis, lapſu temporis ſententiam mutaſſe*: id quod quibusdam exemplis ab eo illuſtratum eſt. Hactenus igitur id, quod praecedenti §. dixi, aliquam admittit exceptionem: quanquam haec magis pertinet ad breuiores ſententias. Nam integrum librum legenti facile erit, cum ſcopum auctoris etiam incogniti, tum verum ſenſum aſſequi. Quanquam illud etiam annotatu dignum, quod cognito, anonymi, vel pſeudonymi libri auctorem eſſe magnum quempiam & eruditiſſimum (*b*) virum, facilius permouemur ad eum perlegendum ſpe cognoſcendi res momenti haud exigui. Atque hac etiam de cauſa ſupra (*c*) monui, auctores ſuis libris nomina praefigere debere, niſi grauiſſima cauſa ſubſit: quod ſcilicet ſaepe praeiudicio damnatur liber anonymus, & tanquam ſuſpecta aliqua merx primoribus tantum digitis vſurpatur. Cer-

---

(*a*) *Art. Crit. P. II. ſect. 1. cap. 14.*

(*b*) E. g. Si compertum habeo, in *Bibliis Erneſtinis* illas dilucidationes, quae *Pſalterio* ſunt inſertae, auctorem habere Glaſſium, cupide ad eas prouolo, quotiescunque aliquid obſcuritatis mihi obiicitur pſalmorum aliquem legenti. At id haud fecero, vbi quis mihi perſuaſerit, a duobus Paſtoribus paganis & vno aeque obſcuri nominis oppidano profectas eſſe iſtas annotatiunculas. Vid. infra *P. II. cap 3. §. 72.*

(*c*) *cap. II. §. 6.*

Certe iamdudum mihi perſuaſi, *Vindiciis contra tyrannos,* ſi quidem illuſtre *Langueti,* viri & optimi & doctiſſimi, nomen praeſcriptum fuiſſet, non tam dura ſubeunda fuiſſe iudicia, ſed lectorem aequiore eas excepturum fuiſſe animo. Sed quia liber ſine domino prodibat in publicum, ſuſpectus hoc ipſo erat multis, eiusque auctor tanquam lucifuga & tenebrio multorum contumeliis fuit expoſitus, & ab iis etiam ſeueriſſima ſententia damnatus, qui vel non legerant eum, vel etiam ne viderant quidem.

VIII.

Progredior ad illud librorum genus, quibus fides haberi debet ex auctoritate ſcriptoris. Vbi diſcrimen eſt ſtatuendum inter verba & ſententias. Vti namque dicto ſaepe fidem facit explorata loquentis veracitas: ſic & verbo phraſique auctoritatem vel conciliat dicentis perſona, vel demit. Quae enim verba dicendique genera e *Cicerone* eiusque aequalibus vel non multo poſt natis hauriuntur, pure & γνησίως Latina merito habentur, & vt optima ad imitandum ſunt proponenda. Quod ſi quis ea deſumſerit ex libris, optimorum illorum dicendi magiſtrorum nomina mentientibus, ſpuria ſaepe pro genuinis amplexetur, ac ſtribliginem pro caſtitate ſermonis habeat neceſſe eſt. Quem in modum deceptus quondam eſt *Buchnerus,* cum in *Lexico Fabri,* ab ſe locupletato, vocabulo *praeficae* auctoritatem conciliatum iuit ex quodam fragmento *Q. Trabeae Comici,* quod tamen conſtat a *Mureto* fabricatum eſſe ad ludificandos eruditos, quorum compluribus ea re im-

Digitized by Google

poſuit. (*a*) Atque hoc potiſſimum ſenſu verum eſt, quod *Morhoſius* (*b*) iudicat, vtiliſſimum eſſe laborem, quo veri librorum auctores indagantur, *non tam in recentiorum auctorum ſcriptis, quam vetuſtis.*

IX.

Iam quod attinet ad ſententias, quibus dicentis auctoritas pondus addit, facile apparet, me reſpicere ad libros hiſtoricos. Horum quippe dignitas ab auctoris fide ac veri ſtudio dependet vnice. Non ſolent prudentes iudices quenquam poena afficere, ideo quod in ſchedula ἀδεσπότῳ grauiſſimi cuiusdam (*c*) criminis fuerit accuſatus: quoniam incertum eſt, vtrum calumniatorem, an probum virum ea habeat auctorem. Imo cum teſtes etiam praeſto ſunt, non tamen ſimpliciter eis fides habetur, ſed duo potiſſimum accurate inquiruntur, primum an ii poſſint, deinde an & velint verum ſine falſi mixtura luculente dicere. Idem hiſtoriarum lectori animaduertendum eſt, ac proinde curae ipſi debet eſſe, vt ſcriptorem hiſtoriae cuiusuis e tenebris producat, ac deinceps videat, vtrum dignus ſit, cui credatur, an hiſtoria ab eo tradita falſi ſit ſuſpecta? Quod enim quantisque vitiis laboret hiſtoricorum turba, praeter alios erudita diſſertatione, A. 1705. publicata expoſuit Celeb. *D. Struuius.* Quamobrem maximum operae pretium facere arbitror, qui de hiſtori-

(*a*) *Vid. Mureti Poëmata p. 49, 50. edit. Thomaſii, & Cl. Fabricii Biblioth. Lat. lib. IV. cap. 1. §. 4. p. 670, 671.*

(*b*) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 9 p. 86.*

(*c*) *Sine auctore propoſiti libelli in nullo crimine locum habere debent.* Ita pronuntiauit Imp. Traianus in epiſtola ad Plinium *lib. X. 98.*

ſtoricorum librorum veris auctoribus in apricum proferendis curam ſuſcipiunt, nec nomina ſolum eorum aperiunt, verum etiam ex vita eorum ac in ſtudiis iudicium informant firmum de cuiusque fide hiſtorica. Quod vellem, facerent, qui nouas hiſtoricorum ſiue veterum, ſiue recentiorum editiones adornant, nec ſatis haberent, congeſta ſine ordine ac ſelecta teſtimonia de auctore libris praefixiſſe. Hoc ipſum ſaepe deſidero in *Voſſii* libris *de Hiſtoricis Graecis & Latinis:* quos ceteroquin ſua laude fraudandos non eſſe, cuiuis libens aſſentior. Nemo tamen, qui rem recta ratione putauerit, diffitebitur, tunc demum verum fructum ex libris illis percipi potuiſſe, ſi de hiſtoricis ſuis ſingulis exquiſita ratione docuiſſet, qua quisque fide ac iudicio ſit praeditus, quibus quamque ad perſuadendum idoneis vſus ſit monumentis, & huius generis alia. Exemplum huic induſtriae praeiuit illuſtris vir, *Chriſtianus Thomaſius (a)* de *Taciti*, ac *Io. Clericus (b)* de *Q. Curtii* fide hiſtorica accurate & perſpicue iudicantes: quanquam nec *Bodinus* nihil huc confert in *Methodo* ſua *hiſtoriarum*, & ipſe *Voſſius* ſaepe hic facem praefert.

X.

Hactenus declaraui, quis fructus debeatur, atque adeo quantum pretii ſit ſtatuendum notitiae verorum auctorum, qui vel ἀνωνύμως, vel ψευδωνύμως ingeniorum ſuorum foetus expoſuere: vnde ducenda eſt hanc hiſtoriae literariae partem rite

(a) *Diſſert. de hominibus propriis & liberis Germanorum, §. VI. ſqq.* (b) *Art. Crit. P. III. ſect. III.*

te tractandi prudentia, ne quis merito ſuo *ματαιοτέχνυ*, ſiue, vt iam loqui mos eſt, *paedantae* nomine inſigniatur. Quapropter vti nimiae & reprehenſione dignae curioſitatis eſſet, dedita opera rimari omnes auctores anonymorum pſeudonymorumque librorum; ita neminem operae poenitebit, ſi huiusmodi annotationes ἐκ παρέργυ faciat. Quis enim literatorum tam eſſe ignauus poſſit, vt obiter inter legendum haec talia animaduettere & in communes ſuos locos congerere grauetur? Atque exhuiusmodi annotationibus congeſtum eſſe *Placcianum* opus, apparet.

XI.

Vnum addere liceat, quod nimirum, ſi minus verus libri auctor noſci poteſt, ſaltem cauendum ſit, ne falſo cuipiam eum tribuamus. Neque enim ſolum ſaepe fit, vt innocens aliquis abſurdarum ſententiarum architectus habeatur, & honorifica eius fama detrimentum capiat, ſed etiam lector falſo praeiudicio quempiam damnans, in aliis eiusdem ſcriptis legendis ita verſatur, vt prauis indulgens ſuſpicionibus a vero eius & ſcopo & ſenſu longiſſime aberret. Ac proinde graui cauſa permotus videri debet *Gisbertus Voëtius*, vt *Vindicias contra tyrannos*, praeſcripto *Theodori Bezae* nomine recuſas, non eius, ſed *Langueti* eſſe, rationibus exquiſitis pugnaret & eniteretur: ſcilicet ne cui in mentem veniret, omnes Reformatos, quorum princeps *Beza* fuit, in ſuſpicionem δημαγωγίας immerentes adducere.

FINIS PARTIS PRIORIS.

SCHE-

SCHEDIASMATIS
DE
ANONYMIS
ET
PSEVDONYMIS
PARS POSTERIOR.
SISTENS
SPICILEGIVM
AD
VINCENTII PLACCII
THEATRVM
ANONYMORVM ET PSEVDONYMORVM.

CAPVT I.
IN QVO
Quaedam Placciani operis (*a*) *emendantur.*

CVM Placcianum opus in duas ſit partes diſtributum, quarum priore de Anonymis agitur, poſteriore de Pſeudonymis, idcirco ſignis indicabo, quo meae annotationes pertineant. P. igitur ſignificato *Pſeudonymos*, A. *Anonymos.* Scire

(*a*) Aliquot errores Placcii obſeruauit Baelius *Diction.* voc. *Garaſſe not. G, voc. Inchofer not. A, voc. Iul. II, not. N, voc. Franc. Iu-*

re autem lectorem velim, hoc me capite non ſuſcepiſſe tollenda omnia *Placciani operis* menda? ſed ea ſolum, quae librum deſultorie peruoluenti mihi obuenerunt.

P. n. 7.

II. *Abecedarii* ſub nomine latere *Caroloſtadium* cum ſcripſiſſet *Bailletus*, permotus eſt *Placcius*, vt varios librorum indices conſuleret, an vnquam *Caroloſtadius* hoc ſub nomine ſcriptum aliquod ediderit. Sed irritus fuit hic labor. Nunquam enim *Caroloſtadius* librum iſthac inſcriptione videtur inſigniuiſſe, ſed *Melanchthon* ſolitus eſt eum compendioſe ſimul & iocoſe appellare *malum A, B, C,* reſpiciens ad litteras initiales nominis, quod eſt *Andreas Bodenſtein Caroloſtadius.* Videre hoc licet in (*a*) *Melanchthonis* ad *Camerarium* epiſtolis p. 2. & 6. *Melchior Adamus* in vita *Caroloſtadii* ſtatim ab initio: *Melanchthon*, inquit, *ab elementis initialibus nominis & cognominis notare eum ſolitus fuit nomine* ALPHABETI. Vnde non ſatis credo *Bucholcero*, qui in *Indice Chronologico* ad A. 1522. haec ſcripſit: *Ab hoc anno incipiunt epiſtolae Melanchthonis ad Camerarium, in quarum priore Caroloſtadius notatur voce Alphabeti, eo quod vir ille quandoque in ſcriptis publicis exprimeret initialibus alphabeti litteris nomen ſuum, A, B, C. D. Andreas Bodenſtein, Carlſtadius, Doctor.*

A. n.

Iunius not. N, & voc. *Raynaud not. L.* Alium Placcii errorem notat Sagittarius *Introd. in Hiſt. eccl cap 24. §. 19.*

(*a*) Vid. Iac. Thomaſii *Clauis in Epiſtolas Melanchthonis* in filii *Hiſt. ſapientiae & ſtultitiae T. I. p. 5. & 8.*

A. n. 1914.

III. *Placcius* hoc loco meminit editionis libri *Froſchmäusler* inſcripti, Magdeb. 1594, 4. Hanc relationem falſam eſſe iudico, cum in manibus habeam librum illum Magdeburgi 1600. in 8. editum, in cuius titulo exſtat: *Zuuor in Druck nie ausgangen.* Videtur *Placcii* error ortus ex dedicatione libri metrica, cui ſubſcriptus eſt annus 1595. d. 21. Martii. Nimirum, vt auctor in praefatione p. 4. ſcribit, aliquot annis ante, quam hic liber typis mandaretur, communicatus fuit cum multis ampliſſimis viris & aliis amicis. Anno igitur 1595. illud poema MStum oblatum fuiſſe *Ranzouio*, ad quem Dedicatio pertinet, inde colligitur. De auctore *Georgio Rollenhagio* illud addo, quod ipſe ſuum nomen poemati illi inſeruerit, & quidem in *plagula Ll*, pagina extrema, vbi haec legas:

So that nicht Marquard Rollenhagen,
Als er Margrafen Ludvvig vvolt tragen.

Quod nomen *Marquard Rollenhagen* in meo exemplari ſublitum eſt a poſſeſſore primo, manu ſatis vetuſta adſcriptum: *des Authoris Vetter.* Ceterum de *Rollenhagio*, qui fuit Rector Scholae Magdeburgenſis, lepidam hiſtoriam lege ſis apud (a) Tenzelium.

A. n. 1926, a.

IV. Occaſione praecedentis libri ob argumenti affinitatem progredior ad librum, qui ſub titulo

(a) *Colloq. menſtr. A. 1689. p. 447.*

Digitized by Google

Reincke Fuchs (*a*) exſtat. Vbi notatu digniſſimum eſt, verum eius auctorem detectum eſſe ab auctore laudatae *Batrachomyomachiae*. Ex eius enim praefatione (*b*) ad verbum deſumta ſunt, quae *Placcius* adducit ex praefatione, libro *Reincke Fuchs* inſcripto praemiſſa in editione Roſtoch. 1650. Addam vero ex iſta *Rollenhagii* praefatione reliqua, quae huc pertinent. *Der Baumann aber* (pergit) *iſt hernach zu Roſtock in St. Iacobs Kirchen ehrlich begraben, mit dieſem epitaphio, das ich ihm zu Ehren, und dem Reincke zu Lob, an dieſem Ort nicht verſchvveigen vvollen:*

Nicolao Bavmanno, *Ducali Megapolenſium Principum Secretario, Eliſabetha vxor, pietatis ac coniugalis amoris monumentum poſuit menſe Aprili M. D. XXVI.*

Dormio ſub lapide hoc Niclaus Baumann, honore
Vulgari, externa contumulatus humo.
Nec mala nec vitae repeto bona: ſplendidior ſed,
Quam noſtra, eſt nulla litera ducta manu.
Laetus laeta legas, qui tranſis forte, viator.
Ex Chriſti iuſtus nomine non moritur.

Addita ibidem eſt verſio Germanica, quam & hic, quia lucem infert Latinis verſibus, ſubiungam:

Auf

(*a*) Etiam Latinam, Danicam, Suecicam, & Gallicam huius libri verſiones exſtare, docet Morhofius *im Unterricht von der Teutſchen Sprache und Poëſie P. II. cap. 7. p. 35. ſq.* Anglicam etiam in linguam translatum fuiſſe librum hunc, didici ex *Actis erud. Suppl. T. V. p. 361.*

(*b*) *p. 13. 14.*

Auf deutſch:

Nicolaus Baumannen, des Hertzog und Für-ſtenthums Meckelburg Secretarien, hat Eliſabetha, ſeine Hauſsfraue, aus hertzlicher Ehlicher Liebe und Treue, diſs Gedächtnus geſetzt im Monat Aprill, im Iahr 1526.

Ich Niclaus Baumann halt mein Raſt
Hie unter dieſes Steines Laſt.
Als man mich hat zu Grabe bracht,
Im fremden Land mit ſchlechter Pracht.
Und mag von Gut und Böſs nichts ſagen,
So mir zuſtand bey meinen Tagen,
Ohn daſs ich zu der Zeit im Land
Hat die zierlichſte Schreiber-Hand.
Du Wandersmann, lieſs deine Zeit
In Freuden, vvas dein Hertz erfreut.
Ich vveiſs, das der im Tod nicht iſt,
Der gerecht vvar durch Ieſum Chriſt.

Sed muto nunc ſententiam de auctore huius libri. Docet enim Io. Georgius Eccardus in *Praef.* ad *Leibnitii Collectanea etymologica p. 51.* Baumannum tantummodo interpretem Germanicum eſſe operis, ab *Henrico Alcmarienſi* ſaeculo decimo quinto confecti, ſermone Belgico: ac proinde, cum Baumannus eum librum tanquam ſuum opus ediderit, eum referre non dubitat inter *inſignes plagiarios.*

A. n. 757.

V. *Hottingeri* librum *de ſcriptoribus ſuppoſititiis* ſibi prorſus incognitum eſſe, hoc loco ſcribit *Placcius.* Ac ſane nec *Hottingerus* eiusmodi librum vulgauit, ſed tantum *Catalogum ſcriptorum* ecle-

eccleſiaſticorum ſuppoſititiorum, qui exſtat in ipſius *Pentade diſſertationum miſcellanearum num. II. a pag. 37.* vsque ad *pag. 92.* ex *Riueto*, *Coco*, aliisque in ſtudioſorum gratiam collectus. Et iſtum catalogum haud dubie innuit *Normannus a Placcio* hic citatus.

P. n. 371.

VI. In *Placcio* hic legendum eſt: *Didacus Bernardinus.* Eſt namque nomen ἀναγραμματικὸν, ſub quo latet *Bidermannus*, cuius praenomen *Iacobus* permutatum eſt Hiſpanico *Didaci*, quod *Iacobum* ſignificat. Qua occaſione mihi in mentem venit leuis erroris, quem *Morhoſius Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 4. p. 33.* commiſit. Dubitat enim, an forte *Schoockius*, cuius verba adduxerat, in nomine *Mendozae*, *Caroli V.* Imp. ad Venetos legati, errauerit, cum eum *Didacum* vocet, quem tamen alii *Iacobum Hurtadum de Mendoza* appellauerint. Sed ſciendum, *Didacum* & *Iacobum* Hiſpanis eſſe ſynonyma: quod & *Tenzelius* (*a*) obſeruauit. Meminit autem huius *Didaci Mendozae*, tum adoleſcentis, ſummo inter Hiſpanos genere & loco, & ſumma nobilitate, *Sadoletus* libro VII. *epiſtolarum* (*b*) eiusque animum ad literas propenſiſſimum mirifica laude ornat. Exſtat etiam eiusdem *Sadoleti* ad hunc ipſum *Mendozam*, iam *Caroli V.* Caeſaris apud Venetos legatum, epiſtola libro XV. (*c*) Ad alium eiusdem gentis virum, *Ioannem Hurtadum*

(*a*) *Colloq. menſtr. A. 1689. p. 15.* Certior huius ſynonymiae teſtis eſt Andreas Schottus in *Bibliotheca* ſua *Hiſpanica p 394.*

(*b*) *p. 257. ſq.* (*c*) *p. 608. ſq.*

tadum Mendozam, Hiſpanum, ſcripta eſt vltima libri XIV. epiſtola (*a*) *Sadoleti*, vbi hic illius poëma aliquod & inſignem eruditionem magnis laudibus effert. Sed vt ad *Didacum*, ſiue *Iacobum* illum *Mendozam* reuertar, meminit *Io. Andreas Boſius* in *Exercitatione in periocham Ioſephi de Chriſto* (*b*) ex *Ludouici Iacobi* libro *de bibliothecis*, *Iacobi* illius *Hurtadi Mendozae* bibliothecam egregiis MStis Graecis, partim ex Oriente conquiſitis, partim e bibliotheca Cardinalis *Beſſarionis* deſcriptis, Latinis item & Arabicis, inſtructam, Scorialenſi illatam fuiſſe bibliothecae: *quae tamen* (ita pergit *Boſius*,) *vereor, ne nupero pulcherrimi illius aedificii incendio perierit.* Hanc eandem rem memoriae prodidit *Alexander Baruoetius*, Ieſuita, in *Catalogo auctorum ineditorum, qui in bibliotheca Scorialenſi aſſeruantur*, inter hoſce libros recenſens (*c*) ACHMET, *medici, filii Abrahami, peregrinantium viatica libris ſeptem.* Subiungit enim haec: *Ex bibliotheca Didaci, ſiue Iacobi de Hurtado de Mendoza; e qua potiſſima pars graecorum MSStorum codicum huius bibliothecae conſtat.* Reliqua, quae ſequuntur lectu digna, praetermitto, cum liber ſit in multorum manibus.

P. n. 627.

VII. *Chreſuldes* vitioſe in *Placcio* ſcriptum eſt. Scribendum enim erat *Chresſulder*, ſub quo putiſſimo anagrammate latere voluit auctor *Drechslerus*

(*a*) *p.* 566. (*b*) *Cap. I. §. 4.* (*c*) *in Collectione Maderiana de Bibliothecis, edit. nouiſſ. p.* 128.

Google

lerus, qui Collega fuit in Gymnaſio Halenſi, & vero ſuo nomine praeſcripto edidit (in 12.) libellum precatorium titulo *Ancorae ſacrae Studioſorum.* Titulum libri, qui in Placcio legitur, alibi paullo immutatum deprehendi, nimirum ita: Confutatio Theol. Chriſtianorum, Laruarum Natalitiorum, ſancti Chriſti nomine commendatarum, in qua de earum origine diſquiritur cum apologia contra feſtinata quorundam iudicia Lipſ. 1677. in 12.

P. n. 824. & 825.

VIII. *Rudimenta linguae Perſicae auctore Lud. de Dieu* prodierunt Lugduni Bat. 1639. in 4. Eius *Hiſtoria Xauerii de Chriſto & Petro* e Perſica lingua translata prodiit ibidem 1634. Scio, *Elichmanno* Sileſio a multis hos libros tribui. (*a*) Sed legens praefationem *Ludouici de Dieu* ad dicta linguae Perſicae *Rudimenta*, & virorum de eius eruditione Orientali iudicia, (*b*) vix a me impetrare poſſum, vt credam, ſed vereor, ne doctiſſimo illi viro fiat iniuria.

P. n. 1813. α.

IX. Errat Caueus, a Placcio adductus. Nam *A. Franciſci de Monte S.* ſub nomine latere *Abrahamum de Franckenberg*, equitem Sileſium, non ignotum *Boehmii* aſſeclam, & ex ipſo nomine adſcititio facile perſpicitur, & recte id tradit (*c*) *Ittigius*, & *Poiretus*, ac hic quidem in epiſtola *de praecipuis*

(*a*) *Vid. & Tenzelius Colloq. menſtr. A. 1691. p. 756. ſq.*
(*b*) *Vid. Blount. Cenſura celeb. auct. p. 973. ſqq.*
(*c*) *Diſſert. de Poſtello §. XIV.*

cipuis ſcriptoribus Myſticis, annexa *Arnoldi Hiſtoriae Theologiae Myſticae*. Idem docetur in *Obſeruationum ſelectarum Halenſium* Tomo IV. *Diſſ. XII. p. 264.* (*a*) Huius *Franckenbergii* epitaphium exſtat in *Ottii Annalibus Anabaptiſticis*, & hinc in *Tenzelii Bibliotheca curioſa.* (*b*)

A. n. 811. a.

X. *Epiſtolae de Tolerantia ad Clariſſimum Virum T. A. R. P. T. O. L. A.* ſcriptae a *P. A. P. O. I L. A.*, & editae A. 1689, verum auctorem non indicauit *Placcius*, ſed falſos nominauit. Produxit autem verum *Io. Clericus* in *Bibliotheca* (*c*) *ſelecta*, additque, ſub allatis literis initialibus haec verba latere: (1) *Theologiae apud Remonſtrantes Profeſſor, Tyrannidis Oſor, Limburgius Amſtelodamenſis:* (2) *Pacis Amicus, Perſecutionis Oſor, Ioannes Lockius Anglus.* Ibidem (*d*) indicat *Clericus*, *Lockium* etiam alteram & tertiam epiſtolam *de Tolerantia* ἀνωνύμως edidiſſe.

A. n. 230. & n. 1413.

XI. *Placcius* hoc loco, improuide ſecutus iudicium *Pelleri*, *Compendii Politici* auctorem manifeſtae impietatis & aperti atheiſmi accuſare non veretur. Sed vterque, & fere alii (*e*) quoque graui iniuria libri illius auctorem afficiunt. Id vt manifeſtum fiat, iuuat apponere libri titulum: *Homo Politicus, hoc eſt, Conſiliarius nouus, Officiarius & Aulicus, ſecundum hodiernam praxin. Auctore*

(*a*) *p. 597.* (*b*) *A. 1704. p. 726.*
(*c*) *T. VI. p. 374.* (*d*) *p. 379. & 383.*
(*e*) E. g. Thomaſius in *Cautelis circa praecognita Iurisprudentiae Cap. XV. §. 6. not. p.*

ctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1665. in 4. plag. 7. Conf. *Placcius* in *Pſeudon. n. 1977.* Vel ex inſcriptione hac luculenter apparet, auctorem peſtilentiſſimas Pſeudo-politicorum artes ex latebris in apricum protrahere voluiſſe, minime vero animi ſui ſenſa in vulgus edere. In titulo enim pollicetur, ſe deſcripturum eſſe Politicum *ſecundum hodiernam praxin*, certe quidem corruptiſſimam. Nec ſatis mirari poſſum ἀκρισίαν *Pelleri*, cum larua ſerium ſuſcipientis certamen, &, quod Graeci dicunt, ἀεροβατοῦντος: cum vel ex perfunctoria libelli illius lectione nimis manifeſto appareat, auctorem ſimulate agere, ac ſatyram ſcribere, non praecepta politica. Cum enim inprimis Ieſuitarum artes & praecepta aperte commendet, Alexandrique VI. Papae improbiſſimum exemplum proponat imitandum, ipſe Proteſtantium addictus partibus; quis non videat, eum docere voluiſſe, non quid fieri debeat, ſed quid ſoleat quotidie fieri per maximae virtutis ſimulationem. Imo ſi auctor talis reuera fuiſſet, qualem hoc libro deſcribit politicum, ſane non euulgaſſet arcana ſua, cum ipſo in libro ſub perſona pſeudo-politici ſummopere inculcet fraudium occultationem & Pythagoricum quoddam ſilentium. Sed quid opus eſt verbis? Si quis enim perlecto illo libello non plane mecum (*a*) ſentiat, cum naſo & cerebro carere ne-

(*a*) Adde id, quod obſeruaui in *Conſpectus* mei *reip. lit. Cap. VI.* §. 33. ibique in vna ſubiectarum annotationum.

neceſſe eſt. Illud obiter addo, idem accidiſſe *Machiauello, Principem* ſuum deſcribenti, vt ſcilicet ab imperitis ſummae impietatis dica ei ſcriberetur, cum tamen eo tantum conſilio id libri conſcripſerit, vt malorum ſuae aetatis principum, maxime *Caeſaris Borgiae*, malas artes euulgaret: id quod non fugit viros acutiſſimos, *Baconem Verulamium*, (*a*) *Albericum Gentilem*, (*b*) *Iacobum Gaddium*, (*c*) *Gabr. Naudaeum*, (*d*) *Herm. Conringium*, (*e*) *Morhofium*, (*f*) *Chriſtian Thomaſium*, (*g*) *Perizonium*, (*h*) *Struuium*, (i) & quem principe loco nominare debebam, *Matthiam Flacium* (*k*) qui inter Veritatis Teſtes eum refert.

CAPVT II.

IN QVO

Quaedam Placciani operis *illuſtrantur*, & *confirmantur*.

P. *n*. 905.

HVTTENVM eſſe auctorem libri, pro *Capnione* editi, ſub nomine *Eleutherii*, docet etiam aequalis ei & amicus *Eobanus Heſſus* libro I. *epiſtolarum*, (*l*) in litteris ad *Io. Langium* datis, quas

G ita

(*a*) *lib. VII. de augm. ſcient. cap.* 2. *p.* 366.

(*b*) *lib. III de Legat. cap.* 9. (*c*) *in Opere de ſcriptoribus non eccleſiaſticis.* (*d*) *in Bibliogr. polit p.* 88. & 112. (*e*) *in praefat. ad* Machiauelli *Principem.* (*f*) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap* 19 *p.* 224. (*g*) *in Specim Iurisprud. iudic. cap. VII.* §. *II. p.* 77. (*h*) *Hiſt. ſaec. XVI. p.* 7. (*i*) *Biblioth. philoſ. cap. VII.* §. 9. *p.* 146. (*k*) *Catal. Teſt. Verit. n.* 401. *p.* 828. (*l*) *p.* 19. 20. Verus libri huius titulus producitur

ita exorditur: *Iam non dubitabis amplius, Huttenum triumphare pro Capnione. A fronte iſtam phraſin non ſtatim agnoui: ſtatim, ac introgreſſus penitus. Huttenus noſter factus eſt Eleutherius, quia vere (a) liber. Puto multas illi, quas facile poſſumus ſuſpicari, fuiſſe cauſas, propter quas perſonam ſumſerit, ac luce palam nolit conſpici. Nec dubita: vere Huttenus eſt. Iuro tibi per omnia maxima: Hutteni eſt hoc. Sed male pereant mali typographi, qui multa in praeclaro libello praue ſcripſerunt.* Addendum hoc loco eſt, illas epiſtolas, quas hic commemoro, eſſe rariores. Nam nec *Morhofio* notae fuerunt, qui in *Polyhiſtore literario* (b) eas tantum *Eobani Heſſi* epiſtolas commemorat, quas ad *Ioach. Camerarium* ſcripſit, editas Norimbergae 1553. in 8. Illud autem volumen epiſtolarum *Eobani Heſſi*, ex quo modo adduxi epiſtolam ipſius ad *Langium*, prodiit Marpurgi 1543. *in folio*, cura *Ioannis Draconitae*, qui prae-mi-

citur a Mich. Neandro in *Erot. ling. Hebr. p. 539: Ioannis Reuchlin Viri clariſſimi Encomium, triumphanti illi ex devictis obſcuris Viris, id eſt; Theologiſtis Colonienſium & Fratribus de ordine Praedicatorum, ab Eleutherico Bizeno decantatum.* Hunc autem eſſe *Huttenum*, Eraſmus ſciuit *lib. VI. p. 265.* edit. Baſil. 1529. itemque Camerarius in *Vita Melanchthonis p. 18.* edit. 1566. Totum illum librum Hutteni verſibus ſcriptum Io. Henr. Maius exhibet in *Vita Reuchlini p. 480.-508.* Vid. & Burckhardus in *Vita Hutteni T. I. p. 162. ſqq.*

(a) Putauerim, Huttenum eo nomine ſignificaſſe ſuam & patriam & dignitatem. Erat enim *ein freyer Francke,* Ac ipſum nomen *Franck* ſignificat *liberum.*

(b) *lib. I. cap. 19. p. 225. & cap. 24. p. 293. edit primae*

miſit Dedicationem. Conſtat autem iſtud volumen libris XII. paginis 300. Praeterea in eo exſtant etiam complures aliorum ad *Heſſum* epiſtolae, quorum nomina indicantur in praemiſſo catalogo. Ex his igitur epiſtolis alteram quoque obſeruationem decerpam ad illuſtrandum *Placcium*, quae iam ſequitur.

P. n. 2110.

II. Memoratur hic Dialogus ab *Hutteno*, adſcito alieno nomine, editus: ſed quis ſit ille, aut de quo argumento, ſe neſcire fatetur *Placcius*. Veroſimile eſt, eſſe illum Dialogum, de quo ipſe *Vlricus Huttenus* in epiſtola ad *Eobanum Heſſum* libro XII. voluminis laudati (*a*) ſic ſcribit: *Cuditur mihi nunc Dialogus, cui titulus: Trias Romana; quo nihil vehementius, nihil liberius adhuc editum eſt in Romanos aurifugas.* Praeterea notum eſt vel ex ipſo *Placcio*, quam ſaepe perſonam *Protei* inſtar mutauerit *Huttenus*, & alia ſcripta aliis inſignita nominibus ediderit. De eodem vero Dialogo etiam in alia epiſtola, ibidem (*b*) exſtanti, loqui videtur *Huttenus*, haec ſcribens: *Qui has perfert, habet a me libelli quiddam in tyrannos, quod curet typis imprimendum. Ibi, quaeſo, tuam mihi atque illi accommoda operam. Poteſt ſilentio tranſigi negotium & occulte. Neque vsquam rectius, quam in veſtra vrbe, vbi nemo actum ſuſpicabitur, praeſertim ſic longe cum abſim ego. Oro te etiam atque etiam, ne quid ceſſes, in re valde nobis neceſſaria. Extet & in luce ſit nouae*

 & au-

(*a*) p. 288. (*b*) p. 290.

& auditae (legendum *inauditae*,) *improbitatis proteſtatio. Videant & cognoſcant futura poſt nos ſaecula, quales fuerint, qui honeſtati, legibus, iuri, fidei ac religioni, ſcelere & audacia ſe oppoſuerint. Sed iam ſatis credo perſuaſum tibi, vt amico gratificeris.* Hactenus *Huttenus*. Fortaſſe ad eundem hunc libellum reſpicit *Flacius*, (*a*) inter eos, qui atrocia Paparum facinora ex hiſtoria produxerunt, *Huttenum* nominatim recenſens.

A. n. 830.

III. Verus huius *Exercitationis* auctor eſt *Ludouicus Meyerus*, medicus Amſtelodamenſis, teſte Crenio, Nic. Arnoldo, Chriſtiano Schotano, Reinero Vogelſangio & Petro Serrario. Cui eam tribui etiam teſtatur *Benthemius im Holländiſchen Schul-und Kirchen-Staat* (*b*) Confirmor in hac opinione, quod Groningae in locupletiſſima bibliotheca *Edingiana* (quam idem *Benthemius* libro citato (*c*) laudat,) conſpexi ipſemet hanc *Exercitationem*, hoc titulo inſcriptam: *Franciſci Henriquez de Villacorta, Doctoris Medici, à cubiculo regali Philippi IV, & Caroli II. Archiatri, Opera chirurgica omnia, ſub auſpiciis potentiſſimi Hiſpaniarum regis Caroli II. Amſtelod. per Iacobum Paulli, 1673. in 4.* Sub hoc titulo latebat liber, cum hac inſcriptione: *Philoſophia Scripturae interpres.* (*d*) Obſeruaui auctorem ſuam opinionem ſtabilitum ire (1) argumentis, (2) exemplis Patrum, (3) conti-

(*a*) *Catal. Teſt. Ver. p. 277.* (*b*) *P. II. Cap. II. §. 4. p. 59. & Cap. IV. §. 78. p. 352.* (*c*) *P. I. Cap. III. §. 2. p. 41. & P. II. Cap. IV. §. 44. p. 284.* (*d*) Scopus auctoris eſt, vt

tinua praxi theologorum quarumuis ſectarum. Simul copioſe & φιλοσοφικῶς egit auctor ille de interpretatione. Puto autem *Meyerum* (*a*) propterea adſciuiſſe nomen *Villacortae*, quod vernaculo ſuo nomini maxime reſponderet. *Meyer* enim germanicum nomen eſt: quod Latine *Villicum* dixeris a *Villa*. Videantur *Ioach. Meieri Antiquitates Meierianae, de Meieris* Diſſertatio. Illud tamen nolo ſilentio praeterire, eundem plane titulum ibi-

vt philoſophiam conſtituat praecipuam interpretandi regulam atque normam. Ludouicus Wolzogius (Placcius habet Wolzogenius) tum paſtor eccleſiae Gallobelgicae, Medioburgenſis, poſtea profeſſor hiſtoriarum Ultraiectenſis, ac demum miniſter eccleſiae Gallobelgicae Amſtelodamenſis, aliquot orationibus publice habitis & libellis, anno ſequente editis, oppoſuit ſeſe Meyero, & omne illud Philologiae adſcripſit, quod aduerſarius Philoſophiae tribuerat. Sed neuter rem acu tetigit, verum tantummodo eccleſias Belgicas plurimum turbauit. Haec Ioh. Henr. Maius in introduct. in ſtudium philolog. p. 48. (Myl.)

(*a*) Huic *Meyero* librum iſtum etiam tribuit Leibnitius in *Theodicaea p. 21. und im* Diſcours *von der Uebereinſtimmung der Vernunft und des Glaubens*, add. Crenium in animaduerſionibus hiſtorico-philologicis part. 8. p. 153. & Fabricius in libro *de ſcript. de verit. relig. Chriſt. cap. 22. p. 480*. Erratur autem in *Actis eruditorum* 1692. p. 72. & in *Obſ. ſel. Hal. T. XI. Diſſ. VIII. p. 211.* vbi hic liber tribuitur *Spinozae*. Vid. & annotatio *Proſperi Marchand* ad Baelii *Epiſt. 116. p. 449*. Errarunt etiam illi Cocceiani, qui hunc librum Voëtio, Cocceii infenſiſſimo tribuerunt. add. quoque Elsvvichium in tract. de varia Ariſtotelis fortuna in ſcholis proteſtantium p. 92. Petrus Walenburchius hunc librum tribuit MARTINO HUNDIO & contra hunc aliquid ſcribere meditabatur, ſed poſtea conſilium mutauit, certe lucubrationem ſuam non perfecit. Fabric. in hiſt. bibl. ſuae part. 5. p. 60.

Digitized by Google

dem me vidiſſe praefixum *Tractatui theologico-politico*, qui *Spinozae* ab omnibus adſcribitur. Vnde in eam opinionem venio, exſtare fortaſſe reuera Villacortae cuiusdam *Opera chirurgica*, quorum titulum bibliothecae poſſeſſor ideo *Meyeri* libro praefixerit, quod cum nomine eius proxime conueniret. Sed hac in re nihil iam definire poſſum. Ceterum de *Meyero* illo adi etiam *Placcium de Anonymis num. 1312.* Illud addo, Diſſertationem hanc *de Philoſophia Scripturae Interprete* a quibusdam tributam fuiſſe *Lamberto Velthuſio.* Sed falſiſſimum id eſſe, ipſe *Velthuſius* aſſeuerat in praefat. ſui aduerſus illam diſſertationem A. 1668. in 12. Traiecti ad Rhenum editi libelli *de Vſu Rationis in Theologia.*

A. n. 1241.

IV. *Vita Hobbeſii* hic allegata duabus conſtat partibus, quarum prima octo foliis breuiter *Hobbeſii* vitam enarrat, altera a *pag. 17.* vsque ad *pag. 114.* inſcribitur *Vitae Hobbianae Auctarium.* Prioris auctor ignoratur, quem *Bathurſius* in Praeloquio ad Lectorem nimis obſcure indicat hiſce verbis: *Cum itaque pararia opera I. A. viri optimi, in manus meas incidiſſet libellus de vita & moribus Hobbii, a docto quodam, ſummo eius amico, conſcriptus oratione ſane graui, prudenti ac modeſta, mei officii eſſe duxi, publici ipſum iuris facere.* Quis vero ſub litteris I. A. latitet, diſcere licet ex libri ipſius pagina 91. vbi in Catalogo amicorum *Hobbeſii* poſtremus affertur *Ioannes Albericus*, his verbis: *Ioh. Albericus, vulgo Aubry, e Soc. Reg. Armig. amicus eius in primis, ex vicinia Malmesburienſi oriundus,*

dus, & ſub communi praeceptore inſtitutus, vir publico bono magis quam ſuo natus; qui princeps mihi ſcribendi anſam praebuit, & materiam humaniter ſuppeditauit. Ex quibus verbis coniectura non inepta capi poteſt, hunc *Albericum* (a) eſſe ipſum *Vitae Hobbeſianae* Scriptorem. Sed *Auctarii* auctor ſub finem Praeloquii ad lectorem indicium ſui facit literis nominis initialibus, R. B. Quem eſſe *Rad.* (b) *Bathurſtium*, facile colligas ex praecedenti carmine Latino, quod cum in honorem *Hobbeſii* ederet, erat *artium magiſter & collegii Trin. Oxon. Socius*, vt ſe ipſe ibi appellat. Eo vero tempore, quo hunc libellum edidit, fuit *S. Theol. Doctor, & Decanus Bathonienſis*, vt apparet ex *p.* 90, vbi typographi errore omiſſa litera vna legitur *Bathuſt, Bathurſtium* enim eſſe verum nomen, patet ex *Blountii Cenſura Auctorum.* (c)

A. n. 633. β.

V. Quod attinet ad librum *de ſalute Ariſtotelis*, non dubito, quin illius notitia debeatur *Cornelio Agrippae*, qui in libro *de vanitate ſcientiarum & artium cap. LIV. p.* 211. ſcribit, *Ariſtotelem* a Colonienſibus theologis annumeratum eſſe

 diuis

(a) Idem ſuſpicatur Thomaſius *Hiſt. Iur. nat. cap. 6. §. 10. p. 81:* idque verum eſſe, cognoſcas licet e *Bibliotheque Angloiſe T. IX. p. 195. 195.* & ex *Actis erud. 1722. p. 551.*

(b) ſub literis *R. B.* non latere *Radulphum Bathuſtium*, ſed *Richardum Blackburnium*, medicum Londinenſem, docet Baelius *Epiſt. 216.* p. 829. & *la Bibliotheque Angloiſe T. XI. p. 195.* errarunt igitur mecum Struuius *Introd. ad rem liter. cap. 7. §. 36.* & Mollerus ad Morhofii *Polyhiſt. T. II. p. 524.* libellum illum tribuentes *Rad. Bathurſtio.*

(c) *p. 1047.*

diuis & ſanctis, eosdemque librum edidiſſe, (a) *de ſalute Ariſtotelis*: imo & alium metro & verſu (b) *de vita & morte Ariſtotelis*, quam Theologica inſuper gloſſa illuſtrarint. *In cuius calci* ita pergit *Agrippa*, cuius & praecedentia verba ſunt propria,) *concludunt, Ariſtotelem ſic fuiſſe Chriſti praecurſorem in naturalibus, quemadmodum Ioannes baptiſta in gratuitis.* *Caſp. Zieglerus* in notis ſuis ad *Grotii Ius B & P. prolegom.* §. 42. p. 21. ad hanc eandem relationem *Balaeo* tribuit: ſed cum eadem ſint verba, quae ex *Corn. Agrippa* produxi, haud dubie vel *Zieglerus* commiſit *ἀμάρτημα μνημονικὸν*, vel *Balaeus* ex *Agrippa* deſcripſit. Ceterum hac in re *Agrippae* fidem eſſe habendam cenſeo, cum videam, *Io. Geneſium Sepulvedam*, Hiſpanum, cuius opera Colon. *Agripp.* 1602. in 4. edita ſunt, epiſtola ſua nonageſima prima multis verbis id agere, vt probet, *Ariſtotelem*, quia legi naturae conuenienter vixerit, aeternam conſecutum eſſe felicitatem. Praeter hunc *Fortunii Liceti*, Itali, liber exſtat *de pietate Ariſtotelis aduerſus DEVM & homines*, qui, *Morhofio* (c) referente, totus in laudem *Ariſtotelis* ſcriptus eſt, adeo vt vel aeternam ipſi ſalutem polliceatur. Eſſe autem illum *Liceti* librum Vtini 1645. in 4. editum, docet *Ionſius* in doctiſſimo opere *de ſcriptoribus hiſtor-*

(a) Huius libri auctosem nomen geſſiſſe *Lamberti de Monte*, docet Fabricius *Bibl. Gr. lib. III. cap. 6. p. 176.* & Baelius in Diction. voce *Ariſtote not. R.*

(b) Hunc ipſum libellum e diuturnis tenebris protractum edidi in *Actis philoſophorum T. III. p. 350. ſqq.*

(c) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 24. p. 291.*

ſtoriae philoſophicae. (a) Praeterea etiam *D Mich. Waltherus* in Diſſertatione *de praetenſa ethnicorum ſalute* meminit anonymi cuiusdam, qui libello ſingulari octo argumenta congeſſerit pro aeterna ſalute *Ariſtotelis*, eaque ibi refellit. Ceterum quod *Corn. Agrippa* ſupra memorabat, *Ariſtotelem* diuis fuiſſe annumeratum & ſanctis, id confirmat *Ioach. Fellerus*, Prof. Lipſ. in praefat. ad librum ſub tit. *der Andächtige Student* editum, vbi teſtatur, ſuis ſe oculis Lipſiae olim in collegio philoſophico vidiſſe imaginem *Ariſtotelis*, aliorum ſanctorum imaginibus inſertam, & aeque, vt iſtas nimbo cinctam.

P. n. 2449. a.

VI. Quando hic dicitur *Schallerus, vel potius Marcus Mappus* (b) auctor eſſe Diſſertationis *de Ethica Pythagorica*, lector facile induci poteſt, vt credat, *Schallerum* alienum ſcriptum ſuo lediſſe nomine, eaque re imponere eruditis conatum eſſe. Igitur obſeruandum, illam diſputationem Argentorati habitam eſſe more Academico, praeſide *Schallero*, Reſpondente *Mappo*. Solent autem diſputationum auctores plerumque haberi praeſides,

 etſi

(a) *lib. III. c. 20. p. 314.*

(b) D. Io. Henr. Barthius, Theologus quondam Argentoratenſis, hæc aliquando ad me ſcribebat: *Sine iure dubitas,* M. Mappum *non eſſe auctorem Diſputationis huius. Fuit is Vir ſatis eruditus, Profeſſor dein Medicinae apud nos doctiſſimus. Non ergo Praeſidi, ſed Reſpondenti hanc gloriam relinquas: praeſertim cum ſciendum,* Schallerum *in Diſputationibus ſcribendis non adeo fuiſſe diligentem, licet ſatis eruditum. Pleraeque Diſputationes ſub eius Praeſidio habitae ſunt Reſpondentium foetus.*

etſi aliquando contingat, vt ipſi Reſpondentes eas elaborarint. Hac enim de re cum difficilis ſit praeſumtio, merito ſcriptum Praeſidi tribuitur, donec probetur contrarium. Hac occaſione errorem annoto *Tho. Hydii* in prolegomenis librorum *de ludis orientalibus* A. 1694. editorum, in quibus allegat *Polmanni caput II. de paradoxis viſus*, quod neglecta emendatione repetit *Tenzelius Biblioth. curioſ. A. 1704. p. 551. Hydius* enim prae manu habuit diſſertationem *de Paradoxis ſenſuum*, quam Praeſide *Dan. Ge. Morhoſio* Kilonii A. 1685 d. 7. Martii tuendam ſuſcepit *Andreas Plomann*, Regiomontanus. Huius igitur diſſertationis *Morhoſianae*, quam propugnauit ſolenniter *Plomannus*, (non *Polmannus*, vt ſcribit *Hydius*,) caput ſecundum, quod *de Paradoxis viſus* agit, ab *Hydio* innuitur.

A. n. 559.

VII. Chronicon *Carionis* etiam ad *Melanchthonem* auctorem refert *Io. Bodinus Mathod. hiſtor. cap. II.* non longe ab initio. Notatu maxime digna ſunt duo loca ex *Manlii Apophthegmatibus Melanchthonianis*. Primus locus exſtat ſub titulo de *Studiis*, (*a*) vbi commendatur *Chronicon Philippi, quod Carionis nomine eſt vulgatum:* haec enim ſunt ibi verba. Alter habetur p. 559. vbi *Melanchthon* ipſemet meminit *Compendii hiſtorici*, a *Capnione* & *Agricola* coniunctim ſcripti, *propemodum eodem ordine*, (inquit ibi *Melanchthon*,) *quo NOS contexuimus Carionis chronicon*

CL.

(*a*) *p. m.* 507.

CL. vir, *Io. Chriſt. Neu* in *Acceſſionibus* ſui ad *Wheari Relect. hiem. ſect. VI. p. 42. ſqq.* copioſe agit de hoc chronico: quibus quaedam addemus ex rariore libro, quem & Dn. *Neu* allegat, & ſub hoc titulo ipſemet poſſideo: *D. Victorini Strigelii Scholae hiſtoricae, quibus in Acad. Heidelb. Chronicon viri incomparabilis D. Phil. Melanchthonis illuſtrauit: propoſita continua ſerie hiſtoriarum a condito mundo vsque ad Chriſtum natum. Nunc primum in lucem editae opera & Studio Chriſtoph. Pezelii D. Neapoli Nemetum*, ſiue, vt in extrema pagina legitur, Neoſtadii Palatinorum, *typis Matthiae Harniſch, 1586. in 8uo.* Hic non ſolum in titulo, ſed in praefatione *Pezelius* ſimpliciter *Philippo* illud Chronicon tribuit, nulla plane mentione operae *Carionis* iniecta. Et ipſe *Strigelius* in ſua praefatione *p. 1.* pariter ſoli *Philippo* illud Chronicon adſcribit, ac p. 4. diſerte ſcribit: *Auctor chronici libelli huius eſt Phil. Melanchthon.* Atque *pag. 5.* & 6. haec leguntur: *Occaſio, quae Philippum permouit, vt Chronicon pertexeret, haec fuit. Videbat, nullam epitomen in hoc genere exſtare. - - - - Haec igitur & multa alia conſiderans inſtaurator artium & linguarum Philippus, cogitationem ſuſcepit de chronico libello. --- Ideo autem iam ſenex libentius manum admouit huic operae, quia* TITVLO CICERONIS *exſtabat Chronicon, quod Philippus iuuenis admodum illi ſuo amico praeſcripſerat, quodque auide ab omnibus iam pridem arripi ſciebat.* Eadem *pag. 6.* vbi plane nulla fit *Carionis* tanquam auctoris mentio, pergit: *Dixi breuiter de* AVCTORE *& occaſione*

huius

Digitized by Google

huius ſcripti. Ex his teſtimoniis fide digniſſimis diſcipulorum & familiarium *Melanchthonis* luculenter apparet, *Carionem* ad illud Chronicon plane nihil contuliſſe, & falli Dn. *Neu*, qui contrarium *loc. cit.* docere ſtudet, ſed affectu erga *Carionem*, ciuem ſuum impulſus, quippe quem *p 42* vocat *Carionem noſtratem*, *ſcilicet Bietikheimenſem Würtemberg.* Veroſimillima eſt relatio *Euſebii Bohemi*, in *Epitome hiſt. eccl. p. 76* ita ſcribentis: *Ioannes Carion, mathematicus inſignis, circa annum Chriſti 1532. Chronicon (a) quoddam coepit contexere, & illud, antequam praelo ſubiiceretur, cenſurae Dn Philippi Melanchthonis ſubiecit. Hic, cum approbandum non eſſet, & in pluribus erratum, vna litura totum deleuit. Conſcripſit ergo priuatis laboribus Dn. Philippus aliud, eique nomen Carionis praefigere voluit, vt huius viri ſua quoque conſtet induſtria.* Quae deſumta eſſe apparet ex *Caſp. Peuceri* epiſtola dedicatoria, illi Chronico praefixa. Adi omnino *Sagittarii Introduct. ad hiſt. eccl. cap. XI. §. 6. p. 96. ſqq* & *cap. XII. §. 8. p. 148.* itemque Tomum quintum *Declamationum Melanchthonis p. 320.* & Baelius *Dict.* voc. *Carion* not. A. Vnde & recte *Io. Andr. Boſius* in *Notitia ſcriptorum hiſtoriae vniuerſalis* §. 27 *p. 199*: *Carionis chronicon*, inquit, *ſiue potius Philippi Melanchthonis.* Ceterum *Ioannes* ille *Cario* fuit principis Electoris Brandenburgenſis mathematicus. Sic enim vocatur in inſcriptione elegiae VI. libri primi poematum *Georgii*

(a) Vid. Conringius *lib. de orig. iuris Germ. cap. 24. p. 149.* & Reimmannus *Hiſt. lit. Germ. T. V. p 342. ſqq.*

orgii Sabini, quae elegia *Carioni* eſt dicata. Idem *Sabinus lib. III. eleg. 6.* ita de eo canit:

Dulce nec hinc aberit Charitum decus atque leporum,
Grande ſaginati CARIO *ventris onus.*
Qui vaga ſcrutatus reuoluti ſidera coeli,
Coniugii dicet fata futura mei.

Rurſus *lib. IV. eleg. 10.* exhibet epitaphium eius, cuius hoc eſt exordium:

Haec tibi poſt obitum ſtatui monumenta Sabinus,
Nominis vt viuat, CARIO, *fama tui.*
HISTORIAE *quamuis exſtant, operumque tuorum*
Multa, vetuſtatem quae monumenta ferent.

Vbi animaduerti meretur, a *Sabina Melanchthonis hiſtorias Carioni* tribui ambigue, vt non colligi inde certo poſſit, verum *Cario* ſit auctor hiſtorici ſcripti, an tantummodo hiſtoricum ſcriptum aliquod eius memoriam ſit conſeruaturum.

A. n. 1299.

VIII. Hunc librum in bibliotheca Dominicanorum Veſalienſium vidi hoc titulo: *Margarita philoſophica, totius philoſophiae rationalis, naturalis, & moralis principia dialogice XII. libris complectens.* Totum opus concludebatur his verbis: *Chalcographatum primiciali hac preſſura Friburgi 1503.* Editio erat in quarto, vt vulgo loquuntur. Vnde facile credas, hoc anno primum librum hunc lucem adpexiſſe. At falſum id eſſe, Vffenbachius doceat in *Incunabulis artis typographicae p. 64.* vbi

vbi adducit editionem anni 1496. Oculos etiam meos ſubiit haec editio: *Æpitoma omnis philoſophiae, aliis Margarita phyloſophica, tractans de omni genere ſcibili: cum Additionibus, quae in aliis non habentur.* In fine haec leguntur: *Explicit phyloſophica Margarita. Caſtigatione acri in nobili Heluetiorum ciuitate Argentina chalcographatum A. 1504.* In vltima pagina reperitur *Epigramma Pauli Volzii ad Reu. Patrem, Georgium Reiſch, Domus Cartuſianae prope Friburgum Priorem meritiſſimum:* in quo hic *Reiſchius* laudatur tanquam auctor huius Operis. Ceterum Latinitas illius operis tolerabilis eſt, & minus barbara, quam aliorum Scholaſticorum, qui Ariſtotelem caeco amore proſequuntur & ouium more ſequuntur. Nam & in iſthoc libro principia ſunt Peripatetica. In titulo exempli illius, quod vidi, calamo adſcripta erant haec verba: *Auctor huius libri fuit Georgius Reuſchius, Prior Carthuſienſis Friburgi Brisgoiae.*

P. n. 809.

IX. *Franciſci Dermaſii* epiſtola Lipſiae 1687. edita, in qua contra *Iac. Gronouium* de voce *ἀπήγξατο Matth. 27. 5.* diſputatur. Eſſe eum *Ioach. Fellerum*, poëſeos in Acad. Lipſ. Profeſſorem, teſtantur ipſimet collegae eius, collectores Actorum Erud. A. 1703. p. 14. & 15. Addatur *Clarmundus* in *Vitis clarorum virorum P. IV. p.* 204. & 207. Id quo minus dubitari poſſit, ſciendum, ipſum ſibi nomen finxiſſe a Graeca voce *δέρμα, pellis*, vt reſponderet vernaculo *Fell*, vnde *Feller.*

A. n.

A. n. 1914. β.

X. In bibliotheca publica Senatus Francofurtenſis ad Moenum paucis abhinc annis conſpexi librum ſub tit. *Theurdanck*, editum Francofurti 1517. *in fol.* Inſcriptio haec erat: *Theuerdanck, des löblichen, ſtreitbaren und hochberühmten Helden und Ritters, Gefährlichkeiten und Geſchichte.* Exſtant in illa bibliotheca vnius eiusdemque editionis (*a*) exempla duo, quorum alterum chartae pergamenae, alterum vulgari chartae impreſſum eſt. Vtraque huc ex bibliotheca *Iungiana* translata ſunt. Inſerta autem erat alteri codici ſchedula, cui inſcriptum, habitam fuiſſe de hoc libro *Theuerdanck* Diſputationem in Academia Giſſenſi A. 1696. praeſide M. *Adriano Preuſsmann*, qui probandum ſuſceperit, auctorem libri non eſſe *Maximilianum* Imp. ſed *Melch. Pfinzingium.* Equidem hanc mihi Diſſertationem videre non contigit: fateor tamen, argumenta a *Placcio* allata eius eſſe ponderis, facile vt *Maximiliano* (*b*) illud opus vindicent. Addenda ſunt verba *Io. Cuſpiniani*, viri etiam hac in re fide digniſſimi, in vita

(*a*) Quinque alias huius Operis editiones commemorat Vffenbachius in *Incunabutis artis typogrhphicae p. 104 & 105.*

(*b*) Muto nunc ſententiam, poſtquam legi *Io. Dauidis Koeleri*, viri praeſtantiſſimi, de hoc libro Diſſertationem, Altorfii 1714. editam & 1736. recuſam; ſtatuoque duce Lambecio *Biblioth. Vindob. T. II. p. 969. ſq.* primas huius operis lineas ipſum duxiſſe Imperatorem, poſtea *Pfinzingium* ita id elaboraſſe atque expoliuiſſe, vt *ſuum opus* appellare poſſet. Atque hoc idem ſuo teſtimonio confirmat *Ioannes Aventinus*, ſuis in *Annalibus lib. I. cap. 7. §. 24.* ita ſcri-

Digitized by Google

vita *Maximiliani* (*a*) ſic ſcribentis: *Licet Maximilianus palam aſpernaretur poëticam, ad eam tamen natus opus de diuerſis ſuis periculis edidit, poëtice fingens inuidiam & curioſitatem velut perſonas comicas, quas ratione & prudentia vitauerit, ſuperauerit, proſtrauerit.* Errat proinde & *Io. Cunr. Dieterichius*, qui in *Breuiario* ſuo *hiſtorico* (*b*) & ipſe huius libri auctorem eſſe ait *Melchiorem Pfinzingium*, *Patricium Norimbergenſem*, *S. Sebaldi Praepoſitum Norinbergae*, & *Caroli V. Capellanum*. Ceterum cum *Placcius* hoc loco meminit, in *Seb. Franckii Chronico* reperiri *Clauem huius libri*, obſcure nimis loquitur. Mihi Chronicon illud Belgica lingua ſcriptum & A. 1558. *in fol.* editum prae manu eſt, vbi *Parte II. fol. 63.* exhibetur *Een Uytzoch uyt den Thuerdanck, van de Doorluchtige Croniicvveerdige Daden en de Crygen des Keyſers Maximiliani, na de Ordenunge geſet*, id eſt, *Excerptum ex libro Theuerdanck, de illuſtribus & memoria dignis factis & bellis Maximiliani Imperatoris, ordine recenſitis.* In Excerpto illo enarrantur breuiter XVIII. victoriae a *Maximiliano* partae: nemo tamen libri illius, *Theuerdanck* dicti, auctor ibi indicatur.

P. n.

ſribens: *Mea quoque memoria Imp. Maximilianus more maiorum* (id eſt, veterum Germanorum) *fabulis res geſtas ſuas velauit, & omnem vitae ſeriem carminibus, & patriis & Latinis nominibus confictis, celebrandum curauit.* Teurodancum *vocant.* Eodem igitur ſenſu eodemque (imo maiori) iure Maximilianus vocabitur *auctor Theurdanckii*, quo Carolus M. vocari ſe voluit *auctorem librorum quatuor* ab Alcuino iuſſu ſuo elaboratorum *de cultu ſacrarum imaginum.* (*a*) *p. 486.* (*b*) *P. II. p. 97.*

P. n. 1910. & 2746.

XI. *Iani Nicii Erythraei Epiſtolae ad diuerſos Coloniae Vbiorum apud Iodocum Kalcouium 1645. 8.* Eiusdem *Epiſtolarum ad diuerſos Volumen poſterius:* Ibidem 1649. 8. Eiusdem *Epiſtolae ad Tyrrhenum:* ibidem 1645. 8. *Eiusdem Epiſtolarum ad Tyrrhenum Tomus poſterior: ibidem 1649. 8.* Ita quidem habent tituli. Sed locum impreſſionis falſum indicari, tradit *Morhofius,* (*a*) addens, Amſterodami epiſtolas Erythraei excuſas eſſe. Fortaſſe *Morhofius* tantum ex chartae typorumque nitore & elegantia ſic iudicauit, quae ſatis ſane probant, Coloniae libros illos nequaquam fuiſſe typis exſcriptos. Sed certiora didici ex *Tenzelii Colloquiis menſtruis,* (*b*) vbi ex *Papebrochio* probat, libros ſub nomine *Iodoci Kalcouii* bibliopolae editos referri debere ad *Ioannem Blaeu,* typographum Amſtelodamenſem, qui ideo adſciuerit *Kalcouii* nomen & *Coloniae Vbiorum* inſcriptionem, vt a pontificiis etiam emerentur libri ab ipſo impreſſi. Sic etiam exſtant *Matthiae Caſimiri Sorbieuii, Soc. Ieſu, Poëmata, Coloniae Vbiorum. apud Iodocum Kalcouium, 1648:* ita enim titulus habet. Sed literarum venuſtas facile Batauam prodit originem. Et qui vel *Corn. Taciti Opera Amſtelod. 1649. in 12. apud Ioannem Blaeu* edita, cum *Erythraei* epiſtolis contendere voluerit, non poterit dubium ei eſſe, quin ex eadem officina vtrique libri prodierint. Quid multa?

H *Ioan-*

(*a*) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 24. p. 292.*
(*b*) *A. 1698. p. 193. & 280.*

Ioannem Blaeu (Germanice *Blau,*) eſſe impreſſorem librorum ſuorum, ipſemet fatetur *Erythraeus* *T. II. Epiſt. ad diuerſos p.* 135. & 139. vbi vocat eum Latino nomine *Ioannem Caeſium.* Ceterum *Tyrrheni* nomen fictum eſſe, ſub eoque occultatum *Fabium Chiſium*, tunc temporis ad tractum Rheni cum poteſtate Legati Romanae ſedis Apocriſiarium, poſtea Cardinalem, nec multo poſt *Alexandri* VII. nomine in ſedem Papalem euectum, (*a*) etiam teſtatur *Boineburgius* in epiſtola A. 1650. ſcripta, quae exſtat in *Struuii Actis literariis*, (*b*) vbi & de ipſo *Erythraeo* multa habentur lectu digna. Ibidem (*c*) dicitur, ſub *Tyrrheni* nomine latere Nuntium Pontificium, qui Monaſterii negotiationibus pacificationis communis iuxta cum reliquis ſui ordinis adfuerit. Huic *Fabio Chiſio, apud Vbios ſedis apoſtolicae Nuntio*, idem *Erythraeus Pinacothecam* ſuam primam diſerte nec diſſimulato eius nomine dedicauit. Adiungam aliud lectu dignum ex eiusdem *Boineburgii* epiſtola quadam inedita, A. 1649. exarata, vbi ſic ſcribit: *Optime ſibi conſulturus eſt in eloquentiae ſtudio, ſi quis comparet, quae opera Bartholdi Nihuſii edi ſolent de Ioannis Victoris a Rubeis operibus, ſub perſona & ſictitio nomine Iani Nicii Erythraei -- -- ſub Tyrrheni vocabulo latet Nuntius Apoſtolicus,* *Fa-*

(*a*) *Vid. Nou. lit. Hamb.* 1708. *p.* 402.

(*b*) *T. III. p.* 9. *ſqq.*

(*c*) *p.* 8. *Erythraeum* noſtrum Romae vulgo vocitatum fuiſſe *Victor Roſſi*, teſtantur *Naudaeana p.* 12. & 146. *ſqq.* Allatius in *Apibus Vrbanis p.* 166. eum appellat *Ioannem Victorium Roſſium.*

Fabius Chiſius, Mediator nuper pacis Monaſterienſis iuxta cum Veneto Aloyſio Contareno: quarum alterae partes nunc Amſtelodami eduntur a Ianſonio, ni fallor, vel a le Bleu. Omnia enim Nicii ibi imprimuntur, praeſcripto licet nomine Kalcouii, impreſſoris & bibliopolae Colonienſis, vt eo citius & facilius emantur a Romanenſibus: quibus addictus erat Nicius, ſeu Roſcius potius, Romanus vtpote ciuis natus. Ex quibus ſimul patet, nec eos errare, qui eum vero nomine *Roſcium*, nec, qui *a Rubeis* dictum putant. *Roſcius* enim vocabatur Italice, *a Rubeis* Latine. Ipſe tamen Erythraeus *T. II. Epiſt. ad diu. lib. VIII. epiſt. 6. p. 138.* fatetur Scioppio, verum ſibi nomen eſſe *Io. Victorii Roſcii.* Non igitur *Victor* appellatus eſt. Nam ibidem *lib. I. epiſt. 3. p. 15. & epiſt. 5. p. 22.* rurſus ſemet ipſe appellat *Victorium.* Ibidem in ſubiunctis Caroli Mazaci *Anagrammatibus p. 159.* iſthoc legitur: *Ioannes Victorius Roſcius*, e additâ, *is ore tonans, is viuus Cicero.* Hodienum Romae floret *Io. Iacobus de Rubeis*, in notis ad *Q. Sectani* Satyras & in *Actis eruditorum a. 1691. p. 201.* laudatus, vbi & (*a*) commemoratur *Io. Dominicus de Rubeis*, celebris hodie Graphiarius, id eſt, mapparum geographicarum Romana in vrbe delineator. Etiam Romae 1696. vulgatae ſunt *Iani Vincentii Grauinae* Opuſcula typis *Antonii de Rubeis.* Denique hoc addo, ipſum illum *Fabium Chiſium* ſiue *Chigium* ſub adſcititio *Philomathi* nomine libellum emiſiſſe, de quo vid. *Placcius Pſeudon. n.* 2130.

(*a*) p. 256.

P. n. 1880, α.

XII. Adſcribi huc merentur verba *Lucae Holſtenii* ex *epiſt. 19.* ad *Lambecium: Interim Codinum mitto. — — Tu vide, vt ſpartam, quam tibi ſumſiſti, recte ornes, ita tamen, ne aliorum* ἀϛοχίαν *ſiue* ἀκρισίαν *inſecteris: quod Gretſerum feciſſe nollem.* Ad quae verba haec annotauit *Lambecius: Intelliguntur hic R. P. Iac. Gretſeri S. I. Commentarii in Georgii Codini librum de officiis Magnae eccleſiae & Aulae Conſtantinopolitanae, vtpote in quibus in V. Cl. Franciſcum Iunium, qui ante ipſum ſub ficto Nadabi Agmonii nomine eundem Codini librum primus Graece & Latine cum notis ſuis in lucem ediderat, innumeris fere locis nimis vehementer ac grauiter inuehitur. Qua de re vide etiam V. Cl. G. I. Voſſii, qui iam memorati Iunii fuit gener, modeſtiſſimam querelam lib. II. de vitiis ſerm. c. 2. p. 173 174.* Omnium vero clariſſime id docet Cl. *Neu* in *Acceſſ. ad Relect. hiem. Wheari* p. 180. referens, *Franciſcum Iunium* nomen ſuum ſub Hebraicis *Nadabi Agmonii* vocabulis occultatum iuiſſe. Nam *Franciſcus* a *Francis* dici videtur. *Franck* vero ſignificat *ingenuum*, *liberum*, quod Hebraei reddunt per נָדִיב. Pro *Iunii* autem nomine placuit ipſi (ſcilicet vt eo magis ſe occultaret,) appellatio (*a*) *Iunci*, Hebraice אַגְמוֹן. Sic igitur pro *Franciſco Iunio* habes *Nadabum Agmonium*. *P. n.*

(*a*) *Iunius* Anglice vocatur *Toung*. Ac ita *Petrus* & *Patricius Iunii* appellantur in Thomae Smithi *Vitis eruditorum*. Gallicum nomen eſt *ionc, iuncus*. Hinc noſter Iunius aſſumto nomine *Agmonii* vel verum ſuum nomen reſpexit, vel ſaltim homonymia vſus eſt ad ſe eo magis occultandum.

P. n. 2152.

XIII. De *Apiario Romano* ita ſcribit *Matth. Berneggerus* in *Idolo Lauretano* cap. III. p. 21. ſq. *Huius libri auctor eſt Philippus Marnixius* (*a*) *Sanct-aldegondius*, *qui illum primo Belgice, concepit, ac edidit anno 1571, quo tempore crudeliſſime in viſcera Belgicae ſaeuiebat Albanus. Poſtea Ioannes Fiſchardus, dictus Menzer, ICtus, feſtiuiſſimi vir ingenii, ex Belgico idiomate in noſtrum Teutonicum tranſtulit: quaeque minori litera ſunt expreſſa, de ſuo adiecit: vel potius, vt apparet, ex Henrici Stephani Gallico libro, qui inſcribitur Traitè preparatif à l' apologie pour Herodote, mutuatus eſt. Hic liber hiſtoriarum varietate & ſententiarum acumine refertiſſimus, iocis facetiisque, in pontificiorum, de templo hominum theatrales nugas ſparſis, mire conditus, plus ad ſubruendum Papae regnum, quam ſcrii aliquot de religione commentarii, illa tempeſtate contuliſſe videtur.* Hactenus *Berneggerus.* Sed hic tamen deprehendo, *Berneggerum* alieni ſcrinii compilatorem eſſe, quippe cum ipſius verba pleraque ex *Melchiore Adami*, cuius locum *Placcius* allegat, ſint exſcripta. Verum non eſt illud inter eruditos nouum, vt alter alterius vineta caedat: ac de eodem *Berneggero*

 (*a*) te-

(*a*) *Ioh.* FRIDERICI in Liturgia veteri & noua p. 13. etiam *Ioh.* CALVINVM facit ſimul auctorem Apiarii romani, qui illud cum Marnixio confecerit, ſed confudiſſe videtur *den Bienen Korb*, quem confecit Marnixius, cum *Brodkorbe* qui libet a CALVINO originem ducit vid. Placc. n. 2152. inter pſeudon.

(*a*) teſtatur *Morhofius*, (*b*) quod *Lectii* orationem *de memoria* ad verbum paene transſcripſerit. Sed nec ipſe *Morhofius* illo vacat crimine, cuius *Berneggerum* poſtulat. Nam, quae in *Polyhiſtore* ſuo *literario* (*c*) de ingeniorum varietate tradit, furtim ſubtraxit *Edmundo Richerio*, qui eadem multo ante, & iisdem fere verbis, docuerat in *Obſtetrice animorum.* (*d*) *Richerium* enim eo loco *Morhofius* non nominat, quo ipſe ſcilicet tam praeclararum cogitationum auctor videatur. Alia tamen eum occaſione laudat, nempe cap. 2. iuxta finem, p. 333. Sed haec *ὡς ἐν παρόδῳ*. Mihi permirum videtur, viros praeſtantisſimos admiſſo plagii crimine ſummae ſuae eruditionis famam ſcientes volentesque minuere. *Bienen-Korb des heil. Römiſchen Immenſchvvarms &c. durch Ieſuvvald Pickhard recenſetur im 18ten Stücke der Beytraege zur critiſchen Hiſtorie der teutſchen Sprache n. 3.*

P. n. 484.

XIV. *Stephani Iunii Bruti Celtae Vindicias contra Tyrannos* auctorem habere *Hubertum Languetum*

(*a*) Non ſunt praetermittenda, nec ſubducenda, quae quondam ſcripſit ad me, lecto hoc loco, Theologus Argentinenſis, D. Io. Henr. Barthius. *Plagiarium facis Berneggerum*, inquit, *credo contra fas. Ipſius enim* Idolum Lauretanum *a. 1619. prodiit*, vitae vero Melch. Adami *a. 1620. Praefatio Berneggeri ſcripta Cal. Mart. 1619: Adami vero Praefatio menſe Auguſto eiusdem anni. Vel vterque ergo ex alio, vel potius Adamus ex Berneggero deſcripſit.*

(*b*) *Polyhiſt. lit. lib. II. cap. 6. fin. p. 381.*

(*c*) *lib. II. cap. I. p. 324. ſq.*

(*d*) *cap. IV. §. 7.*

tum, non dubium eſt *Placcio*, gravibus *Voëtii* argumentis permoto. Addam huic rei confirmandae locum nondum, quod ſciam, a quoquam obſeruatum, qui habetur in *Langueti* epiſtola 37. ad *Camerarium* filium, (*a*) vbi ita ſcribit: *Noſter liber* (*b*) *per vrbem obambulat & conuiuatur*, *interea dum ille alter* (nempe Baſſaeus ob editum neſcio quod ſcriptum,) *in carcere gemit. Dat veniam coruis, &c.* Quibus ex verbis liquido apparet, *Languetum* de libro quodam paulo ante ab ſe in vulgus edito loqui, laetarique, ſe adhuc ab omni periculo eſſe immunem. Iam cum *Languetus* nullum alium librum, cuius ſi ſe profiteretur auctorem, periculis eſſet expoſitus, ſcripſerit, & tamen loco iam prolato indicet, ſe paulo ante annum 1578. periculoſum libellum vulgaſſe, quis iam dubitet, ipſum ad *Vindicias* illas reſpexiſſe, de quibus apud multos venit in ſuſpicionem? Accedit, quod nec alia eius rei criteria deſint. Nam ſtylus certe *Iunii Bruti* a *Langueti* ſtylo non magis

(*a*) *p. 198. edit. Carpzou.*

(*b*) Rideo errorem, quem hic erraui. Scilicet *liber* hoc loco non ſignificat *ein Buch*, ſed *frey*. *Noſter*, inquit, (ſubaudi *typographus*,) *obambulat liber, dum alter* typographus *in carcere gemit.* Recordor, eundem in errorem incidiſſe *Thierſium*, Gallum, cum titulum libri Philonis: *quod omnis probus ſit liber*, ita vertit: *que tout libre eſt bon*, cum vera verſio haec ſit: *que tout homme de bien eſt libre.* Obſeruauit hunc Thierſii errorem Basnagius *Hiſt. Iud. lib. II. cap. 20. §. 3. p. 517.* Meum tamen argumentum, quod ex his Langueti verbis deriuaui, firmum permanet: id quod res ipſa docet.

differt, quam Tullianum dicendi genus a Ciceroniano. Scribendi enim rationem *Languetus* ſectatur ſatis puram, facilem, non anxie quaeſitam, ſed ſuauiter, ſine vlla affectatione profluentem, & hinc perſpicuam, quae ſubinde ſemetipſam explicet per *συνωνυμίας* & *ἐξεργασίας*. Etiam ex ipſis illis *Vindiciis (a)* abunde patet, auctorem Galliae natales debere. Ceterum ne quis miretur, vnde homini politico tanta rerum ſacrarum notitia, quanta ex iſto libello elucet, cogitandum, *Languetum* in prima ſtatim iuuentute legiſſe libros de religione, vt ipſe ad *Camerarium* patrem (*b*) alicubi fatetur. Porro exiſtimo, primam illarum *Vindiciarum* editionem a *Wechelo*, celebri id temporis typographo, paratam eſſe. Quam enim familiariter eo ſit vſus *Languetus*, paſſim prodit in ſuis ad *Camerarios* epiſtolis. Sed vt redeam ad illam *Langueti* epiſtolam, ex qua confirmaui, verum eſſe eum *Vindiciarum* auctorem, ſcripta fuit illa d. 8. Maii A. 1578: ex quo patet, non ita multo ante publici iuris factum eſſe libellum iſtum, cuius etiam praefatio concluditur ſubſcriptione *Cal. Ian. 1577.* Quod temporis indicium non multum a vero recedere arbitror, ob modo dicta. *Giſbertus* quidem *Voëtius* in doctiſſima diſſertatione (*c*) de auctore huius libri, ex eo, quod in Catalogis Francofurtenſibus ad illum annum nulla fiat huius libri mentio, concludit, annum fal-

(*a*) *p 200 ſqq. edit. Amſtelod. 1660.*
(*b*) *epiſt. 15. p. 26.*
(*c*) *p. 8. edit. in 12.*

falſum ab auctore de induſtria praefationi eſſe ſubſcriptum. Sed leuisſimâ eſt haec ratio. Solent enim librorum catalogo inſerendorum tituli a bibliopolis ſumtus facientibus transmitti. At vero non licebat id facere bibliopolae, vel typographo, cuius opera is liber prodiit, ne intempeſtiue auctor verus & ipſe typographus proderetur. Ratio igitur a *Voëtio* allata minime obſtat, quo minus verus & ſolus illius libri auctor ſit *Languetus*, idque ipſum ex citatis ipſiusmet verbis liquido conſtat. Ac proinde falluntur, qui eius libri auctorem faciunt *Innocentium Gentilettum* cum *Thomaſio* (*a*) & *Hottingero*, (*b*) vel cum aliis *Mornaeum*, vel (*c*) *Bezam*. Rectius ſenſit *Boeclerus*, (*d*) non dubitans, quin is Languetiani foetus ingenii ſit: cui adſtipulatur *Kulpiſius*, (*e*) aliique. Adi quoque *Tho. Crenium* diſſertatione

(*a*) *Introduct. ad philoſ. Aul. cap. I. §. 82.*

(*b*) *Pentade Diſſertt. p. 122.*

(*c*) Miraeus *lib. de ſcript. ſaec. XVI. cap. 150. p. 254.* auctorem *Vindiciarum contra tyrannos* facit *Ioannem Caſaeum*, Anglum. Qui error annotari, non refelli meretur. Ad *Bezam* quod attinet, haec mihi videtur occaſio tribuendi ei librum iſtum. Scilicet a. 1572. eiusdem argumenti liber prodiit, inſcriptus *de auctoritate magiſtratus*, teſte auctore *Comment. de ſtatu relig. & reip. in Gallia lib. XII. f. 118.* Ad hunc locum meo in exemplari vetus iam manus neſcio cuius adſcripſit nomen *Theodori Bezae*. Cum igitur huius libri *Beza* vel fuerit auctor, vel certe a nonnullis habitus ſit, non mirum, quosdam ſuſpicatos eſſe, eundem ſcripſiſſe illas *Vindicias contra tyrannos*.

(*d*) *Inſtit. polit. p. 104. 322. & 409.*

(*e*) *Colleg. Grot. Exercit. II. §. 7. p. 23.*

prima *de furibus librariis*, (a) & *Tenzelium* in *Bibliotheca curioſa*, (b) qui addit, *Martum*, teſtem fide digniſſimum, eundem librum *Langueto* tribuere in *Vita* ipſius. Supereſt, vt paucis diſpiciam, quis auctor ſit praefationis *Vindiciarum*, qui ſe vocauit *Cononem Superantium Vaſconem*. *Baelius*, a *Placcio* in *Pſeudonymis* (c) adductus, putat, *Mornaeum* eſſe dictae praefationis auctorem, eamque *Vindiciis*, a morte demum *Langueti* editis adiunxiſſe. Quam eandem fuiſſe *Simonis Goulartii* ſententiam, teſtatur *Voetius* loco citato. (d) Verum cum antea docuerim, viuo ac ſpirante adhuc *Langueto Vindicias* illas lucem adſpexiſſe, illa coniectura concidat neceſſe eſt. Equidem vix dubito, quin idem praefationis auctor ſit, qui libri. Nam *Languetus*, vir πολιτικώτατος, gnarus, quanto in diſcrimine futurus eſſet, ſi innoteſceret, omni ratione verum libri auctorem diſſimulauit. Eademque de cauſa lectori perſuadere ſtuduit, alium eſſe praefationis, alium libri auctorem, vt magis in varias ſententias diſtraherentur coniectorum animi. Ipſum autem *Languetum* praefationem conſcripſiſſe vt credam, primum dicendi ratio me inducit, quae plane *Languetiana* eſt, vt eam paulo ante delineaui: deinde illo argumento moueor, quod, ſi quis alius, *Langueti* amicus eam praefationem compoſuiſſet, is haud dubie

(a) §. XV. p. 36. ſqq.

(b) A. 1705. p. 420. Inprimis legenda ſingularis Diſſertatio Baelii, *Dictionario* ſubiuncta, qua, Languetum eſſe huius libri ſcriptorem, abunde demonſtrauit.

(c) n. 2769. (d) pag. 7.

hic amplioribus eum laudibus fuiſſet ornaturus. Parum enim magnificum eſt, quod *Brutum*, id eſt, *Languetum*, appellat *virum eruditum, prudentem, nobilemque:* id quod ſi ipſe *Languetus* de ſe profeſſus eſſet, nemo fortaſſis eum poſſet reprehendere. Nimirum qui de ſemet ipſe ſcribere inſtituit, is *verecundius ipſe de ſe ſcribat neceſſe eſt, ſi quid forte laudandum*, vt recte dixit *Cicero* in epiſtola illa valde bella (*a*) ad *Lucceium*.

A. n. 1540. a.

XV. *Barbarorum hominum ſtribliginem eleganter depinxit Vdalricus Huttenus, eques nobiliſſimus, in epiſtolis obſcurorum virorum: is enim verus earum auctor eſt*: inquit *Morhoſius. (b)* Quibus argumentis ad id credendum permotus ſit, non addit. Mihi vero *Morhoſio* verba cum *Iac. Thomaſii* praefatione ad epiſtolas *Manutii p. 6.* conferenti videtur *Morhoſius* ſecutus maxime eſſe auctoritatem *Thomaſii*. Is enim, cuius verba fere retinuit *Morhoſius*, loco indicato ſcribit, *certa fide ſe exploratum habere*, quod *Huttenus* epiſtolarum harum auctor ſit. Repetit idem in *T. VI. Obſ. ſel. Hal. 7. §. XI.* & *Obſ. 16. §. 3.* Pertinet huc, quod in *Hiſtoria certaminis Reuchliniani*, a *Struuio Actis literariis* ex MS. inſerta (*c*) refertur, *omnes viros doctos per Germaniam, emiſſis variis iisque facetis libel-*

(*a*) *lib. V. Famil. epiſt. 12.*

(*b*) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. 23. p. 282.* Etiam Achilles Pirminius Gaſſerus, ſaeculi decimi ſexti ſcriptor, Hutteno ſine dubitatione has *Epiſtolas* tribuit apud Schelhornium *Amoen. liter T. IX. p. 660.*

(*c*) *Faſcic. II. p. 105. §. 13.*

libellis, *Reuchlini aduerſarios*, *vt homines barbaros*, *linguarum & omnis politioris doctrinae hoſtes*, *falſe deriſiſſe*. *Inter quos* (ita pergitur,) *facile princeps erat Vlricus Huttenus*; *eques Francus*, *vir doctus*, *ingenio mire felici ac feſtiuo*, *omnino etiam excelſo & confidentiſſimo*. Addo, quod de his obſcurorum virorum epiſtolis (*a*) ſingulare caput exſtet in *Obſeruationibus ſelectis* Halae editis & quidem in *Tomi IV. obſ. IX.* Nec illud omittendum, quod nuper non nemo de iſtis epiſtolis mirifica ſibi

(*a*) De his *Epiſtolis* omnium diligentiſſime diſputat. Iac. Burckhardus *lib I. de fatis Lat. linguae in Germania cap V. p. 321. ſqq. & lib II. p 432. ſqq.* & in *Vita Hutteri P. I. p. 165. & P. III. p. 54. ſqq*, contendens ac ſatis perſpicue docens, non vnum Hurtenum, ſed plures earum fuiſſe auctores. Vid. & Maius in *Vita Reuchlini p. 423. ſqq.* ſumme reuer. Olearius, antiſtes Arnſtadienſis meritiſſimus ex epiſtola anonymi cuiusdam ad Crotum probauit, IOH. CROTVM *Rubeanum*, primum eſſe epiſtolarum obſcurorum uirorum auctorem. Publici iuris fecit hanc epiſtolam ſumme reuer. Olearius 1720. in. 8. & annotationibus illuſtrauit, in qui busp. 23. ſq. t. (a docet, *Ioh.* CROTVM alias vocatum eſſe *Ioh.* IAEGERVM, qui ideo a verbo graeco κρωτέω, pulſo, verbero, ſe vocaſſet Crotum, quia pullare & verberare eſſent venatoris actiones. Rubeani autem nomen aſſumſit a pago quodam prope Arnſtadium, nomine *Dornheim*, in quo natus eſt *Ioh* CROTVS, & hac deriuatione reſpexit ad larinam uocem *rubus*, quae ſignificat *einen Dornſtrauch*. Not. (o) p. 30. euincit cel. *Olearius*, *Ioh.* CROTVM eſſe ſolum auctorem primi voluminis epiſtolarum obſcurorum virorum, nam hoc volumen ipſi nominatim tribuitur in epiſtola anonymi. Volumen vero 2. & 3. ab Vlrico ab Hutten & aliis, qui CROTVM imitabantur confecta ſunt, nota citata plures etiam auctores adhuc adducit Olearius, quibus hae epiſtolae tribui ſolent.

ſibi finxit ſomnia, idque ea de cauſa, quod male ceperat *Placcium*, ex quo narrationem ſuam exſcribere voluit. Etenim plane nouam illarum epiſtolarum hiſtoriam ingenio haud ſane felici fabricat. Fingit nimirum *primo*, Reuchlinum cum *Hochſtrato* concertaſſe de *Praebenda* aliqua, id eſt, Beneficio eccleſiaſtico: *ſecundo*, Louanienſes ac Pariſienſes theologos *Praebendam* illam (*die Pfründe*) *Hochſtrato* adiudicaſſe: *tertio* victorem *Reuchlinum* inſtituiſſe Societatem ſiue Academiam, vt Itali vocant & Galli, ad conficiendas epiſtolas obſcurorum virorum: *quarto*, Praeſidem & Directorem huius ſocietatis fuiſſe Comitem Nuenarium: *quinto*, ad hanc ſocietatem etiam acceſſiſſe poſtea *Eraſmum* & *Glareanum*. Scilicet

Tantae molis erat perineptum condere librum.

Quis quaeſo, tam eſt hiſtoriae literariae rudis, quin confeſtim, has eſſe meras nugas, intelligat? Quod ſi quis cum narratione allata conferre voluerit *Placcianam*, deprehendet, illius omnes errores ex Latinae linguae imperitia ortos eſſe: inter quos ille eminet, quod Academiae illius Vtopicae Praeſidem ac Directorem faciat Comitem Nuenarium. Nimirum apud *Placcium* legitur: *Praepoſitus Comes Nuenarius*; quae Germanice ita reddenda: *der Probſt, Graf von Nuenar*. Sed ille quidem hoc loco Praepoſitum, ſiue Rectorem ſocietatis eruditae inuenit. Adeo *ſcribimus indocti doctique poemata paſſim*. Sed haec ὡς ἐκ παρέργου dicta ſunto.

A. n. 1825.

XVI. Auctorem *Sesquiſeculi Anglicani* eſſe *Iac. Tho-*

Thomaſium, non dubitare licet legenti *Buchneri* epiſtolam 108. libri primi. Addatur *Tho. Crenius Animaduerſ. philol. & hiſtor. P. II. p. 89.*
P. n. 1821.

XVII. Quis lateat ſub *Seuerini de Monzambano* nomine, iam olim non fugit *Io. Strauchium* ICtum, vtpote cuius haec verba ſunt in *Inſtitutionibus iuris publici: (a) Equidem laudem hominis docti & philoſophi eximii ego perſonato huic* (Monzambano) *non detraxerim, nec abnuerim facile, ſcribere eum eleganter, perſpicue, & vbi cauſae non ſeruit, cum iudicio, quippe qui cum fratre ſuo & ab eleganti ingenio, & eruditione haud vulgari, Ienae bene mihi cognitus fuit, cum antea frater quoque eius in Academia Lipſienſi familiaris meus, ac denuo inquilinus & conuictor Ienae fuerit.* Nec ſtyli *Puſendorfiani* gnaro difficile eſt *Puſendorfium* in *Monzambano* agnoſcere. Vt enim alia taceam vſus particulae *nequicquam* pro *nequaquam* barbarus quidem, ſed *Puſendorfio* valde frequens ac ferme proprius eſt. Nimirum ſinguli ſcriptores ſuos habent idiotiſmos & proprias dicendi formulas. Sic olim in *Liuio* Patauinitas notata eſt a *Pollione*, fortaſſis non falſo, quanquam hodie, in quo ea verſetur, ignoremus: & ipſi *Ciceroni* proprium eſſe, vt creberrime illud *eſſe videatur* vſurpet, a *Quintiliano* obſeruatum eſt: quanquam pro *Cicerone* verba faciat *Paulus Manutius.* (*b*) Praeterea *Puſendorfii*, (ad eum enim ex hoc diuerticulo reuer-

(*a*) *lib. I. tit. 4. not. L. p. 33.*
(*b*) *Comm. in Cic. Famil. lib. I. epiſt. 8. p. 104.*

reuertendum eſt,) profluens eſt ſtylus & amoenus, ſale etiam conditus, non facile illatinus, nec ſcholaſtica barbarie ſordidus, ſed ſine anxietate ac nimia religione quaſi medius, vt in eo plus naturae, quam curae videatur eſſe. Adhaec ea in *Monzambani* libro vbique ſe prodit *Hobbeſianorum* principiorum peritia atque amor, qui non tenuis fuit in *Puſendorfio*, vt res ipſa docet, nec ipſe fateri erubuit. Immo *Monzambanus* capite VIII. §. VI. ab initio, ipſis *Hobbeſii*, quem non nominat, verbis vtitur. *Non modo*, inquit, *contra contendere, ſed & hoc ipſum, non conſentire, odioſum eſt. Qui enim non conſentit alicui, putatur eum tacite erroris accuſare: qui in multis valde diſſentit, pro ſtulto eundem habere videtur.* Quae *Puſendorfius* repetit in libro II. *de Iure naturae & gentium.* (a) *Hobbeſii* vero verba libro *de Ciue* (b) iſthaec ſunt: *Non modo contra contendere, ſed etiam hoc ipſum, non conſentire, odioſum eſt. Nam non conſentire alicui in re aliqua, eſt eum erroris in ea re tacite accuſare, ſicut in valde multis diſſentire, idem eſt, atque pro ſtulto eum habere.* Obiter hic annoto, *Puſendorfium* vitula *Hobbeſii* ſaepius araſſe, etiam cum eum non nominat: quod ſi ſatis ſciuiſſent eius aduerſarii, maiorem, credo, inuidiam ei mouere potuiſſent. Sic caput IV. libri I. *de Officio hominis & ciuis*, quod agit *de religione naturali*, fere ad verbum exſcriptum eſt ex *Hobbeſii* libri citati capite XV, quod contendenti vtrum-

(a) *cap. II. §. 6. p. 168.*
(b) *cap. I. §. 5. p. 10.*

Digitized by Google

vtrumque caput inter ſe, ſatis manifeſtum fiet. Sed vt ad *Monzambano* redeam, *Pufendorfius* etiam epiſtola dedicatoria ſe prodit, quippe in qua latius digreditur in laudes Electoris Palatini, ſub cuius imperio tum vixit, cuiusque fruebatur gratia: quid? quod ex omnibus Germaniae principibus ſolum eum ibi laudat. Illud hic adiungo, quod mihi narratum eſt ab ICto quodam, qui eo tempore, quo *Monzambanus* in lucem prodiit, Heidelbergae *Pufendorfii* conuictor fuit. Is referebat, doctrinas a *Monzambano* propoſitas publice, breui tempore ante libri editionem, a *Pufendorfio* ſupra menſam familiari ſermone fuiſſe diſputatas eodem ſenſu, quo deinceps locutus ſit *Monzambanus*. Hoc igitur edito nemini menſae aſſidentium dubium fuiſſe, quin libri auctor eſſet hoſpes ſuus, nempe *Pufendorfius*. Sed plura addi non eſt opus, cum res hodie ſit extra dubitationis aleam poſita. Sub Seuerini de Monzambano nomine deinde Ioh. Ludov. Praſchius edidit litteras ſecretiores de imperii germanici forma ad Laelium fratrem, in quibus litteris lectori perſuadere conatur, Monzambanum i. e. Pufendorffium ipſum ſcripſiſſe has literas & reuocaſſe illa, quae poſuerat de ſtatu imperii Germanici vid. Reimanni hiſtor. litterar. germanor. nouam part. 3. *viertes Hauptſtück* p. 454. (Myl.)

A. n. 1093.

XVIII. *Chriſtoph. Cellarius* in Diſſertatione *de captiuitate Babylonica* Halae A. 1694. primum, & ibidem iterum Anno 1703. edita (*a*) ſcribit: *Secken-*

(*a*) *§. X. p. 11.*

Seckendorfius in hiſtor. eccl. quam Gothae ἀνώνυμον edidit, &c. eumque ſolum facit ſcripti illius auctorem. *Seckendorfius* ipſemet in *Additionibus* ad *Politicam Chriſtianam* (*a*) (*Chriſten-Staat*) fatetur, ſuo ſuaſu *Boeclerum* (quem ibidem (*b*) praeceptorem ſuum fuiſſe meminit,) ſecundam partem illius hiſtoriae pleramque confeciſſe. Ac *Tenzelius* in *Bibliotheca curioſa* (*c*) ex ipſius *Seckendorfii* ore refert, eum nec ſciente nec adiuuante *Boeclero* primam partem, nempe hiſtoriam Veteris Teſtamenti, compoſuiſſe: cum vero multis diſtringeretur negotiis, *Boeclero* commiſiſſe curam elaborandae hiſtoriae Noui Teſtamenti, qui ſocium operae illius adſciuerit *Ioh. Chriſtoph. Artopaeum* (de vita Artopaei pauca tradit celeb. Fabricius in hiſtor. bibliothecae ſuae. part. 6. p. 228.) Vnde conſtat, falſo ſoli *Artopaeo* tribui hiſtoriam Noui Teſtamenti, cui propter iam dicta minima eius pars debetur. Non ſolum igitur falſa eſt *Slüteri* & *Fechtii* relatio, a *Placcio* allata, ſed &, qui hos ſecutus videtur, *Eyringii* in *Vita Erneſti Ducis Saxoniae*, (*d*) memorantis, *Boeclerum* illius laboris, cuius praemium ducentos imperiales acceperit, fuiſſe directorem, *Seckendorfiumque* Veteris Teſtamenti, *Artopaeum* Noui Teſtamenti hiſtoriam concinnaſſe. Teſtis etiam eſt Cellarius, cui, quia familiariſſime utebatur Seckendorfio, fides habenda, Seckendorfium eſſe *auctorem partis primae Hiſtoriae eccleſ. Gothanae.* Eum enim haud

I dubie

(*a*) *p. 305.* (*b*) *p. 315.* (*c*) *A. 1704. p. 815.*
(*d*) *cap. 15.*

dubie intelligit, *illuſtrem* eum vocans *auctorem eius* in *Hiſtoriae* ſuae *antiquae libro II. pag. 16.* Sed audiamus ipſum Seckendorſium, in epiſtola ad Schwachheimium, Paſtorem, (quam nuper MS. mihi videre contigit,) d. 10. Martii anni 1690. data, ita ſcribentem: *Den andern Theil der Hiſt. eccl. Gothanae hatte Herr Boeclerus übernommen, aber, wie man meynet, einen andern machen laſſen, iedoch recidiret.* Vnde emendanda, quae nuper conſcripſit Wolfius in *Conſpectu ſupellectilis* ſuae *epiſtolicae pag. 85. ſqq.* Quis copioſum indicem, huic operi ſubiunctum, elaborarit, indicat *Sagittarius* in *Introductione ad hiſtoriam eccleſiaſticam,* (*a*) eius auctorem nominans *M. Erneſtum Treiberum,* Poetam laur. Cæſar. & tunc temporis alumnorum Ducalium Inſpectorem Gothanum. Noua editio huius compendii hiſtoriae eccleſ. prodiit Gothae 1723. Pars 1. in 8. 1 Alph. pl. 4. Pars 2. 2 Alph. pl. 19. a nato Chriſto vsque ad pacem Weſtphalicam. Pars 3. ad pace Weſtphalica ad annum 1723. deducta & pl. 21. conſtans prodiit Gothae 1724. Auctor Partis tertiae eſt magnificus D. Cyprianus (Ernſt Salomo) Vicarius praeſidis in Conſiſtorio Gothano, qui plerumque ex Archiuis & documentis originalibus ſua aſſerta probauit & iuſſu Friderici II. Ducis Gothani ſereniſſimi hanc partem conſcripſit. Cypriani eruditionem & ordinem in hac hiſtoria obſeruatum valde laudant auctores actorum eruditorum latinorum 1724. menſ. Sept. n. 6. & b.

(Colerus)

(*a*) *cap. XV. §. 8. p. 335.*

(Colerus) in part. 6. *der auserleſ.* Theolog. Bibliothec. n. 2. recenſetur quoque haec pars dans la bibliotheqve ancienne & moderne de Monſr. le Clerc Tom. 25. part. 1. n. 1. vbi Clericus relationemD. Cypriani, quam de eccleſia Arminianorum ſuppeditat, a veritate aberrare cenſet, & obiectiones Arminianis a D. Cypriano oppoſitas, Part. 3. cap. 5. ab Arminianis amoliri ſtudet. Supplementum, quod antea ſectionis 3. capiti quinto adiectum fuerat, & absque conſenſu Ducis Sereniſſimi non ſine partium ſtudio conceptum credebatur, reſecatum deinde eſt ab hoc compendio, & conatum ſuſceptae in hoc ſupplemento continuationis hiſtoriae eccleſiaſticae improbat D. Sal. Ern. Cyprian in noua bibliotheca Tom. 5. pag. 573. Conſtat pars 3. capitibus 11 1) agit de eccleſiis orientalibus, 2) de papaea, 3) de Lutherana, 4) de reformata eccleſia, 5) de Arminianis, 6) de anabaptiſtis, 7) de Socinianis, 8) de Fanaticis & Separatiſtis, 9) de Quackeris, 10) de contemtoribus Scripturae ſacrae & Atheis, 11) de Iudaeis & Samaritanis, vid. *die Leipz. gel. Zeitungen* 1724. p. 77. Multos auctores, ſingularia quaedam de hoc compendio hiſtoriae eccleſiaſticae Gothanae tradentes allegat celeberr. Fabricius in hiſtoria bibliothecae ſuae part 6. p. 226 & 227 & 228 quaedam emendat in hoc compendio loca. Coniungenda etiam eſt cum hac hiſtoria eccleſiaſtica capitis 5. introductionis Schurtzfleiſchii, Polyhiſtoris, in notitiam variarum artium Pars 3. cui accedunt eiusdem commentationes

in hiſtoriam eccleſiaſticam Gothanam, ſpeciatim eius 5 priora poſt Chr. Nat. ſecula in 8. Lipſ. 1737. 1 Alph. pl. 18.

A. n. 815.

XIX. Prodiit apud Batauos liber, paucis plagulis conſtans, hoc titulo: *Hadriani Beuerlandi de fornicatione cauenda admonitio. Editio noua & ab auctore correcta. Iuxta exemplar Londinenſe. 1697. in 8.* Qui libellus etiam in Germania recuſus eſt Anno 1698, itidem tacito impreſſionis loco. Auctor in praefatione & dedicatione confitetur ſimulque dolet, ſcortationi ſe fuiſſe deditiſſimum, & ea ſcripta, quae ediderit, deteſtatur, etiam illud *de peccato originis. Beuerlandi* huius fata deſcripſit *Benthemius* in *Deſcriptione Hollandiae* Germanica. *P. II. cap. 4.* § *120. p. 452. ſeq.* Addantur *Tenzelii Colloquia menſtrua A. 1689. p. 267. & A. 1698. p. 846. ſeqq.*

A. n. 1147.

XX. Quod *Lumen hiſtoriarum noſtri temporis* confecerit *Iacobus a Mellen*, Paſtor Lubecenſis, vir alias nummorum peritia clarus, ipſe fatetur in *Notitia maiorum ſuorum* A. 1707. edita. Vid. & *Noua litteraria Hamb.* 1707. p. 57.

A. n. 1078.

XXI. Ad manum mihi eſt *Curtius*, Lugduni apud *Ant. Gryphium* A. 1588. impreſſus *in 12.* cuius editionis *Fabricius* in *Bibliotheca Latina* non meminit. Huic praemiſſa eſt *Chriſtophori Brunonis, Iuris vtriusque Licentiati, eiusdemque*

ac

Digitized by Google

ac bonarum literarum Profeſſoris Monaci, in ſchola poetica, (ita enim ſubſcripſit,) epiſtola nuncupatoria ad *Albertum,* Comitem Palatinum Rheni, & vtriusque Bauariae Ducem. Prodiit haec editio primum Baſileae 1545. *in fol.* vbi in ipſo titulo *Brunonis* nomen exſtat. Sed haec quidem editio praeter praefationem & ſupplementa editoris nihil niſi merum textum *Curtii* continet. Mea vero Lugdunenſis non ſolum in fine adiectam habet *Vitam Alexandri, auctore Ioanne Monacho,* ſed etiam in margine praeter emendationes *Franciſci Modii* exhibet varias lectiones ex vetuſto codice *Benedicti Theocreni:* quae multum adiuuare posſunt eum, qui emendandos ſuſcipere velit *Q. Curtii* libros. Iam libet ex Dedicatione excerpta quaedam cum lectore communicare. Inter alia igitur ita ſcribit ibi: *Operae pretium me facturum credidi, ſi, quod ego legens Curtium votis omnibus expetiuiſſem, hoc eſt, eorum, quae deſiderantur, πλήρωμα ſiue ſupplementum quoddam compendioſum, omnium ſtudioſorum vtilitati exhiberem. Eo denique, ex earundem rerum probatisſimis ſcriptoribus, ſumma diligentia ac fide congeſto, duabus potiſſimum de cauſis illuſtriſſimae tuae Celſitudini hanc meam opellam dedicare volui.* Rurſus ibidem: *Vt ad illius* (Curtii) *ſtylum haec noſtra fortaſſe non accedant, breuibus tamen, quae de Alexandro ab auctore dicta coniicimus, bona fide exponunt.* Porro: *Cum* (Curtius) *ſcriptor ſit minime contemnendus, ego certe admittere non potui, vt diutius ita truncus manibus ſtudioſorum tereretur, ſed modis omnibus curare volui, vt quaſi*

reſarcitis iis, quae deſiderabantur, perpetua Curtii hiſtoria euolui poſſet. Quicquid itaque bonarum literarum ſectatores iucunditatis atque vtilitatis ex hac Curtii reſtitutione ceperint, id omne illuſtrisſimae tuae Celſitudini, cui me meaque omnia trado & humillime commendo, acceptum referre debebunt. Optime vale, Princeps celeberrime, & hunc meum conatum - - - obuiis, quod aiunt, vlnis excipito. Hactenus *Bruno*: vnde, quis verus ſit Supplementorum Curtianorum auctor, amplius dubitari nequit.

P. n. 2093.

XXII. *Phalethrani* ſub nomine latitare *Plathnerum*, vel ex anagrammate conſtare poteſt. Prodiit eius diſſertatio *de ſceptri Iudaici ablatione* primum Vinariae 1645 in 8. deinde inſerta *a Graeuio Syntagmati Diſſertationum* A. 1702. editarum, G. Iobi Ludolfi diſſertat. de Schilo cap. 1. not. (*i*).

A. n. 1432. a.

XXIII. *I. R. Batavi, Iuris Studioſi, Confutationem fabulae Burdonum*, auctorem habere *Ianum Rutgerſium*, credidit iuxta cum multis *Placcius*. Vide eum ſupra n. 239. Sed hoc loco, retractata priore opinione, recte docet *Ioſephum Scaligerum* eſſe verum illius ſcripti auctorem, conſultoque *Rutgerſii* perſonam adſumſiſſe. Ad id confirmandum addo epiſtolam 402. *Caſauboni*, editionis Graeuianae p. 462. ex qua patet, non ſolum *Caſaubonum Scaligero* illud ſcriptum tribuere, ſed & ab hoc ipſo notitiam veri auctoris accepiſſe. Paria

Paria reperies in epiſtola 532. & 537. in qua poſtrema etiam ſcriptum *de Tribus Capellis, Placcio num. 1434. α,* notatum, *Scioppio* tribuitur. Nec negligenda *Iac. Thomaſii* obſervatio in praefatione ad *Mureti* Orationes, vbi ſic (*a*) ſcribit: *Ioſ. Scaliger, Confutationis illius, cui alias nominis alieni, I. R. Batavi, Iuris Studioſi, (videlicet vt Ianus Rutgerſius intelligeretur,) notas praefixerat, verus auctor eſt: quem ſe ipſe Ioſephus confitetur tum alibi, tum clariſſime epiſt. 433, quae Grutero inſcripta eſt, p. 793.* Qua vero ratione inductus ſit *Chriſtoph. Adamus Rupertus*, vt in *Obſervationibus ad Florum* (*b*) Confutationem illam *Io. Bergio Ruteno* tribuat, ego quidem neſcio: illud non dubito, eum vehementer aberrare. *Rutgerſii* mentio quoniam incidit, illud addere libet, *Thomam Crenium* (*c*) ſingularem eius cum *Daniele Heinſio* amicitiam, comprobatum iuiſſe ex inſcriptione quadam, qua id & diſerte affirmat *Rutgerſius*, & *Heinſium* appellat *fratrem.* Verum *fratris* appellatio huc quidem trahi non debet, cum ea ſpectet affinitatem, quae inter vtrumque interceſſit. Habebat enim *Heinſius Rutgerſii* ſororem in matrimonio, vt patet ex illius (*Heinſii*) poëmatibus, (*d*) & e *Rutgerſii Vita* ab ipſomet ſcripta *p. 163.* Ac *Nic. Heinſius* quoque *Rutgerſium* haud dubie ſignificat, cum *avunculi ſui* meminit in epiſtola quadam ad *Iſ. Voſſium*, quam nuper publicauit doctiſſimus auctor *Nouae collectionis*

 libro-

(*a*) *p. 24. not. (a. b.)* (*b*) *p. 304. §. 1.* (*c*) *Animaduerſ. hiſtor. & philol. P. II. p. 10.* (*d*) *p. 140. & p. 257.*

Google

librorum rariorum. (*a*) Solent enim plurium regionum more ſe *fratrum* nomine compellare, cuius alter ſibi ſororem iunxit matrimonio. Quem in modum *Iſ. Caſaubonus* ſuis in epiſtolis haud raro *Paulum Stephanum*, cuius ſororem duxerat, nominat *Paulum fratrem.* Imo idem ille *Dan. Heinſius* in laudatis poëmatis (*b*) *Rutgerſium fratris* titulo plus ſemel ſalutat, affinitatem potius, quam animorum coniunctionem, reſpiciens.

P. n. 901.

XXIV. *Wahremundus ab Ehrenberg* eſt *Eberhardus a Weyhe*, per transpoſitionem literarum initialium, W. A. E. pro E. A. W. de quo illud tantum annoto, quod fuerit A. 1610. Conſiliarius *Erneſti*, Comitis in Holſtein, Schauenburg, & Starrenberg, vt patet ex *Marquardi Freheri* Dedicatione, commentariolo *de ſecretis iudiciis in Weſtphalia* praemiſſa. Vnde, quod *Placcius de Pſeudon. n. 436.* ſcribit, eum fuiſſe Cancellarium Brunſuicenſem & Luneburgenſem, de poſteriore tempore debet intelligi.

P. n. 29.

XXV. Cum Cl. *Molleri* coniectura, ſuſpicantis, ipſum *Sannazarii* nomen eſſe adſcititium, pugnat relatio *Pauli Iouii*, qui in *Elogiis* ſuis ita de *Sannazario* ſcribit; *Origo vetuſtae ſtirpis e Sancto Nazario, Lumellini agri oppido, inter Padum & Ticinum non ignobili, vnde maiores aduenerant,*

(*a*) *Faſcic. I. p. 173.* (*b*) *p. 302. & p. 368.*

nerant, *non obſcure petebatur.* Illud praeterea hic obſeruo, habitam fuiſſe A. 1704. in Academia Ienenſi, praeſide M. *Stempelio*, diſputationem *de Societate Abbreuiatorum Romana*, in qua etiam (*a*) *Sannazarius* vocatur *in Abbreuiatorum ordine clariſſimus.* Traditur enim in illa diſſertatione, ſaeculo XV. doctos quosdam viros eruditam inter ſe ſocietatem, adſcito *Abbreuiatorum* nomine, inſtituiſſe, quemadmodum hodie celebres multae ſunt eiusmodi Academiae in Italia & Gallia. Verum enimuero tota illa *Abbreuiatorum* Societas eſt mera chimaera, & fabula (*b*) iſthaec recens excogitata natales debet *Octauii Ferrarii* verbis male intellectis *Proluſ. IX:* (*c*) *Papa* (Paulus II.) *initio regni* ABBREVIATORVM ORDINEM *ſuſtulit, inter quos & Platina.* Eſt enim *Abbreuiatorum* ordo ſingulare munus in aula Pontificis Rom. eorum, qui ad epiſtolas & alia ipſius nomine ſcribenda adhibentur. Epiſtolae enim Pontificis vulgo *Breuia* vocantur: vnde *Abbreuiatorum* appellatio. Talis *abbreuiator apoſtolicus* (quem titulum ipſe *Stempelius* (*d*) meminit, ſed

(*a*) *p.17.* (*b*) Recte me ſuſtuliſſe Stempelianum errorem, agnouerunt docti Itali in *Giornale de Letterati d' Italia T. XIII. p. 420. & 421.* Ac eruditus quoque ſcriptor editi ab a. 1708. *Ausfuhrlichen Berichts von neuen Buchern p. 1056.* iudicat, me errorem Stempelii refutaſſe *ganz Sonnenklar.* Iuuenilem igitur ἀπειρίαν oſtendit, qui in *Miſcellaneorum Lipſienſium T. I. obſeru. XV.* erroris huius ſuſcepit patrocinium: haud perfunctorie in rectam viam reuocatus a Burmanno in *Praef.* ad Tomum quintum *Theſauri Antiquitatum & Hiſtoriarum Italiae, pag. 15. ſeq.* (*c*) *p. 157. edit. Patau. 1650. in 8.* (*d*) *p. 5.*

Digitized by Google

praeiudicio captus non vidit, quo pertineret,) *Platina* diſerte etiam vocatur a *Trithemio*, item a *Schedelio* in *Chronico*. (*a*) (Obiter hic annoto, verum nomen eſſe *Bartholomaeum de Platina*. Ita enim eum appellat σύγχρονος & amicus eius, *Hieronymus Paulus*, cubicularius Alexandri VI. Papae, in libello, quem vocant *Practicam Cancellariae Apoſtolicae*, cuius verba *Catalogo Teſtium Veritatis* inſeruit Flacius *num. 441. p. 853.* Vnde errare patet eos, qui *Baptiſtam* eum vocant. Nec minus errat *Stempelius*, ſuſpicans, *Platinae* nomen eſſe adſcititium, inde ipſi impoſitum, quod *Platonem* philoſophum habuerit in deliciis. Nam ipſe *Platina* in *Cononis* Papae vita teſtatur, ſe oriundum eſſe e vico *Platina*, agri Cremonenſis. Qua eadem haud dubie de cauſa a citato *Paulo* vocatur *Bartholomaeus de Platina*.) Eodem ſenſu *Theodorus a Niem* dicitur fuiſſe *literarum apoſtolicarum ſcriptor & abbreuiator* a *Spanhemio*, (*b*) & *aliquot Paparum intimus ſcriba* a *Flacio* in *Catalogo Teſtium Veritatis*. (*c*). Sic & *Barberinus* eidem muneri dicitur praefuiſſe ab *Erythraeo* in *Pinacotheca ſecunda*. (*d*) Ipſe *Platina* in *vita Pii II.* ſcribit, *Pium* hunc ſiue *Aeneam Syluium* prius fuiſſe *literarum apoſtolicarum abbreuiatorem*. Sed quid multa? Prodiit Romae A. 1691. in forma maiore *Ioan. Ciampini Diſſertatio hiſtorica de Abbreuiatorum ſiue Aſſiſtentium S. R. E. Vicecancellario in literarum apoſtolicarum expeditio-*

(*a*) *fol. 252.* (*b*) *Comp. Hiſtor. Eccleſ. N. T. p. 314.* (*c*) *cap. 334. p. 781.* (*d*) *cap. 49. p. 153.*

Digitized by Google

expeditionibus antiquo ſtatu, illorumque in Collegium erectione, munere, dignitate, praerogatiuis ac priuilegiis. Accedit, quod *Ferrarius* loco citato ſolum *Platinam* refert fuiſſe in Societate Abbreuiatorum. Addo, doctos illos viros, quos laudat *Stempelius*, haudquaquam ſibi impoſituros fuiſſe nomen barbarum, cum Latinae linguae puritati ad ſuperſtitionem vsque eſſent addicti. Sed haec ſufficiant ad errorem iſtum ex literaria hiſtoria eliminandum; quem ſilentio eram praetermiſſurus, cum Cl. *Stempelio* nunc in Gymnaſio Gottingenſi Profeſſore, in Academia Ienenſi amico vſus ſim. Sed cum metuam, ne error ille propagetur, quippe Societate illa Abbreuiatorum iam a Celeb. quodam viro in hiſtoriam literariam relata, prouidendum duxi, ne ſerperet latius. Illud tamen ſimul doceo, illo tempore quosdam doctos homines in aedibus Cardinalis *Beſſarionis* conueniſſe frequenter Romae, ac de literis diſſeruiſſe. Ipſe huius rei teſtis eſt *Platina* in *Panegyrico Beſſarioni dicto pag. m. 221.* Ac ibidem *p. 234.* exhibet plurium *Academicorum* carmina in Beſſarionem. Ex quo apparet, doctum illud ſodalitium nomen ſumſiſſe *Academia:* id quod propterea factum eſſe credo, quod Beſſarion eſſet Platonicus, ſiue *Academicus.* Ibidem *p. 247.* alius ita ſcribit: *Platina ventitabat frequenter ad aedes Beſſarionis, atque in illa doctiſſima Academia de literis facundiſſime diſſerebat.* Ac *pag. 260.* vocatur Platina *Romanae ſidus Academiae.*

A. n. 1041. & P. n. 35. γ.

XXVI. Titulus libri hic eſt: *Hiſtoriae Bauaricae*

Digitized by Google

ricae libri LXXII. Monachii 1662. fol. Volumina ſunt duo. Auctoris nomen in titulo comparet nullum, ſed Dedicationi ſubiectum eſt nomen *Ioannis Adlzreiter a Tetenweis, arcani conſilii Cancellarii.* In *Actis literariis* a Cl. *Struuio* editis (*a*) habentur verba epiſtolae *Balbini* Ieſuitae ad *Chriſtophorum Arnoldum* ſequentia: *Vidiſtine Annales Boicos Cancellarii Bauarici Adlzreiteri? Sic vos non vobis. Partus hic eſt noſtri P. Ioannis Feruaux, Lotharingi, in cuius nomine ob certas cauſas Annales illos noſtri maiores apparere noluerunt.* Quae verba repetit *Chriſtoph. Arnoldus* in epiſtola ad *Kirchmaierum,* (*b*) quae eſt vigeſima tertia inter *Kirchmaierianas.* Ibi enim per *familiarem,* a quo hanc notitiam accepit, *Balbinum* intelligit: vt ex verborum collatione apparet. Vid. & *Acta eruditorum* anni 1711. p. 58. ac Boeclerus in *Notitia Imperii lib. XII. cap. 5.*

P. n. 239. a.

XXVII. *Lucae Holſtenii* ad ſe epiſtolas *Lambecius* libro VI. *Commentariorum de bibliotheca Vindobonenſi* inſeruit, in quarum ſeptima haec legas: *In Ariſtaeneto Ioſiae Merceri induſtria ita omnia praeſtitiſſe videtur, vt nullum alienae diligentiae locum reliquerit. Nam & verſio natiua elegantia cum Graecis certat: notae autem ita omnibus numeris ſunt abſolutae, vt nec demi quicquam, nec addi poſſit.* Ad quae verba annotauit *Lambecius* prodiiſſe illam *Merceri* editionem Pariſiis A. 1594. in 8, ſed ſine auctoris nomine. *Mercero* etiam

(*a*) *faſcic. VI. pag. 53.* (*b*) *pag. 61. 62.*

Digitized by Google

etiam illam verſionem tribuit *Buchnerus* libro II. epiſt. 112. & *Scioppius de arte Critica. Caſaubonus* epiſt. 160. (a) ſcribit: *Ariſtaenetum ab illo* (Ioſia Mercero) *editum ſcis quanti ſemper fecerim. Paucula ſunt, in quibus mihi cum illo non plane conuenit. Scripſi de nonnullis ad ipſum, non vt docerem, ſed vt docerer.* Fuit enim *Mercerus* familiaris *Caſauboni*, vt patet ex huius epiſtola 582: quo minus haec res eum fugere potuit. Antea tamen ignorauerat hoc *Caſaubonus*, cum ſcilicet nondum perueniſſet in amicitiam *Merceri*, vt patet ex eius epiſtola 55. Certior tamen poſtea ea de re factus fuit a *Bongarſio*, teſte epiſtola 63. & 66. Vid. & *Barthii Aduerſaria lib. XLV. cap. 6.*

P. n. 304.

XXIIX. *Baſilium Valentinum* non eſſe fictum, ſed verum monàchi Erfurtenſis nomen, etiam demonſtrare ſtudet celeberrimus vir, *G. W. Wedelius Exercit. Cent. II. dec. I. num. IX.* quam & recenſet illuſtratque *Tenzelius* in *Bibliotheca curioſa.* (b) Contra, fictum hoc eſſe Alchemiſtae alicuius nomen, Leibnitius contendit in primo Tomo *Miſcellaneorum Berolinenſium Societatis Regiae:* cui facile ſubſcribas, vbi legeris, quae de *Baſilio* diligenter congeſſit Motſchmannus in *Erfordiae literatae* Tomo primo *p. 390 - 399.* Ex iis enim apparet, nihil fidei hiſtoricae ad nos de illo viro perueniſſe, ſed meras traditiones.

P. n. 1533,

(a) *edit. Graeuii.* (b) *A. 1706. p. 408. ſeqq.*

Digitized by Google

P. n. 1533.

XXIX. De *Pomponio Laeto* notatu digna ſunt, quae ſcribit *Ge. Schubartus*, praeceptor olim meus, in praefatione (huius enim ἀνωνύμου is auctor eſt, cuius teſtem rei non ſolum bibliopolam habeo, ſed etiam Cl. *Hambergerum* in diſſertatione (*a*) *de Francis antiquis* Ienae A. 1686 habita, ad *Conradi Peutingeri Sermones conuiuales*, Ienae A. 1681. editos. Verba ipſius haec ſunt: *Conradus Peutingerus miſſus eſt in Italiam. - - - Sic enim maiores tunc opinabantur, neminem fore eruditum, - - - niſi cum doctoribus Italis - - verſatus fuiſſet. Pomponius Laetus, natiuitate Calaber, Laurentii Vallae quondam auditor, forte laudabatur noſtro* (Peutingero) *propter linguae caſtimoniam, & inſignem antiquitatum notitiam. Quare aſſectatus eſt illum, nec difficilem in vota ſenſit. Fatetur hoc in ſermonibus, vbi de artis typographicae inuentione disquirit, atque hanc patriae communi recte vindicat, contra praeceptorem, qui multis ante ſeculis eam in vſu fuiſſe apud ſuos aſſeuerabat, & Cypriani martyris loco, male intellecto, id confirmabat. Sed candide Peutingerus ibidem iudicat, Laetum ſerio non agere, quod Chriſtiani teſtimonium vſurparet, quippe cui ſorderent eccleſiae dogmata & ſacra omnia. Romanam enim antiquitatem tam ſuperſtitioſe amabat, vt nomen Chriſtianum, a parentibus impoſitum, cum gentili permutaret, quo & hodienum celebratur. Si quae feſtorum ſolennia, ceu ſunt natalia Saluatoris, eius reſur-*

(*a*) *Cap. I. §. 4.*

reſurrectio, & miſſio ſpiritus ſancti, frequentarentur a piis, ipſe miſer architectabatur ſibi priſcam domi religionem, inque monte Quirinali, vbi ſecretus a ceteris habitabat, vrbis natalem, palilia, vinalia, apaturia, imo Romulum pro Chriſto colebat. Vani ſunt itaque, qui excuſant illum, &, quod ſanctius vitae inſtitutum ſecutus fuerit, poſteris ingerere ſtudent. Hactenus *Schubartus.* Adde *Sermones conuiuales Peutingeri pag. 40. 41.* Opera *Pomponii Laeti* coniunctim prodierunt Argentorati 1510. in 4. De *Laeto* hoc, cuius verum nomen fuerat *Iul. Sanſeuerinus,* (*a*) docta collectanea dedit *Stempelius* in diſſertatione *de Societate Abbreuiarum Romana,* ſecutus, ni fallor, veſtigia *Thomae Pope-Blount* in *Cenſura celebrium auctorum:* quanquam falſum eſſe, quod *Laetum* ordini Abbreuiatorum adſcribit, iam ſupra monuimus.

P. n. 1546. & n. 2368.

XXX. Diſſertationem *de induciis belli Belgici,* editam ſub nomine *Latini Pacati,* & *Hortationem ad amplectendas inducias,* praeſcripto *Iuliani Rosbecii* nomine euulgatam, eſſe a *Dominico Baudio* ſcripta, dubitari non poteſt, cum in editione epiſtolarum *Baudii,* quae prodiit Amſtelod. 1642. in 12. haec duo ſcripta ſub nomine *Baudii* in fine ſint adiecta p. 625. *ſqq.* & p. 646. *ſqq.* Adi & *Indicem Orationum Baudii*, illis epiſtolis praefixum.

P. n. 2427.

(*a*) Familiae Sanſeuerinae, vt videtur, diuerſae mentionem facit Miſſonius *Itin. Ital. p. 491. ſeq.* verſionis Germanicae.

P. n. 2427. & n. 1097.

XXXI. Addendum hic, quod ſcripta *Anti-Sarcmaſiana* coniunctim prodierint hoc titulo: *Pica Pieris, hoc eſt, Sarcmaſius ob intempeſtiuam loquacitatem, qua Muſas ſinceriores prouocare non erubuit, in PICAM mutatus. Ex Helicone, 1669. 4.* In hoc (*a*) volumine primum exhibetur *Inſcriptio* in ludibrium & contumeliam *Sarcmaſii.* Deinde *Sarcmaſii* iudicia leguntur *p. 6. Labronis a Veraſio* (ſub quo nomine ipſum latere *Schurzfleiſchium*, refert *Placcius*,) (*b*) Satura Sarcmaſiana publice detecta, modeſte caſtigata, *p. 18.* ὑπεϱασπισμὸς pro ſcriptis *Cyr. Lentuli* aduerſus nouum Criticum, *p. 24.* Canis ſub fuſtem miſſus, ſiue Correptio ſycophantae maximi, *E. T. Sarckmaſii, p. 31.* (Huius ſcripti auctorem eſſe *Vlricum Obrechtum*, ſcribit Auctor (*c*) *Nouae librorum rariorum collectionis.*) Poſt annectitur Satyra in *Sarckmaſium* conſcripta per *Theophil. Franc. Conr. Andr. Victorin. Frid. de Francimont.*; item *Petri Naſturtii* Iudicium de iudiciis Sarcmaſianis: poſtea *Parnaſſus infamis:* ac denique *epiſtolae* eiusdem argumenti. Sub *Theophili - - - de Francimont* nomine latitare *Oldenburgerum*, non dubito. Vt enim omittam dicendi genus, quod quidem genium

(*a*) Totum hoc volumen rurſus edidit, praemiſſis *Sarcmaſii Iudiciis,* Theodorus Cruſius 1711. 8. quem miror in penultima Praefationis ad *Acta Sarcmaſiana* (ita namque inſcripſit) pagina ſcripſiſſe, ſuam editionem ab editione anni 1669. *toto coelo diſtare.* Pauca quidem quaedam adiecit: caetera ſunt prorſus eadem. (*b*) *Pſeudon. num. 2792.* (*c*) *Faſcic. II. p. 218.*

nium *Oldenburgeri* clariſſime prodit: etiam in ſcripto illo maxime omnium defenditur contra *Sarckmaſium Burgoldenſis*, quem *Oldenburgerum* eſſe, inter omnes conſtat. Accedit, quod Satyra illa annexa deinceps fuit *Conſtantini Germanici Itinerario Germaniae politico*, (*a*) cuius haud dubie auctor eſt *Oldenburgerus*, vti & *Placcius* (*b*) agnoſcit. Addo hic iudicium *Thomaſii* de *Sarcmaſio* ex *Specimine Iurisprudentiae iudiciaiis*, vbi (*c*) ita ſcribit: *Sarcmaſius, vir incomparabilis iudicii ac eruditionis, in Germaniae Academiis, non ſine periculo, primus libertatem iuſtam recedendi a traditis veterum magiſtrorum vindicauit, ac iugum ſeruile fregit.* Caeterum non ſolum nomen familiae e Graeco finxit *Schurtzfleiſchius*, ſub *Sarcmaſii* perſona incedens, ſed & praenomina. *Eubulus* enim reſpondet Germanico eius nomini *Conradi*. *Conrad* enim dicitur quaſi *Kanrath*, id eſt, qui poteſt conſulere, *er kan rathen*, vti explicat Lutherus in libro *de nominibus propriis Germanorum pag. 25.* & Chriſt. Becmanus *de originibus Lat. ling. p. 395:* qui tamen rectius alio loco, nempe *pag. 1001.* dictum putat, quaſi *Kühnrath*, vir ſtrenui & audacis conſilii. *Samuelis* vero praenomen ſuum Schurtzfleiſchius expreſſit per *Theosdatum*, animum intendens ad hiſtoriam ſacram *1. Sam. I. 20.*

A. n. 1770.

XXXII. *Defenſionem Pupillae*, id eſt, Auguſtanae Confeſſionis, *Hoepfnero* tribuit *Rechenbergius* in

(*a*) *pag. 597. ſeqq.* (*b*) *num. 715.* (*c*) *cap. 6. p. 63.*

in libro *de ſtudiis Academicis*. (*a*) Idem vero in *Appendice ad libros ſymbolicos*, (*b*) ab amico quodam edoctus, ſcribit, praecipuas partes in illius operis elaboratione fuiſſe *D. Matthiae Hoë*. Amicus ille videtur fuiſſe *D. S. B. Carpzovius*, Concionator quondam ſupremus in aula Dresdenſi: ad quem etiam prouocat *H. Pippingius* in epiſtola ad *Thom. Crenium* A. 1704. Lipſiae edita, & cum eius *Exercitationibus Academicis* a. 1708. recuſa, *pag. 495. ſqq.* in qua ſcriptum illud *Hoëo* luculenter aſſerit, ſimul alia ſcripta theologica vindicans *Hoëo*, quae prodierant ἀνωνύμως.

A. n. 980.

XXXIII. Ieſuitam *Spee* eſſe auctorem *Cautionis criminalis*, iamdudum indicauit *Wittenius* in *Diario biographico* ad a. 1635. *d. 7. Auguſti* ac poſtea etiam *Petrus Baelius* (*c*) memoriae prodidit. *Iobus* quoque *Ludolfus* in epiſtola ad *Chriſtoph. Arnoldum*, quae exſtat in *Struvii Actis literariis*, (*d*) ſcribit: *Fridericus Spee, Soc. Ieſu, vnus fuit ex doctiſſimis prudentiſſimisque iſtius Societatis. Auctor eſt* Cautionis criminalis, *quo libro vix quicquam in eo genere exſtat prudentius.* Adeoque falſus eſt *Thomaſius*, in Diſſertatione *de crimine magiae*

(*a*) *Sect. 6. cap. 3. §. 6. pag. 301.* (*b*) *P. I. cap. XI. §. 6. p. 119.* (*c*) *Tome II. Reponſes aux queſtions d'un Prouincial.* (*d*) *Faſcic. VI. p. 51. 52.* Idem de *Speeo* teſtatur Leibnitius apud Bierlingium in libri *de Pyrrhoniſmo hiſtorico cap. 5. pag. 239.* Scripſit idem *Speeus Aretologiam*, quam *auream* appellat Hottingerus in *Biblioth. quadrip. P. IV. cap. 4. pag. 414*

magiae (*a*) ratus, ICtum aliquem ex Proteſtantibus ſub hac larua latere.

A. n. 1073, & n. 1834.

XXXIV. Illa editio *Chronici Schedeliani*, quae in bibliotheca Hamburgenſi exſtare a *Placcio* dicitur, caret titulo. Nam verba illa: *Regiſtrum huius operis* &c. ſunt tantum titulus indicis rerum hoc in opere contentarum. Vnde & indici iſti haec clauſula ſubiicitur: *Finit regiſtrum.* Scias igitur, Lector, primae aetatis typographos non conſueuiſſe titulum libri inſcribere ſeparato folio: adeoque non deeſſe exemplari illi ſuum initium & veluti caput. Eſt autem & mihi exemplum eiusdem editionis, quam *Placcius* citat: id quod cognoſco ex eius allegatis. Equidem in indice librorum, *Centuriae quintae epiſtolarum Martini Zeileri* praefixo, item in ipſa illa *centuria*, epiſtola 38. (*b*) citatur *Hartmanni Schedels Chronica Norimbergica de Hiſtoriis aetatum mundi, ac deſcriptione vrbium, Noribergae 1472. in folio.* Quae ſcriptura ſi ſalua eſt, (ego quidem nullam inuenio dubitandi cauſam,) ſequitur, vt mea editio ſit auctior, quippe quae ad plures annos protenditur. Imo vt dicam, quod ſentio, *Chronici* illus primum auctorem non eſſe puto *Schedelium*, ſed eum id locupletius edidiſſe, & quidem adiutum ab aliis: quod haud dubie in cauſa fuit, vt nomen ſuum libro non praeſcripſerit. Nam ipſum quidem nomen ſubtraxiſſe nonniſi coactum, vel ex eo patet, quod in ipſo opere

(*a*) §. V. (*b*) pag. m. 251. fin.

Digitized by Google

plus ſemel ſe nominatim indicauit. Et haec ipſa cauſa eſt, cur, vbi (*a*) nomen ſuum poſuit, ſe totius operis auctorem non vocitet: & alio loco (*b*) diſerte dicatur *Chronicon collectum* AVXILIO *Hartmanni Schedel.* Rurſus alibi (*c*) dicitur Chronicon hoc *caſtigatum eſſe a viris doctiſſimis, magis elaboratum, vt in lucem prodiret.* Addo alium locum, qui exſtat *fol. 258. b. Haec habuimus, quae per otium Nurembergenſe* ADIICEREMVS. *Vos valete & boni conſulite ex Nuremberga X. Kalendas Iunias. Anno ab incarnatione Saluatoris Chriſti milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio.* Additae ſtatim ſunt literae initiales nominis *Hartmanni Schedelii Doctoris.* Etiam haec verba mihi videntur adiicienda, quae leguntur *fol. 262. a: Quod erat officium ſuſcepti libri, auſpice Chriſto, quamuis rudibus pene verbis compleuimus, prout ingenii mediocritas tulit. Decurſis enim propoſiti operis ſex aetatibus ad metam noſtri temporis prouecti ſumus. Eſtque annus quinquageſimus tertius imperii glorioſiſſimi imperatoris tertii: ac filii eius incliti Maximiliani ſeptimus: moderni que ſummi pontificis Alexandri ſexti annus ſui pontificatus primus.* De Germanico interprete huius Chronici videatur *Caſpar Sagittarius* in *Introductione ad hiſtoriam eccleſiaſticam.* (*d*) Ipſe vidi Chronica *Hartmanni Schedelii von Anbeginn der Welt bis A. 1486.* quo anno is liber Germanice excuſus erat in forma maxima. Merito etiam hic

(*a*) *fol. 252. b.* (*b*) *fol. 266. a.* (*c*) *fol. 300. b.*
(*d*) *cap. X. §. 15. pag. 90.*

hic loci notamus quoruudam errorem, qui Chronicon illud *Æneae Syluio* tribuunt id quod facit *Samuel Mareſius*, ob id reprehenſus a *Sandio*, (*a*) & *Schmidius* quidam in libello, Wittebergae A. 1609. in 8. edito, *de Papa Ioanne VIII. femina.* (*b*) Certe ipſius *Æneae Sylui* vita breuiter ab ipſo *Schedelio* (*c*) deſcribitur.

P. n. 630.

XXXV. Eum, qui ſub *Chriſtiani Aletophili* nomine latet, literis duabus initialibus *I. F.* indicat *D. Paulus Antonius* in *notis ad Concilii Tridentini dogmata.* (*d*) Hic autem videtur ſcire potuiſſe verum auctorem, quippe qui Lipſiae ſatis diu vixit. Vnde vix aſſequor, quomodo hac in re errare potuerit: nec tamen *Alberti* de ſemetipſo teſtimonium, a *Placcio* indicatum, poteſt reiici. Niſi fallor, ſentit *Antonius* de *Ioachimo Fellero*, Theol. Lic. & Poëſ. Prof. publ.

P. n. 1231.

XXXVI. Sub *Orthuini Gratii* nomine in citato ſcripto latere *D. Io. Chriſtoph. Becmannum,* virum fama quondam florentiſſimum indicat collega ipſius, *Samuel Strimeſius* in *Annotat. ad Spanhemii Protheoriam hiſtoricam.* (*e*) & Struvius illuſtris *de doctis impoſtoribus* §. 28.

P. n. 1593.

XXXVII. *Eugenii Lombardi* ſub perſona latere *Coeleſtinum Sfondratum*, Mediolanenſem, Cardinalem & abbatem S. Galli, indicauit etiam *Tenzelius*

(*a*) *in notis ad Voſſium de hiſtoricis Latinis ad pag. 573.* (*b*) *pag.* 41. (*c*) *fol.* 250. *b.* (*d*) *pag.* 149. (*e*) *p.* 19.

Digitized by Google

in *Colloquiis menſtruis.* (*a*) Addantur *Acta Erud. Lipſ. 1708. p. 391. Elias Veielius* in exercitatione de variis oeconomiae ſacrae generibus pag. 83. meminit ſecundae editionis *ſacerdotii regalis*, non tamen nominat auctorem, ſed illum tantum vocat S. R. Imperii principem eccleſiaſticum. *Ioh. Guil. Baier* in diſſ. de iure tertii in cauſſa Regaliae cap. 1. ſect. 2. §. 14. genuinum quidem *Eugenii Lombardi* nomen ignorat, dicit tamen, hunc auctorem ex quatuor fontibus Regaliam deduxiſſe, & deinde in ſpiritualem & temporalem diſpeſcuiſſe, Pontifici tres priores partes tribuens, regi non niſi vltima relicta. Lombardi *regale ſacerdotium* recenſetur in actis eruditor. Lipſ. latin. 1685. p. 376. eiusdem tractatus anonymo Lauardini tractatui in cauſſa romanae legationis aduocato oppoſitus, recenſetur in actis eruditor. lat. 1689. p. 278.

P. n. 602.

XXXIIX. Sub *Mini Celſi* nomine latere *Sebaſtianum Caſtellionem*, tradit *Beſoldus lib. I. Politic. cap. 3. §. 31.* & *Perizonius* in *Hiſtoria ſaeculi XVI.* (*b*) Sed ego hos erraſſe puto, & ſequor ſententiam *Gotfridi Arnoldi*, in *Hiſtoria eccleſiaſtica* (*c*) tradentis, auctorem illius libri eſſe *Laelium Socinum*. *Caſtalionis* certe non poteſt eſſe liber ille, tum propter ſtylum, ab elegantia *Caſtalionis* propria remotiorem, tum quod *Caſtalio* ſaepius in hoc libro citatur nominatim. Inprimis expendendum eſt, quod *Minus Celſus* de ſe ipſo ſcribit,

(*a*) *A. 1697 pag. 6.* (*b*) *pag. 196.* (*c*) *P. IV. ſect. 22. num. 54. pag. 444.*

ſcribit, commemorans, (*a*) ſe, *cum abhinc triennium religionis ergo Italiam fugiens, Antichriſti manus euaſiſſet, & longo defeſſus itinere, maximisque exantlatis laboribus, ad Rhaetorum Alpes, ceu ad portum appuliſſet, ratus, - - - has inter eccleſias - - - indiſſolubilem eſſe doctrinae conſenſum & vnitatem; reperiſſe tandem, - - - earum quamplurimas in rebus manifeſte diſſentire.* Eadem auctor iam dixerat in *prooemio.* (*b*) Haec vero haudquaquam conueniunt in *Caſtellionem,* ſi quidem Vitam eius legas: in *Laelium* vero *Socinum* quadrant quam optime. Eſt autem liber poſthumus, ac diu poſt fata auctoris editus. Quod editor in fine praefationis indicat his verbis: *Cum hic liber poſt auctoris mortem in manum typographi deueniſſet, multum diuque dubitauit, num typis eum ſuis in publicum edere deberet.* Mortuus enim eſt *Socinus* ille A. 1562. & hic liber primum editus 1577. Falli porro neceſſe eſt *Arnoldum,* in *Hiſtoria eccleſiaſtica* (*c*) ſcribentem, *Laelium Socinum* ſub nomine *Martini Prelli* (lege *Belli,*) edidiſſe ſcriptum contra *Caluinum* de haereticis morte non mulctandis. Nam in prooemio eius, de quo iam diſputamus, libri (*d*) fatetur auctor, ſe nihil ante editionem huius libri (quae tamen poſt mortem demum auctoris facta eſt,) de eo argumento typis mandaſſe. Ibidem *Arnoldus* illud *Laelii Socini* ſcriptum, in *Caluinum* ψευδωνύμως editum, memorat. Diſſimulauit nimirum vir ille haereſin ſuam, quoad vixit. Vnde *Theodorus*

(*a*) *fol.* 9. (*b*) *pag.* 10. (*c*) *lib. XVI. cap.* 33. §. 8. (*d*) *pag.* 6.

Digitized by Google

Beza Epiſt Theol. LXXXI. (*a*) ſcribit: *Laelium Socinum, Senenſem, non niſi poſt mortem cognitum eſſe huiusmodi haereſibus laborare.* Ceterum non ita pridem *Schelhornius* in *Amoen. lit. Tom. VII. pag. 86.* in eam venit ſententiam, vt putaret, *Minum Celſum* haud eſſe nomen fictitium, & *Celſum* hunc Italum propterea differre a *Socino. Zeltnerus* in annot. ad *Ruari Epiſtolas pag. 186.* ei reſpondit, illo loco, quem indicauit Schelhornius, etiam ſub *Mini Celſi* nomine latere Laelium Socinum. Addo, etiam *Celſi Socini* nomen ſibi impoſuiſſe hunc Laelium, idque me cognouiſſe ex Langueti *Epiſtolarum* a Ioan. Petro Ludouico editarum *lib. II. epiſt. VIII. p. 28.*

P. n. 1362.

XXXIX. De *Hippolitho a Lapide* conſulatur etiam *Tenzelius* in *Colloquiis menſtruis* (*b*) qui putat, eo ſub nomine latere virum (*c*) doctiſſimum & Germanicarum rerum peritiſſimum, H E. (*d*) (forſitan Henr. Eccardum.)

P. n. 2117.

(*a*) *pag. 361,* (*b*) *A. 1689. p. 318.* (*c*) adde *Ioh. Chriſt. Manzelii* obſeruatio de vera origine nominis Hippolithi de Lapide, quae inſerta eſt part. 6. *des Juriſtiſchen Bücher Saals* num. 5. (*d*) cel. Heumannus in conſpectu rei litterariae cap. 6. §. 37. *Boguslaum Philippum Chemnitium,* nepotem magni illius Theologi *Martini Chemnitii* ſub nomine *Hippolithi a Lapide* librum *de ratione ſtatus in Imperio germanico* edidiſſe affirmat, & prouocat ad epiſtolam quandam *Horſtii,* Secretarii cuiusdam Suecici regii Sedinenſis, epiſtola inſerta eſt b. *Burcardi Gotthelf Struvii Neu eröffneten hiſtoriſch-politiſchen Archiv im dritten Theile p. 342.* verba Horſtii ſunt: *den Tractatum* de ratione ſtatus *hat* absque omni dubio *der alte ſeel.* Chemnitius *gemacht, iedoch iſt*

Digitized by Google

P. n. 2117.

XL. Sub *Philemeri Irenici* perſona latere *Martinum Meurerum*, etiam teſtatur *Neu in Acceſſ. ad Wheari Relect. hiſtor. p. 217.* vbi & de auctoribus *Theatri Europaei* quaedam affert.

P. n. 217.

XLI. Sub *Caeſaris Aquilinii* nomine latere *Scipionem Henricum* tradit & *Tenzelius* in *Colloquiis menſtruis.* (*a*)

P. n. 2780.

XLII. *Vdeni Niſicli* ſub nomine *Progymnaſmata poëtica* edita eſſe a *Benedicto Floretto*, teſtatur *Ianus Nicius Erythraeus* in *Pinacotheca* ſecunda. (*b*)

ſelbiger von einem andern bey der Reviſion mercklich verbeſſert worden. Müllerus autem, cel. Rector Hamburgenſis, in epiſtola, quae inſerta eſt *den Hamburg. Ber. 1738. n. 21. pag. 172.* monet. *Der Zeit-Rechnung nach kœnne dieſer Horſt unmœglich den oberwehnten* Chemnitium *hierunter verſtehen.* Nam hanc epiſtolam & praecedentem quoque ſcriptam eſſe anno 1649, qui annus exprimitur euidenter, vocat autem auctorem libri *den alten Chemnitium*, pergit quoque Horſtius: *Es iſt nicht ohne, weiln er lengſt verſtorben iſt, daſs daran wol mancher zweifeln mœchte, daſs es ſeine Arbeit ſey.* Sed *Bogislaus Philippus Chemnitius* eo tempore erat tantum 44 annorum, & mortuus eſt demum anno 1678. In *Horſtii* itaque epiſtola non de iuniore hoc *Chemnitio*, (uti D. Heumannus & conſiliarius Struvius putant,) ſed de eius patre *Martino Chemnitio* ſermonem eſſe, qui ab anno 1603-1618 cancellarius & conſiliarius intimus Sedinenſis fuit, & mortuus eſt 1627 in munere cancellarii Slesvicenſis. Sed alia eſt quaeſtio, an hic liber prorſus elaboratus, vel eius tantum primae lineae poſſint tribui iſti viro. (Mylius)

(*a*) *1690. pag. 344.* (*b*) *num. 31. pag. 107.*

Digitized by Google

P. n. 1556.

XLIII. Epiſtola *Caſauboni*, quae hic allegatur, eſt in editione Graeuiana 732. & exſtat *p. 959.*

P. n. 2002.

XLIV. *Eliam Pandochaeum* eſſe *Guil. Poſtellum*, probat *Ittigius* Diſſertatione de *Poſtello* §. 12. & 44. ex catalogo operum *Poſtelli, Claui abſconditorum* (qui itidem *Poſtelli* liber eſt,) in editione Belgica adiuncto: item ex *Peterſenii Nube Teſtium P. III. pag. 29:* denique ex *Lindani Panoplia euangelica lib. IV. cap. 6.* Vid. & *Obſeru. ſel. Hal. Tom. IV. Diſſ. XII. p. 263.* & *T. X. Diſſ. IX. p. 213.*

A. n. 1523. a.

XLV. *Menippi* auctorem eſſe *Io. Val. Andreae*, coniicit etiam *Leibnitius* in *Noua methodo Iurisprudentiae.* (*a*) Nec id quisquam dubitauerit, qui ex aliis illius *Andreae* ſcriptis eius ſtylum, indolem ac methodum perdidicit.

P. n. 1055.

XLVI. *Petri Firmiani Gyges Gallus: acceſſere Somnia ſapientis, Pariſ. 1660. in 12.* Editio illa, quam ego vidi, ſatis ſuam prodebat originem, nempe quod parata ſit in Germania. Ac Argentorati factam eſſe alteram editionem, idoneus mihi teſtis eſt Boeclerus in *Bibliographia critica p. 642.* Ipſe *Firmianus* in dedicatione & praefatione libri citati ſatis clare ſuam perſonam deſcribit. Etiam in huius libri fine (*b*) refert, ſe Gallica lingua ſcripſiſſe *Philoſophiam Chriſtianam*, item *de Monarchia verbi incarnati tomos duos;* Latina vero lingua *Genium*

(*a*) *P. II. §. 99. pag. 189.* (*b*) *pag. 477.*

Genium ſeculi, & denique *Gygem Gallum* cum annexis *Somniis*. Monachum vero Capucinum Galliae, nomine *Zachariam Lexouienſem*, *(de Liſieux,)* induiſſe perſonam *Firmiani Galli*, docet etiam Spenerus, *Conſil. Theol. Lat. Part. I. pag. 13.* & Gryphius in libro *de hiſtoricis ſeculi XVII.* *p. 286.* & Guido Patinus in *Actis eruditorum 1718. pag. 520.* In catalogo bibliothecae Vilenbroukianae Patt. 2. p. 258. editio Pariſienſis anni 1658. in 4. adducitur de Gyge Gallo.

P. n. 1905.

XLVII. *Iudicium de regula credendi Ioan. Amos Comenium* aduerſus *Valerianum Magnum*, *Capucinum*, ſcripſiſſe ſub nomine *Vlrici* (Huldrici, vt habet Bailius l. c.) *Neufeldii*, eumque librum poſtea in Batauis praefixo nomine genuino ad prelum eſſe reuocatum, teſtatur ex ore *Danielis Comenii*, filii *Heſenthalerus*, in epiſtola ad *Boineburgium*, quam inſeruit *Struvius Actis literariis.* (*a*) & Bailius dans le Dictionaire critique voce *Comenius*, not. G. qui ideo Comenium ſuum nomen diſſimulaſſe ait, ne implicaretur litigiis cum Papiſtis; reformidauit enim hos & valde tepide contra illos ſcripſit.

A. n. 1484.

XLIIX. *Hyginum* & *Polybium de caſtris Romanorum* edidit R. H. S. *Amſtelod. 1660. in 4.* *Heinrici*, Scholae Roterodamenſis Conrector emeritus, mihi confirmauit, ſub litteris R. H. S. latere

(*a*) *Faſcic. VI. pag. 29.*

latere *Rabotum Hermannum Schelium*, nobiliſſimum pariter ac doctiſſimum virum. Addebat, *Io. Frider. Gronouium* de illo *Schelio* dicere ſolitum eſſe; *Omnia, quae ego noui, nouit & Schelius: ſed non omnia, quae Schelius nouit, ego noui.*

A. n. 1809.

XLIX. Huc pertinent *Hiſtoricae vindiciae pro Herm. Conringii Cenſura diplomatis Ludouiciani, Lindauiae 1700. fol.* Harum auctorem eſſe *Tho. Welzium*, reip. Lindauienſis Syndicum, tradiderat D. *Struvius* in diſſertat. *de doctis impoſtoribus.* (*a*) Sed *Tenzelius* hanc Diſſertationem recenſens in *Bibliotheca curioſa* (*b*) docet, quod & antea factum erat in *nouis literariis Hamburgenſibus* (*c*) ſe verum eſſe illius libri auctorem: quanquam *Welzius* nonnulla ad priuilegia vrbis pertinentia addiderit. Vnde & Cl. *Struvius* in altera editione dictae Diſſertationis errorem ſuum emendauit. Idem *Tenzelius* aliis locis *Bibliothecae curioſae* (*d*) ſibi tanquam auctori illum librum adſcribit: cui & tribuit *Iuſtus Pontaninus* in *Vindiciis antiquorum diplomatum.* (*e*) Addo, quod in Sereniſſimis Ducis Sax. Gothani muſeo (non loquor de celebri bibliotheca Gothana publica,) viderim illum librum, Principi haud dubie a *Tenzelio* donatum, qui a tergo haſce habebat impreſſas aureas literas: TENZELII APOLOGIA PRO LINDAV. Vid. & *Vita Tenzelii lit. G, a.*

P. n. 646.

(*a*) *§. 30. pag. 53.* (*b*) *An. 1704. p. 504. ſeq.* (*c*) *A. 1703. pag. 427.* (*d*) *An. 1705. pag. 483. ſeq. & pag. 487.* (*e*) *lib. I. cap. 6.*

Digitized by Google

P. n. 646.

L. *Libros Rhetoricorum ad Herennium* ſcripſiſſe *Cornificium*, dubie ſentit *Muretus (a) Ciceronis* eſſe non poſſe, illud indicio eſſe credit *Nicolaus Suſius, (b)* quod vtatur verbis, a *Gellio* damnatis. Ac iam olim *Angelus Decembrius* in ſua *Politia literaria (c)* libros illos *Ciceroni* abiudicauit. *Phil. Beroaldus* in *Opuſculis* ſuis, *(d)* de Rhetoricis hisce ad *Herennium* libris ita iudicat: *In his praecepta docendi oratorias artes plurima & paene omnia ad amuſſim praeſcribuntur, quos libros quidam non Ciceronis, ſed alterius oratoris, & potiſſimum Cornificii, eſſe contendunt: ſuper qua re nunc mihi non eſt diſputandi locus. Hoc vero exploratiſſimum eſt, hos libros rhetoricos, ſiue a Cicerone compoſiti fuerint, vt Priſcianus exiſtimat, ſiue ab alio, neſcio quo, eſſe luculentos, limatos, emunctos, & in primis conducibiles ad docendam eloquentiam. Conr. Sam. Schurzfleiſchius* edidit Witteb. 1703. Diſſertationem *de auctoritate rhetoricorum ad Herennium*, in qua ſuam ſententiam ita proponit: *Argumentis grauibus moueor, vt ad Riccoboni* (is Ciceronem auctorem eſſe negauerat,) *cauſam me adiungam, propterea quod locutio rhetoris Herenniani permultum a Ciceronis eloquentia diſtat, & cum talibus ſaepe vocabulis permixta eſt, quae neque vſurpauit (e) Cicero, neque Ciceronis aetas recepit.*

(a) *Orat. 13. Vol. II. p. 319.* (b) *lib. de Stylo cap. X.* (c) *lib. I. cap. 10.* (d) *fol. XI. a.* (e) E g. cum ita ſcribit: *animus auditoris perſuaſus bidetur.* Sic enim vulgus quidem Latinum loqui aſſolebat, non item elegantiae ſer-

recepit. Quanquam imitandi induſtria eius quodammodo ſimilis eſſe voluit, & bene multa ex Ciceronis de inuentione libris, ne mutatis quidem alicubi verbis, deſumſit. Adeatur & *Io. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina. (a)* Nec poſſum non hic afferre verba *D. Io. Fabricii*, Theologi Helmſtadienſis, quae habet *in Annotationibus ad D. Baieri Compendium Theologiae poſitiuae pag.* 45. Scribit autem ita: *Quatuor ſunt libri Rhetoricorum ad Herennium, qui vulgo Ciceroni tribuuntur. Sed Cicero non eſt eorum auctor, quia nec ante, nec poſt libros duos de Inuentione compoſiti ſunt. Non antea: quia alias eorum in libris de Inuentione feciſſet mentionem. Nec poſt: quia ſequeretur, illos ad Herennium eſſe cultiores ac politiores, cum tamen ſecus ſit.*

A. n. 2329.

LI. *L' Europe viuante, à Geneue 1667. in 4. Io Andr. Boſius* in exemplari ſuo adſcripſit, ſe ex epigrammate quodam Gallico, prope finem libelli Gallici, cui titulus: *Burlesque de Veſeloue*, editi Brunſuigae An. 1667. exſtanti, collegiſſe, auctorem huius libri eſſe *Mr. Chapuiſeau.* Nec aberrauit. Nam A. 1669. auctor nomen ſuum volumini ſecundo praefixit.

P. n. 812.

LII. *Ioan. Gerhardus Confeſſ. Cathol. Prooem. Cap. III.* ita *(b)* ſcribit: *Exſtat liber aliquis, cui titulus:*

monis ſtudioſiſſimus Tullius. Vid. *Poecile* mea *Tom. III. lib. 2. pag. 322.*

(a) *lib. I. cap. 8. p. 95. ſqq.* (b) *p. 10. edit. nouiſſ.*

Digitized by Google

titulus: Onus Eccleſiae. *Compilatum fuit hoc ſcriptum An. 1519, vt in fine libri habetur, ac primum quidem Landshutae in Bauaria A. 1524. per Ioannem Weiſſenbergerum, poſtea vero A. 1531. Coloniae editum. Auctor eius cenſetur* Ioannes, Epiſcopus (*a*) Chemenſis, *Archiepiſcopo Salisburgenſi a ſuffragiis, cuius nomen etiam editioni poſteriori in frontiſpicio ſtatim praefigitur. Teſtimonia* (*b*) *ex eo adducta pontificii repudiare non poſſunt, quia Lutheri doctrinam multis locis perſtringit, ex quo, vt & aliis indiciis, colligitur, Romanae religionis hominem ipſum fuiſſe. Gerhardo* ſubſcribit *Iacobus Thomaſius programmate* XLIV. (*c*) & *Ioan. Conr. Dietericus*

(*a*) Etiam Miraeus hunc librum ſine dubitatione tribuit *Ioanni, Chemenſi Epiſcopo, Archiepiſcopi Salisburgenſis Suffraganeo,* in libro ſuo *de ſcriptoribus ſaeculi XVI.* §. 110. qui & Epiſcopatus illius mentionem facit in *Notitia Epiſcopatuum lib. IV. pag.* 207. Cum vero quidam doceant, eo tempore nullum *Ioannem* fuiſſe Epiſcopum Chiemenſem, Schelhornius in praeclaro *de fatis religionis Euangelicae in prouincia Salisbürgenſi* libello §. *VI.* credit, ſcriptorem *Oneris Eccleſiae* fuiſſe Chiemenſis Epiſcopi Suffraganeum: quae quidem ſententia longe praeferenda eſt coniecturis Iac. Thomaſii & Ioan. Chriſtoph. Coleri: quorum ille, Staupicium eſſe auctorem ſuſpicatus eſt: id quod Catalogus MSS. ipſius Diſſertationum docet, ſecundae *Originum* eius *Hiſt. philoſ. & eccleſ.* editioni annexus, *p.* 210; hic in *Supplementis Bibliothecae* ſuae *Theologicae p.* 107. ſibi perſuaſit, medicum quempiam, non theologum, fuiſſe huius conditorem operis, ſiue *Oneris.*

(*b*) Ex hoc opere excerpta multa exhibet Io. Wolfius *Lect. memor. Cent. XVI. p.* 106 - - - 114. & Dietericus loco paulo poſt laudando, itemque Schelhornius in eo, quem modo commemoraui, *libro* §. *VII. VIII.* & *IX.* Tho. Crenius in *Animaduerſ. philolog. P. IV. p.* 88. (*c*) *pag.* 513.

Digitized by Google

Dietericus in *Auctario Catalogi Teſtium veritatis.* (*a*) illud obſerua, quod epiſcopi Chiemenſes nomen gerant a lacu Chiemo (*Chiem-See*) in finibus Saliſburgenſibus: vnde ab aliis vocantur epiſcopi Chiemſeenſes. Recenſitus hic liber (nempe *Onus Eccleſiae*) fuſiſſime reperitur in *Bibliotheca antiqua.* (*b*)

P. n. 1160.

LIII. *Martinus Zeilerus Centur. V. epiſt. 28. pag. 182.* ſcribit ita: *Auf deſſelben Anſuchen, wer die Fürſtlichen Tiſch-Reden eigentlich gemacht? erinnere ich, daſs Iohann Textor in der Vorrede an den Leſer über die Naſſauiſche Chronic, am 15den Blat, ſchreibet, daſs erwehnte Tiſch-Reden, ſo unter dem Nahmen Iohann Werner Gebhards herumgehen, der Hippolitus a Collibus gemacht habe.*

A. n. 815. a.

LIV. *Marcum Antonium de Dominis* eſſe auctorem operis, quod inſcribitur: *Papatus Romanus*; etiam affirmat vir elegantiſſimus nec talium rerum incurioſus, *Ioan. Tobias Maior*, Theologus quondam Ienenſis in *Annotationibus ad Acta apoſtolorum.* (*c*)

A. n. 1077. a.

LV. Titulus libri is eſt: *Sentimens de quelques Theologiens de Hollande ſur l' hiſtoire Critique du vieux Teſtament, composée par le P. Richard Simon de l'Oratoire, ou en remarquant les ſautes de cet Auteur,*

(*a*) *Claſſ. IX. cap. 15. pag. 217. ſeq.* (*b*) *A. 1705. p. 205. ſeqq.* & *315. ſeqq.* Recenſetur etiam hic liber in editione anni 1620. (quam & ipſe poſſideo,) in *Vnſchuldigen Nachrichten 1713. pag. 177. ſeqq.* (*c*) *pag. 24.*

Digitized by Google

Auteur, on donne divers principes utiles pour l'intelligence de Ecriture ſainte. Amſtelod. 1685. in 8. Hunc librum *Rich. Simonius* in reſponſione ad illum ſua tribuerat *Allixio*, ſacerdoti olim Clarentonenſi: quod non ſolum negat *Clericus*, (*a*) ſed & ſemet ipſum verum ait (*b*) eſſe auctorem, in *Parrhaſianis.* Id repetit in *Bibliotheca ſelecta* (*c*) & in libro ante laudato (*d*) multa affert ad ſe purgandum iis, qui ex lectione libri illius Gallici peſſimas ſibi tribuerant opiniones. Idem tamen *Clericus* negat, (*e*) ſe auctorem eſſe *tractatus de Inſpiratione*, illis *Iudiciis* (*Sentimens*) *Epiſt. XI.* & *XII.* inſerti: ſed & illos falli addit, qui *Alberto de Verſé* eum tribuant. (*f*) Edidit etiam *Clericus* A. 1686. *Defenſe des Sentimens ſur l'Hiſtoire Critique du V. T.* Ac hunc librum eſſe ſuum, fatetur in *Vita* ſua *pag. 51.* & *53.* itemque *T. XIV. Bibl. ſelectae pag. 400.* &c. Conf. *Benthemius im Holland. Kirch-und Schul-Staat* Part. II. cap. IV. §. 93. pag. 386.

P. n. 1697. β.

LVI. *Catechiſmus Romanus* auctores habet *Paulum Manutium*, *Iulium Poggianum*, *& Cornelium*

L

(*a*) *Tom. I. Parrhaſ. pag. 364.* (*b*) *ibidem pag. 375.* (*c*) *Tom V. p. 349. & 363.* item *Tom. XVIII. pag. 193.* & in praefatiuncula Partis poſterioris Tomi XXIII. Idem fatetur in *Vita* ſua p. 50. Conf. eius Bibliotheque ancienne & moderne T. XVI. pag. 335. ſeq. (*d*) *Tom. I Parrhaſ. pag. 356 ſeqq.* (*e*) *ibid. pag. 375.* Tamen in *Vita* ſua pag. 52. non obſcure fatetur, ſe eſſe auctorem. Addit autem, ſe illam ſententiam tantum diſputationis cauſa protuliſſe, non quod ſibi rata & fixa eſſet. (*f*) *Conf. ibidem pag. 364. 365. 366.*

nelium Amaltheum : teſte *Erythraeo* in *Pinacotheca* tertia (*a*) Adiungo auctores *Catechiſmi Tridentini*, *Leonardum de Marinis*, *Ægidium Faſcararium*, & *Franciſcum Forerum.* Vid. *Acta erudit.* 1713. *p.* 351. & Io. Fabricius in *Hiſtoria ſuae bibliothecae Tom. VI. pag.* 457.

P. n. 2834.

LVII. Liber ſub titulo : *Vincentii Lenis Theriaca*, in quo refellitur *Dionyſii Petauii* ſententia de libero arbitrio, auctorem habet *Libertum Fromondum*, doctorem Louanienſem, teſte *Clerico* (*b*) qui & docet, *Elenchum* illius *Theriacae*, a *Petauio* confectum, inſertum eſſe tertio tomo operum *Petauii de doctrina temporum*, edit. Amſtelodami 1703.

P. n. 2516.

LVIII. Obſeruat *Clericus*, (*c*) quod in Belgica editione *Criticorum ſacrorum* hic *Ionae Schlichtingii*, Sociniani, contra *Grotii* librum de Antichriſto ſub nomine *Ioan. Simplicii* liber, magno turpique errore tribuatur *Claudio Salmaſio.* Addit erroris huius cauſam. Nempe *Salmaſius* quoque aduerſus *Grotium* ſcripſerat adſcito nomine *Simplicii Verini*, vt & a *Placcio* doceri (*d*) videas. conf. etiam le Dictionaire critique de Monſr. Bayle voce *Des-Marets*. Monſr. Ittigius a cenſuré Matthieu Polus, qvi avoit dit, qve Claude Saumaiſe ſous le nom de Simplius Verinus refuta Hugues Grotius ſur l' explication de qvelques

(*a*) *num.* 5. *pag.* 24. (*b*) *Biblioth. ſel. Tom. II. p.* 218. (*c*) *lib. cit. pag.* 267. (*d*) *Pſeudon. num.* 2518. *a.*

Digitized by Google

qves paſſages du nouveau Teſtament, qui ſe raportent a l'Antechriſt. Mr. Ittigius pretend, que ce fut notre Des-Marets, qui ſous le nom de Iohannes Simplicius, refuta cette explication de Grotius. J'ai 3 choſes à dire contre cela 1) Il eſt tres certain, que Saumoiſe a pris le nom de Simplicius Verinus dans deux ouvrages, qu' il publia contre Grotius l' an 1646 mais ces ouvrages ne regardent point le traité de l' Antechriſt. L'un regarde la diſcuſſion de l'apologie d'André Rivet, avec qui Grotius avoit eté fort long tems en guerre ſur la reunion des chrêtiens. L' autre traité de la transſubſtantiation. Voici le titre du premier; Simplicii Verini ad Iuſtum Pacium epiſtola, ſiue iudicium de libro poſtumo Hugonis Grotii 2) Mr. Des-Marets ne deguiſa point ſon nom, lors qu' il ecrivit contre Grotius au ſujet de l' Antechriſt, car il mit au frontiſpice de ſon livre tout ceci: Diſſertatio de Antichriſto &c.

A. n. 958. αα, β, γ. δ.

LIX. Quae in his numeris habet *Placcius*, iisdem verbis, ſed Germanice leguntur in *Vita Conringii a Clarmundo* (*a*) congeſta. Verum obſtare videtur relatio Baronis *Boineburgii*, quippe qui in epiſtola quadam *ἀνεκδότῳ* (*b*) ad *Prüſchenkium* d. 28. Sept. 1655. Moguntiae ſcripta haec habet: *Iam mitto tibi, quae pro iuribus Electori meo*

L 2

(*a*) *P. V. n. 13. p. 111.* (*b* Edidit deinde hoc epiſtolae fragmentum vna cum aliis a me acceptis Struuius in *Act. liter. faſcic. VIII. p. 47.* Vid. ibidem *p. 56.*

Digitized by Google

meo in conſecrando Rege Germaniae aſſertis contra Colonienſes hac hora demum ex operis ſortitus ſum. Iudica quaeſo, vtri putes conuenire prae altero id, quod obtendit? Menda ipſe tolles, vel interpretaberis. Tum & ignoſces exiguitati operis. Scio ipſus, id duplo pluribus ex Hiſtoria teſtimoniis roborari potuiſſe, ſi tantundem veterum librorum praeſto fuiſſet, quanto opus eſt ad talia praeſcribenda, quorum conſcientia & appenſitatio a memoriis veteris aeui dependet. Egeſtas otii quoque excuſauerit vltro auctoris parcimoniam, in verbis ſub pondere tanti argumenti indecoram forte. Quot enim implicamentis curarum ſubinde recentium, & in dies grauiorum, laboremus, aegre & nos dixerimus, & tute tibi perſuaſeris. Iterum epiſtola ad eundem Moguntiae d. 22. Octob. 1655. exarata, itidemque inedita ſcribit: *Iam dum haec ſcribo, redduntur mihi literae ab optimo doctiſſimoque noſtro Conringio, quibus indita erat & grauitatis dignitatisque plena ad Eminentiſſimum Electorem meum epiſtola, & ſolida Aſſertio Iuris Moguntini in Regibus coronandis, ſatisque ampla, & quae omnino congruit cum libello hic nuper a nobis edito. Edemus illam pariter: num vero Conringii nomen in ſuperſcriptione ſimus appoſituri, nec ne, deinceps diſpiciemus. - - - Mirum valde eſt, nos hic, illicque eum, neutrum de altero comperientes quicquam, in eodem argumento illaborantes ita conſonaſſe, vt pene eadem dixiſſe vtrobique & ſenſiſſe videamur. Iurare tibi poſſum, nec illum noſtra hactenus vidiſſe: nec per naturam rerum eius Commentationem tum nos habere quiuimus, cum necdum*

Digitized by Google

necdum exſtaret. Hodierno cum veredario ei demum noſtra transmitto. Rurſus in epiſtola ad eundem Francofurto d. 20. Sept. 1656. data, cuius haec pars edita eſt a Cl. *Struvio* (*a*) ita ſcribit: *Facias me certiorem, num omnia noſtra ſuper iure noſtrate conſecrandi Reges noſtros edita videris nec ne, Si nactus es ea, ſcribe id, quaeſo: ſin minus, mittam. Praeter Germanicam Ratisbonae ſcriptam, at rudem epiſtolam, eo argumento vulgauimus huc vsque (1) Diſſertationem, nouem quaternionibus, (2) Trutinam omnis huius concertationis, (3) Aſſertionem, ſtylo optimi mei Conringii, (4) Examen argumentorum Colonienſium ſyllogiſtice propoſitorum, (5) Diſſertationis iterationem, (6) Caſtigationes gerrarum aduerſae partis. Quas tractationes ſequetur vernacula ſcriptio de interpretatione Aureae Bullae. Spero eruditis ſatisfactum iri.* Ex his patet, omnium primam ſcriptionem de hac controuerſia, quae tum Moguntino Electori cum Colonienſi interceſſit, auctorem habere *Boineburgium*, nempe *Epiſtolam Germanicam*: deinde & *Diſſertationem*, IX quaternionibus conſtantem, & *Trutinam omnis huius concertationis*; reliqua vero, nempe (*b*) *Aſſertionem, Examen, Diſſertationis Iterationem*, & *Caſtigationem* auctorem habere *Conringium*, quod & *Boineburgius* indicat his verbis epiſtolae poſtremae: *ſtylo optimi mei Conringii.* Nec obſtat, quod in iſta epiſtola *Boineburgius* omnia illa ſcripta vocat *noſtra.* Neque enim

 is ideo

(*a*) *Act. liter. Faſcic. III. pag. 48.* (*b*) Hanc & Conringio tribuit Sagittarius *Introduct.* ad *Hiſt. eccleſ. cap. IX. §. 9. pag. 53.* in nota.

ideo inquit, *noſtra*, quod ipſe omnia compoſuerit, ſed quod omnia edenda curauerit. Deinde & ideo inquit, *noſtra*, ſcilicet ad noſtram ſiue noſtrae aulae defenſionem ſcripta.

P. n. 103. & n. 2478.

LX. Cur *Sagittarius* (*a*) adſciuerit nomen *Alctophili von Selenen*, in promtu eſt ratio. Nimirum alluſit ad patriam ſuam, Luneburgum. Graecis enim σελήνη ſignificat *lunam*, vnde Luneburgum quidam deducunt. Eadem de cauſa *Guſtaui Seleni* perſonam ſumſerat *Auguſtus*, Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis, de quo vide *Placcium*. (*b*) Quanquam mea quidem ſententia illa etymologia minus vera iudicanda eſt. Luneburg enim deſcendit a *Burg* & *Leu*, veteri vocabulo Saxonico, pro quo nunc dicimus *Lövve*, vt ſit *Leuenburg*, ſiue *Lövvenburg*, ab Henrico Leone: a quo eodem *Lübeck* nomen accepit, cuius antiqua ſcriptura eſt *Lübic* & *Lüwick*, a *Leu*, id eſt, *leo*, & *Wick*, quod oppidum ſignificat, vnde & *Bardevvick*, *Brunsvvick*, *Oſtervvick*. Sed & haec ſunt alius loci.

P. n. 1881.

LXI. *Placcius* dubium reddit lectoris animum, dum h. l. ſcribit, verum ſcriptoris librorum *de Officiis* nomen eſſe *Lucam Opalenium*, qui ſe occultarit ſub nomine anagrammatico *Paul Naeocelii*: alio vero loco (*c*) plane contrarium docet,

(*a*) Huius inter opera etiam hunc librum recenſet Ioan. Andr. Schmidius in *Vita Sagittarii pag. 135*. (*b*) *Pſeudon. n. 2480*. (*c*) *Pſeudon. n. 1947*.

docet, nimirum verum nomen eſſe *Paulum Naocellum*, (ita enim ibi falſo exſcriptum eſt pro *Naocelium*,) adſcititium vero nomen eſſe *Lucam Opalenium*. In poſteriore ſententia etiam fuit *Kulpiſius*, vt teſtatur *Collegium* eius *Grotianum*. (*a*) Sed hunc errorem eſſe, prioremque ſententiam veritati conſentaneam, partim ex eo patet, quod alteri editioni librorum *de Officiis* verum nomen *Lucae Opalenii* inſcriptum eſt, vt ipſe *Placcius* hoc loco teſtatur: partim ex luculento teſtimonio, quod exhibent *Acta Eruditorum* Lipſiae publicata. In horum namque *Tomo II. Supplementorum* (*b*) laudatur *Vir generis, dignitatis & eruditionis claritate illuſtriſſimus, Lucas Opalenius, Palatinus quondam Poſnauienſis, qui Romano ſermone ſcripſit librum* de Officiis, *in Hollandia primum, curante Forſtero. Bibliopola Dantiſcano, typis editum.*

P. n. 2518. a.

LXII. Libri contra Transſubſtantiationem Pontificiorum ψευδωνύμως editi auctorem eſſe *Cl. Salmaſium*, teſtatur etiam doctiſſima virginum, *Anna Maria Schurmannia*. (*c*) itemque Boineburgius in *Actis literariis Struvianis faſc. VIII. p. 42.*

P. n. 1226.

LXIII. Celeberr. *Thomaſius* in *Reſponſo* ſuo *de Claue ligante* (*d*) allegat *Anonymum in Grallis ſeu*

 vere

(*a*) *Exercit. I. §. III. not. f.* (*b*) *Sect. III. pag. 150.* (*c*) *in epiſt. pag. 122.* (*d*) *pag. 144.* Vtriusque libri auctorem fuiſſe Conſulem quendam Middelburgicum, refert Thomaſius in *Hiſtoria contentionis inter imperium & ſacerdotium pag. 357.* & *391. 392.*

vere puerili cothurno ſapientiae, quo ſe jactat apud imperitos Guilielmus Apollonius; item alium ſimilem eiusdem anonymi librum, cui titulus: *Grallator furens de nouo in ſcenam productus.* Memini, me hos libros aliquando vidiſſe, in forma octuplicata, iuſtae molis, & pluribus ſcriptis eriſticis conſtans volumen. Sed ſolet id libris eriſticis accidere, vt procedente tempore negligantur & pereant, recte obſeruante *Clerico* in Diſſertatione, *an ſemper reſpondendum calumniis Theologorum.* (*a*) In qua ipſa Diſſertatione confirmari videtur *Benthemii* relatio, quod ſcilicet *Salmaſius* prolatorum ſcriptorum fuerit auctor.

P. n. 2736.

LXIV. Sub *Troilo* nomine latere *Merbizium*, Scholae Dresdenſis Conrectorem, etiam obſeruauit *Tenzelius* in *Colloquiis menſtruis*, (*b*) cuius haec verba ſunt: *Franz-Ferdinand von Troilo Reiſe-Beſchreibung ins gelobte Land, vvelcher nicht allein ſich fälſchlich für einen Edelmann ausgegeben, und da er nicht vveiter kommen können, ſich endlich zum Ritter der heiligen Grabes gemachet; ſondern auch das Reiſe-Buch, vveil ihm, ſeinem Vorgeben nach, das Diarium von denen Mönchen abgenommen vvorden, durch Valentin Mörbiz Beyhülffe zu Dresden aus allerley Scribenten zuſammen geklaubet und drucken laſſen.*

P. n. 1517.

LXV. *Fechtii* argumenta (*c*) ex eo confirmantur magno-

(*a*) *Art. Crit. Vol. III. p. 382. ſeq.* (*b*) *A. 1689. p. 246.*
(*c*) Vid. & Reimmanni *Hiſt. lit. Germ. T. V. p. 684.*

magnopere, quod *M. Iuſtus Chriſtophorus Vdenius* in *Noua* ſua *excerpendi ratione* Lipſiae 1696. edita, *pag.* 50. meminit *D. Sebaſtiani Niemanni Hiſtoriae eccleſiaſticae*, quam auctor A. 16 8. in Academia Ienenſi ſtudioſis publicae in calamum dictauerit: quo quidem tempore *Kortholtum* in Academia Ienenſi vixiſſe, Facultatisque Philoſophicae Adiunctum fuiſſe, ſatis conſtat ex ipſius Diſputationibus id temporis editis. Indicat autem ſimul *Vdenius, Hiſtoriam Niemanni eccleſiaſticam* in primis accurate verſari in hiſtoria haereſium Atqui in illa hiſtoria, quae ex MS *Kortholti* edita eſt, in prooemio §. VII. haec habentur: *Quanquam vero, vt ex dictis conſtat, tam late patet hiſtoria eccleſiaſtica, vt complectetur omnes res in eccleſia geſtas ab exceſſu Chriſti & apoſtolorum ad hodierna vsque tempora, nobis tamen, nimiae prolixitatis vitandae gratia, hac vice ſufficiet ea enarrare, quae in primitiua eccleſia contigerunt, ita tamen, vt cetera ἀξιομνημόνευτα curſim tantum attingamus,* IN HAERESIBVS AVTEM ET HAERETICIS RECENSENDIS PAVLO SIMVS FVTVRI PROLIXIORES. Ex quibus etiam verbis patet, auctori initio conſtitutum fuiſſe, priora tantummodo perluſtrare ſaecula, ſed poſtea, fortaſſe rogantibus auditoribus, conſilio mutato, telam hiſtoriae eccleſiaſticae ad ſua vsque tempora pertexuiſſe.

P. n. 1608.

LXVI. *Epiſtola Luciferi de non apoſtolicis quorundam moribus* edita a *Flacio* eſt Magdeburgi A. 1549, vt teſtatur in *Catalogo Teſt. Verit. cap.* 359.

 pag. 799.

pag. 799, qui & pagina ſequenti alius editionis A. 1507. factae meminit. Hanc epiſtolam in vetuſtioribus quibusdam codicibus *Nicolao Oremio* tribui, idem teſtatur *cap. 306. p. 751*, & vero conſentaneum iudicat his verbis: *Tempus ſane propemodum conuenit, nec etiam ſententia epiſtolae ab eius animo multum diſcrepat.*

CAPVT III.

IN QVO

Quaedam Placciani operis *ſupplementa exhibentur.*

PRODIIT ſuperiore ſaeculo liber *Hiſtoriam Seuarambum*, populi recens detecti, prae ſe ferens. Is primum Anglica lingua editus eſt, deinde in Gallicam conuerſus & Pariſiis 1682. in 12. partibus 3. hoc titulo editus: *Hiſtoire des Seuarambes, peuples, qui habitent vne partie du troiſieme Continent, apellé la terre Auſtrale.* (Meſſieurs de Port-roial procurarunt gallicam huius hiſtoriae verſionem, cuius ſecunda editio prodiit Amſtelod. 1716.) tum a *G. v. Broeckhuizen* in Belgicam linguam translatus, ſub titulo: *Hiſtorie der Seuarambes, behelzende een Beſchryuing van het onbekend Zuidland.* Amſtelodami 1682. in 4. Partes ſunt IV. multis figuris diſtinctae. Denique Germanica veſte indutus, hac facie prodiit: *Geographiſches Kleinod, aus zvveyen ſehr ungemeinen Edelſteinen beſtehend, darunter der erſte eine Hiſtorie der neu erfundenen Völcker (Seuarambes genannt &c.) Der*

Digitized by Google

Der andere aber vorſtellet das innere Africa, anfänglich in Engliſcher Sprache heraus gegeben durch A. Roberts Sulzbach, An. 1680. in 4. loco impreſſionis non indicato, 2 Alph. Vbi annotandum, poſteriorem Germanici voluminis partem, de interiore Africa agentem, ab Hollandica editione abeſſe, eandemque non fictam hiſtoriam, ſed ex vero expreſſam videri. Propoſitum eſt auctori, ſub hiſtoria de Seuerambibus deſcribere optimam ac feliciſſimam omnibusque abſolutam numeris rempublicam, cuius conſilium non contemnendum vocat cel. *Morhofius* in polyhiſt. liter. lib. 1. cap. 8. §. 23. vt nimirum ſublato pecuniae vſu (vnde omnia in rem publicam vitia) ciues per magnas quaſi familias diſtincti e publico alantur & veſtiantur. Idem tamen in praefatione & initio libri hoc ſuum conſilium callidiſſime diſſimulat, lectoribusque perſuadere ſtudet, ſe hiſtoriam, non ingenioſam fabulam contexere. Eamque in rem omnia congeſſit, quae ad fidem dictis ſuis conciliandam facere videbantur poſſe. Atque adeo hic auctor non ſolum in Anonymorum, verum etiam doctorum impoſtorum numero ponendus eſt. Quae impoſtura ei etiam tam feliciter ceſſit, vt plures deceperit. Certe librum hunc inter hodoeporicos referre non dubitauit *M. Gottſchlingius* in Diſſertatione de eiusmodi libris *cap. II. §. 15:* nec pro vera hiſtoria non habuit non nemo *in dem neu beſtellten Agenten* Anno 1705. (*a*) Quis autem fuerit

(*a*) *pag. 749. ſeqq.*

ſuerit hiſtoriae, vel potius fabulae illius Seuarambicae verus auctor, primus, quod ſciam, publice aperuit illuſtris vir, *Chriſtianus Thomaſius*, in *Menſtruis ſuis librorum nouorum recenſioribus* A. 1689. part. I. vbi menſe Nouembri (*a*) illius libri contenta in breuem ſummam contraxit. Refert enim, (*b*) auctorem libri eſſe Gallum quendam, cui nomen *d'Allais*, Doctorem Iuris, qui Londini quondam iuuenes inſtituit in diſciplinis moralibus, hiſtoricis & linguarum. Vid. epiſtolam anonymi cuiusdam ad (Colerum) auctorem *der auserleſenen Theolog. Biblioth.* quae epiſtola *germanica* inſerta eſt parti 35 *der auserl. Theol. Biblioth. num. 3.* qui tamen auctor anonymus perperam putat, Morhofium hiſtoriam hanc vtilem iudicaſſe, nam aliud eſt, alicui libro vtilitatem, aliud, elegantiam & eruditionem ei tribuere, quod doctum & elegans, non ſtatim ſimul vtile eſt. Habet igitur auctor iſte Morhofium ſibi non conſentientem, & potius contradicentem, quippe qui non vtilem, vt auctor ille vult anonymus, ſed impoſtoris foetum cenſuerit hanc hiſtoriam. Thomaſius autem l. c. ſententiam ſuam confirmat (1) rumore in Gallia vulgato, (2) ex eo, quod ille *Allaſius* hunc librum venalem habeat aeque, vt Grammaticam Gallicam ab ſe

(*a*) *pag. 956. ſeqq.* (*b*) *pag. 963.* Magnus error eſt eorum, qui huius libri auctorem eſſe crediderunt *Sydnayum*, illuſtrem Anglum, quibus fere aſſentitur Fabricius in *Bibliographiae antiquariae cap. XIV. §. 16. pag. 491.* Cui errori occaſionem praebuiſſe puto praefationem *Hiſtoriae Seuarambum*, in qua commemoratur, ſeu potius fingitur nauarchus *Sidenius*.

Digitized by Google

ab ſe editam, (3) quod comparatio vtriusque libri, ſiue ſtylum ſpectes, ſiue ingenium, ab eodem vtrumque auctore profectum eſſe, veroſimillimum reddat. *Morhoſius*, qui *librum illum doctum eſſe magnaque cura ſcriptum & elegantiſſime confictum* fatetur, eaque ſpecie eſſe dicit, vt prima fronte etiam cautis imponat, tamen nonnullis miraculorum falſorum relationibus ad formam hiſtoriae Moſaicae factis offenſus non dubitat, auctorem in atheorum, vel ſaltim Naturaliſtarum cenſum referre in *Polyhiſtore literario*, (*a*) cuius ſcopus fuiſſet, oſtendere, vnam eſſe debere religionem, naturae rerum conformem, quae Deum ſupremum, atque naturam eius quaſi vices in hoc orbe repraeſentantem veneretur: (*a*) quem ſequitur Cel. *Struvius* in *Bibliotheca philoſophica*. (*b*) Auctor huius

(*a*) *lib. I. cap. 8. §. 23. pag. 75.* ad quem locum refert annotator, Mollerus, Morhoſium crediidiſſe, auctorem *Hiſtoriae Seuarambum* eſſe *Iſaacum Voſſium*. Quid nam mirum, ei auctorem viſum eſſe Naturaliſtam? Celeb. *Reimannus* in hiſtor. litterar. germanor. noua part. 3. *im dritten Hauptſtuck* pag. 59. *Leibnitio* a quibusdam *hiſtoriam Seuerambum* adſcriptam eſſe, & auctorem huius hiſtoriae *Baconis* de *Verulamio* nouum Atlantem continuare voluiſſe autumat, quippe qui addidiſſet huic hiſtoriae *ideam rei publicae ciuilis*, a Verulamio omiſſam. Stilum elegantem & perſpicuam, rationem res hoc libro contentas pertractandi accuratam eſſe, omnia quoque magnam iucunditatem ſpirare iudicat Reimannus loc. cit. & ſcopum auctoris ad emendandam ſcientiam politicam tendere. Varias de auctore hiſtoriae Seuerambum coniecturas, vid. in illuſtris *Struvii* introduct. in notit. rei literar. cap. 9. §. 14. pag. 812. (Mylius.)

(*b*) *cap. VII. §. 19. pag. 164.*

Digitized by Google

huius hiſtoriae paſſim quoque contra trinitatem & chriſtianiſmum diſputat, atque hiſtoriae ſacrae illudit, quia ſtrategemata ſacerdotum, gentis eius, quam *Stroukaſos* vocat, ad miraculorum, quae in pentateucho recenſentur, formam confinxerit. Verum *Thomaſius* loco citato eum ab atheiſmi vel naturaliſmi ſuſpicione liberare conatur. Concedit quidem, auctorem fingentem *Stroukaram* impoſtorem certa arte faciei ſuae ſplendorem induxiſſe; in monte aliquo diu delituiſſe, quo aues ſubornatae cibum detulerint; arte aliqua feciſſe, vt aduerſarii ſui a terra abſorberentur; curaſſe, vt nemo ſciret, vbi cadauer ipſius mortui eſſet, quo in coelum euectus eſſe crederetur; aquas ſanguineo colore infeciſſe; denique aquam alliſo pede ex rupe emanare iusſiſſe proſpero euentu; haec, inquam, fingentem auctorem concedit *Thomaſius* alluſiſſe ad *Moſis* miracula; ſed negat, inde conſequi, vt auctor miraculis biblicis illuſiſſe merito iudicetur. *Ich geſtehe gar gerne,* inquit, (*a*) *daſs ich dieſen Schluſs nicht begreiffe: Wer bey Erdichtung einer Betrügerey etliche Umſtände mit anführet, die mit den Wundern Moſis einige Verwandſchaft haben, der ſpottet der heiligen Schrift. Iſt es nicht viel wahrſcheinlicher, daſs er das πρέπον in ſeinem Gedichte habe wollen in acht nehmen, und dadurch vorſtellen, daſs der Teufel, der allzeit ein Affe Gottes iſt, in ſeinen Creaturen auch Gottes und ſeiner Diener Wunderthaten, ſo viel ihm ſolches von Gott nachgelaſſen werde, pflege nachzu-*

(*a*) *pag.* 996. *ſeq.*

nachzuaffen. Weil nun die Hiſtorien von dieſer Sache angefüllet ſeyn, gleichwol aber das vornehmſte Requiſitum eines guten Gedichts darinnen beſtehet, daſs man daſſelbige, ſo viel als möglich, wahrſcheinlich mache, ſo finde ich nicht, wie der Autor dieſes beſſer in acht nehmen können, als daſs er den Betrüger Stroukaras als einen vollkommenen Affen Moſis und Chriſti praeſentiret. Ich bin verſichert, wenn der Herr Morhof die Sache nur ein wenig beſſer überlegen wird, er werde dieſer Erklärung entweder Beyfall geben, oder durch deutlichere Gründe ſeinen Schluſs zu behaupten ſich angelegen ſeyn laſſen. Quod Thomaſianum iudicium ſequitur probatque auctor *menſtruorum Excerptorum ex nouis libris*, (*a*) Hanouerae editorum. Verum tamen (*b*) fateor, apologiam Thomaſianam mihi non ſatisfacere, ſed videri haud abſimilem defenſioni aduocati, qui malae cauſae ſuſcepit patrocinium. Primum enim nusquam auctor meminit, *Stroukaram* miracula ſua ad Moſaicorum illorum inſtar de induſtria effinxiſſe, aut

(*a*) *A.* 1712. *pag.* 5. *ſeq.*

(*b*) Ex eo tempore, quo haec ſcripſeram, iterum perlegi, & quidem attentius, fictam hanc hiſtoriam. Tunc vero non potui iuſtam inuenire cauſam, auctorem eius (qui & *lib. IV. pag.* 60. & 61. editionis Belgicae profitetur, religionis Chriſtianae diuinitatem ſibi non eſſe dubiam,) vel inter atheos referendi, vel inter Naturaliſtas; ſed vidi, eius figmenta ſapere probabilitatem, quam ſane ſequi debuit fictam deſcribens hiſtoriam, eumque narrationi variarum religionum immiſcuiſſe hiſtorias religioſorum impoſtorum, ipſum Moſen, vt olim Aegyptii Magi, imitari ſtudentium. Nunc igitur Thomaſianae rurſus accedo ſententiae.

aut gentem ſuam horum habuiſſe notitiam. Deinde atheis & Naturaliſtis tela ſubminiſtrat, quibus impugnari poſſint miracula Biblica. Quodſi docuiſſet per excurſum, eſſe criteria quaedam, e quibus conſtet, *Moſis* miracula fraudis nullius eſſe ſuſpecta, excuſari quodammodo poſſet. Aſt cum lectori hic dubitationes callide inſinuet, nec tamen rurſus euellat, id agere profecto videtur, vt lectori perſuadeat, ſatis cauſae ipſum habere, *Moſis* miracula reiiciendi. Et cur ſola fere *Moſis* miracula, eademque potiſſima, affert? Sane nemini vitio poteſt verti, qui credit, ei fuiſſe animum, miracula Moſaica oppugnandi. Quod enim vir ſummus decori ratione habita id ab auctore factum eſſe ſcribit, parum valet ad eum purgandum, Maxime enim indecorum eſt, vt molliſſime dicam, *Moſis* miracula grauiſſimam in ſuſpicionem fraudis adducere, nec tamen eam exquiſita, ratione remouere. Itaque & Gundlingius in *P. II. Otiorum cap. 3. pag. 80.* eum inter Naturaliſtas retulit. Sed nolo huic rei immorari diutius, vtpote ab inſtituto meo alienae. Illud addo, Clericum ratione fide digna (*a*) docuiſſe, verum auctoris nomen eſſe *Veiraſium*, eumque ab oppido natali ſe vocare conſueuiſſe *Monſieur d' Allais.*

II. *Boni Sperati Barba defenſa, ſiue Diſſertatiuncula de barba contra quendam μισοπώγωνα.* *Dresdae*

(*a*) *Bibl. choiſie Tom. XXV. pag. 402.* & *Tom. XXVI. pag. 460. ſeq.* Vid. & *Beytræge zu den gelehrten Zeitungen Tom. II. p. 279.* & *597.*

Dresdae 1690 in 8. Auctor eſt *M. Sam. Theodorus Schoenlandius*, olim Paſtor in *Dorsheyn* & *Klingenberg*, nunc Paſtor Lommacenſis, indicatus in *Nouis literariis Hamburgenſibus*. (*a*)

III. *Timotheus Philaletha*, qui *Xenia Romano-Catholica* edidit, eſt *Fridericus Spanhemius*, cuius Operum tomo III. ſcriptum illud deinceps inſertum eſt.

IV. *Dilucidationes quaedam valde neceſſariae in Gerardi Croeſii Hiſtoriam Quakeriſmi, editae a Philaletha.* Amſtelod. 1696. in 8. pl. 11½. *Caſparem Kohlhanſium*, Med. Doct. & Quakerum haud incelebrem, Roterodami An. 1705. defunctum, auctorem memorati (*b*) libelli eſſe, teſtis mihi eſt *Ioannes Claus*, *Iacobi Claus* bibliopolae, cuius ſumtibus illas *Dilucidationes* editas eſſe ipſe titulus fatetur, frater, magnae inter Quakeros Amſtelodamenſes auctoritatis vir, & *Kohlhanſii* quondam familiariſſimus. Idem patet ex ipſo libro. Indicat enim haud obſcure, ſe quoque auctorem eſſe *der Erinnerungen über Ioh. Wincklers, Predigern in Hamburg, drey Predigten*, quas citat pag. 10, 12, 36, 65, 73, 136. Editae autem ſunt illae *Erinnerungen* Amſtelod. 1694, easque a *Kohlhanſio* profectas eſſe, omnes crediderunt. Vid. *Arnoldi Hiſt. Eccl. lib. XVII. cap. 20. §. 17.* Accedit, quod nemo inter Quakeros docti viri nomen ſuſtinere eo tempore in Hollandia potuerit, & nunc Germanicae linguae puritatem ſeruare in ſcribendo, praeter

M

(*a*) *An. 1704. pag 58.* (*b*) Idem & Mollerus docet in Praef. ad Morhofii *Polyhiſtorem, pag. 24.*

praeter vnum illum *Kohlhanſium*, ex Thuringia oriundum. Denique idem eodem *Philalethae* nomine adſcito ſcriptiunculam quampiam edidit contra B. *Loeberum*, Orlamundanarum eccleſiarum Superintendentem.

V. *Gerberonius* Abbas multos libros alieno & adſcititio nomine edidit, qui recenſentur in *Actis Erud. Lipſ.* A. 1705. p. 243. ſeq.

VI. Scriptor quidam Gallus ſub nomine *Comitis de Gabalis* edidit *Entretiens ſur les ſciences ſecretes.* Auctorem eſſe Abbatem *Villars*, aliorum fide refert *Struvius* in *Bibliotheca philoſophica.* (*a*) Videtur vocari rectius l' Abbé *de Villiers*, (*b*) cuius alius liber Gallicus ἀνωνύμως editus affertur a noſtro *Placcio.* (*c*)

VII. *Recueil de diuerſes pieces concernant le Quietiſme, & les Quietiſtes,* &c. id eſt, *Collectanea de Quietiſmo & Quietiſtis, ſiue de Michaele Molinos, eiusque doctrina & diſcipulis.* Amſtelod. 1688. in 8. Recenſeri video hunc librum in *Actis Eruditorum, anno eodem* p. 426. ſeqq. Sed cum nulla ibi fiat veri auctoris mentio, meam aperire coniecturam hic ſtatui. Nimirum facile crediderim, auctorem huius libelli eſſe *Petrum Poiretum. Primum* enim Auctor *Collectaneorum* cauſam agit Theologiae myſticae in praefatione. Iam vero conſtat, inter Gallos apud Batauos degentes, ſi non ſolum, certe princi-

(*a*) *cap. V. §. 20.* (*b*) Defendit quoque abbas *de Villiers* ſub ficto hoc nomine *les Entretiens d' Ariſte & d' Eugene contre les ſentimens de Cleanthe.* vid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1727. pag. 287. (*c*) *in Anon. num.* 2117.

Digitized by Google

principem myſticum eſſe *Poiretum*. *Deinde* in illa Praefatione promittitur integer liber de theologis myſticis. Atqui talem elucubrauit *Poiretus* ſub titulo *Epiſtolae ἀνωνύμως* editae, primum *Arnoldi Hiſtoriae Theologiae Myſticae* (*a*) ſubiunctae, deinde *Ideae Theologiae pacificae*, quae Amſtel. 1702. in 8. prodiit, inſertae. *Porro* in citata Praefatione prae ceteris Myſticis laudantur *Harphius*, *Ioannes de Cruce*, & *Malauallius*. Quod idem fit in iſta *Poireti* epiſtola. (*b*) *Denique* in eadem Praefatione contenditur, pleroſque errores Molinoſio falſo tributos eſſe, addito monito, ne Proteſtantes relationi hoſtium temere fidem habeant. At idem vtrumque monet *Poiretus* in commemorata epiſtola. (*c*) Vnde meam coniecturam non niti nullo fundamento, apparet.

VIII. *Philareti Ethica* Amſtelod. 1696. in 8. edita, quae deinde Bernii recuſa eſt, auctorem habet, *Io. Clericum*, (*d*) obſeruante etiam *Struuio lib. cit. cap. VI. §. 13*: qui tamen cum addit, eum quoque ſub illius *Philareti* perſona latere, qui *Arnoldi Geulingii Ethicae*, Amſtelod. 1691. (non 1602. ut inſigni errore typographico traditur in Reimanni hiſt. litter. german. noua part. 3. *anderes Hauptſt.* p. 609. qui etiam refert, Clericum a multis pro

 edi-

(*a*) *p. 550. ſqq.* (*b*) *p. 560. 563. & 629.* (*c*) *p. 629. 630.*
(*d*) Falſum hoc eſſe, poſtea cognovi. Docetur enim clare in *Bibliothecae Bremenſis Tomo III. p. 364. & im Alten und Neuen aus der gelehrten Welt*, Tiguri. 1717. edito, *p. 750.* verum huius *Ethicae* auctorem eſſe *Ioannem Rodolphum Rodolphi*, Profeſſorem Theologiae Bernenſem. add. *die Leipz. gel. Zeitungen, 1720. p. 639.*

editore Ethicae Geulingianae haberi & ſub Philareti nomine latere) & 1695. in 12. valde auctiori editae, praefationem praemiſit, neſcio, vtrum nominis ſimilitudine deceptus ſit, an iudicii huius grauiores habeat cauſas. Equidem *Philaretum*, *Geulingii* commendatorem, alium eſſe a *Clerico*, puto: cum multae ſententiae *Geulingii* repugnent ſcitis *Clerici*, quae tamen in dicta praefatione non notantur atro calculo, ſed ſimpliciter probantur omnes. Ac certe nunc cognitum habeo, praefatorem *Ethicae Geulingianae* fuiſſe clarum illum Medicum, *Cornelium Bontekoe.*

IX. *Caroli de Gaule, Salmurienſis, kurtze Nachricht vom heutigen Zuſtande des Königreichs Franckreich.* 1704. pl. 5. in 8. Verum auctorem eſſe *Caſp. Gottſchlingium*, Sileſium, nuper Rectorem ſcholae equeſtris Brandenburgenſis, teſtantur Noua lit. Hamb. 1706. p. 130. cf. etiam *das Verzeichniſs der Gottſchlingiſchen Schrifften.*

X. *Eſaiae Dahlbornii* adſcito nomine vitam ſuam ſcripſit *D. Chriſt. Franc. Paulini*, indice *Tenzelio* in *Biblioth. cur.* 1704. p. 601.

XI. XII. *Lichtſterns Schleſiſche Chronic*, edita Francof. A. 1685. ſiue annotationes in librum Lichtſterns. Leucopetrae 1687. Auctor eſt *Fridericus Lucae.* In hunc librum cenſuram edidit *Caſp. Sommerus* aſſumta perſona *Curioſi Sileſii.* Vtrumque indicat *Tenzelius* in *Biblioth. cit.* p. 729. Praeter *Sommerum* etiam D. *Georg Thebeſius in den Lignitziſchen Jahrbüchern* & quidem ſatis acerbe refutat Lichſterns Chronic. vid. part. 81. *der auserleſ.*
Theo-

Theolog. Bibliothec (Coleri) p. 867. Sagittarius in introduct. in hiſtor. eccleſ p. 407. ignorat quidem verum pſeudonymi *Lichtſternii* nomen, qui etiam edidit Sileſiacam ducalem coronam, *Schleſiſche Fürſten-Crone*, attamen vocat illum virum nobiliſſimum, & reformatae religioni addictum, ſuadetque conferri cum Lichtſternii ſcripto *Curioſi Sileſii*, (cuius genuinum nomen quoque ignorat) ſcriptum. (Myl.)

XIII. D. *Theodorus Hypſelius* edidit Lipſiae 1608. Parodiam in Litaniam *Conradi Vetteri* Ieſuitae in opprobrium Lutheranorum editam. Illo ſub nomine latere D. *Matthiam Hoë*, teſtatur D. *Io. Frid. Mayerus* in Diſputatione *de Flagellatione ſpontanea p. 5.* vbi & Hypſelianam pariter & Vetterianam Litaniam exhibet. Et hoc ipſum confirmatur, ſi nomen conſideremus. Qui enim Hebraeis *Matthias*, is Graecis, vocatur *Theodorus*, & *Hoë*, quaſi *Hoch*, nomen Germanicum Graece ὑψηλὸς dicitur, vnde *Hypſelius*.

XIV. *Chriſtiani Obadiae Diſſertatio theologica de inſigni diſcrimine inter Chriſtianiſmum & orthodoxiam. Chriſtianopoli 1706. in 4.* Auctor verus eſſe a fide dignis traditur D. *Io. Mich. Langius*, eo tempore Theologiae Profeſſor in Academia Norica.

XV. *Adolphus Clarmundus*, (*a*) qui A. 1702. edere

(*a*) *Theodorus Cruſius* in praefat. ad acta Sarcmaſiana *Clarmundum* deprauatorem potius, quam ſcriptorem vitarum vocat, quia ſilentio prorſus praeterierit *Schurtzfleiſchium*

Digitized by Google

edere coepit Collectanea *de vitis clariſſimorum in re literaria virorum*, eſt *M. Ioh. Chriſtoph Rudigerus*, quod & alias notum eſt, & teſtantur *Acta Erud. Lipſ.* 1708. p. 377.

XVI. *Auguſtinus* (*b*) *le Blanc* edidit *Hiſtoriam congregationum de Auxiliis Gratiae*. Vid. *Acta Erud. Lipſ.* 1700. p. 337. Verus auctor ſub hoc velo latens eſt *Hyacinthus Serrius*, Dominicanus, vir celeberrimus. Vid. *loc. cit.* 1707. p. 366. Quem adiutum eſſe a Quesnello, ibidem traditur p. 368. Porro etiam *Theodorus Eleutherius* edidit. *Hiſtoriam controuerſiarum de Auxiliis Gratiae diuinae, ſub ſummis pontificibus Sixto V. Clemente VIII. Paulo V. ab obiectionibus R. P. Hiacynthi Serrii vindicatae libri 3. accedunt diſſertationes quaedam it. reſponſio ad Fr. Henr. as. Ignatio & alia quaedam opuſcula auctore* (*P. Liuino de Meyer, Societ. Ieſu Theologo*) *Bruxellis* 1715. in fol. 10. Alph. Eleutherius falſo creditur eſſe *Conradus Ianingius* ibid. p. 367. aliis itidem perperam pro auctore habentibus *Io. Baptiſtam du Sollier*. Verus auctor eſt *Liuinus de Meyer*, Ieſuita. Vid. *Acta erud. 1717. p. 1.* & *Weismanni Hiſt. eccl. T. II. p. 445.*

ſchium in vitis ſuis. Prodierunt ſecundum hae vitae clarorum virorum germanice partibus X. conſtantes, Witteb. 1704. in quae editio priori correctior in 8. titulo dicitur.

(*b*) (*Groſchuſſius*) in noua librorum rariorum conlectione p. 89. in notis neſcit, quis ſub *Clarmundi* nomine lateat, & dicit in notis poſtumis apud auctorem *der Vergnügung müſsiger Stunden* (qui eſt *Theodorus Cruſius*) part. 2. p. 60. *Clarmundum* in vitis clarorum virorum pleroſque errores ex Frehero & Wittenio exſcripſiſſe.

Digitized by Google

p. 445. ſq. Ceterum cum Ianſeniſtae plerique vſi ſint fictis nominibus, eorum clauem vide ſis in *lib. cit.* 1707. p. 369.

XVII. *Petri Amaſii* ſub nomine duos libros ediſiſſe *Guil. Poſtellum*, docet *Ittigius* Diſſert. de *Poſtello* §. 18. p. 23. & 26.

XIIX. *Preuſiſches Neuburg, und deſſen gerechtſame, abgefaſset durch Peter von Hohenhard. Gedruckt Teutſchenthal* 1708. 8. Auctorem eſſe *Io. Petrum Ludwig*, Iuris & Hiſt. Prof. in Acad. Hallenſi, teſtantur *Acta Erud. Lipſ.* 1708. p. 298. vbi & alia huius viri ſcripta pſeudonyma recenſentur. add. cel. *Reimanni* hiſt. litterar. germanor. nou. part. 3. *viertes Hauptſtück* p. 386.

XIX. *Lamindi Pritanii* Cogitata de exquiſito iudicio & guſtu quoad ſcientias & artes, Venetiis prodierunt A. 1708. in 12. Auctorem eſſe *Bernardum Treuiſanum*, Nobilem Venetum, docetur in *Nou. liter. Hamb. 1708. p. 258.* Cuius erroris origo indicatur in *Actis eruditorum Suppl. T. VII. p. 128.* vbi ſcriptum illud vindicatur clariſſimo *Muratorio*: qui adſcitō eodem *Lamindi Pritanii* nomine poſtea edidit libros tres *de ingeniorum moderatione in religionis negotio*: qui & ipſi falſo tribuuntur *Treuiſano* in *Actis erud. Suppl. T. VI. p. 506.*

XX. *Mr. de la Neuville Hiſtoire de Hollande*, auctorem habere *Bailletum*, putat *Clericus* in *Biblioth. ſelecta T. IV: p. 127. & 159.* & confirmat *Ancillonius* in *Actis erud. Suppl. T. IV. p. 463.* Qua de cauſa adſciuerit hoc nomen *Bailletus*, indica-

Digitized by Google

dicatur in *Vita* ipſius, quae *Tomi ſecundi Iudiciorum* eius *de viris doctis* Parti poſteriori praefixa eſt, *p. 43*.

XXI. *Petrus Poiretus Oeconomiam diuinam*, primo Gallice ab ſe ſcriptam, paucis abhinc annis iterum publicauit per *Fritſchium*, bibliopolam Lipſienſem, eamqne Latine conuerſam, ſed ab alio. Is autem, qui interpretatus eam eſt, vocatur. (*a*) *Homſeldius*, eſtque patria Bremenſis, ac Theologiae tum Studioſus fuit, inque *Poireti* conuictu per aliquod tempus vixit. Hoc accepi ex ore *Poireti*, qui & addebat, ſe in recognoſcenda hac verſione duos circiter annos conſumſiſſe, intra quod tempus accurate perluſtrarit omnia. Negabat quidem, ſe Latinam verſionem ad Gallicos fontes contuliſſe: ceterum, quod ad rem ipſam & doctrinas ibi propoſitas attineat, ſenſum ſuum probe & genuine eſſe in Latino expreſſum.

XXII. *De arte diteſcendi Diſſertatio prior ex Auellino ad philoſophos in Germania*. 1648. in 4. Auctorem eſſe famoſum illum *Io. Balth. Schuppium*, in ſuo exemplo adſcripſerat *Io. Andr. Boſius*, vocabulum *famoſi* capiens ſenſu honeſto.

XXIII. *Compendium Conciliorum generalium* Gallice prodiit Pariſiis. Eius auctorem eſſe *Felicem Buy*, ex Carmelitarum ordine, tradit *Monſ. de Vigneul-Maruille* (qui & ipſe eſt ψευδώνυμος,) *Miſcellaneorum* tomo III. ab initio.

XXIV.

(*a*) *Otto Homſeldius* vocatur a Pfaffio in *Diſp. de morte naturali p. 10.* & in *Orig. Iuris eccl. p. 211.*

XXIV. *De abſoluto reprobationis decreto. Verſio ex Anglico. Amſtelod. 1640. in 8.* Huius libri, in quo dogma iſtud confutatur, auctorem ferri *Hug. Grotium*, in exempli ſui titulo annotarat laudatus *Boſius*.

XXV. *Reſponſio ad praefationem Wiecki*, quae ἀνωνύμως prodiit, auctorem habere credita eſt *Fauſtum Socinum*, teſte *Alb. Grauero illuſtr. Diſp. II. quaeſt. 1. §. 17. p. 60.*

XXVI. Multi libelli a virgine *de la Rocheguilhen* alieno ſub nomine editi recenſentur in *Actis Erud. Lipſ. 1704. p. 46. ſq.* quorum libellorum anonymorum titulos ordine alphabetico inſerui collectioni meae anonymorum gallicor. quia ſcripta iſta a virgine *de la Rocheguilhen* gallico ſermone ſunt exarata. (Mylius.)

XXVII. *Hiſtoria de Melch. Zobelo, epiſcopo Wurzburgenſi & Duce Franconiae, nefarie occiſo*, auctorem habet celeberrimum illum poëtam, *Petrum Lotichium Secundum*, teſte *Io. Hagio* in *Vita* eius, (*a*) cuius haec verba ſunt: *Cuius atrociſſimi indigniſſimique facinoris memoriam* (loquitur de *Zobeli* illius crudeli nece,) *ac hiſtoriam Lotichium noſtrum, Epiſcopi Friderici ſucceſſoris, vel potius ſententia noſtra Eraſmi Neuſteteri, impulſu iuſſuque conſcripſiſſe diſſimulato nomine, vulgo creditum eſt, ac veroſimillimum eſt.* Idem iisdem verbis tradit *Andreas Wilckius* Ἑορτογραφίας Parte prima p. 30. adeoque ex *Hagio* non citato deſcripſit.

(*a*) *p. 66.*

XXIIX. Exſtat *Epiſtola de Principiis & Characteribus praecipuorum ſcriptorum de rebus Myſticis & ſpiritualibus, qui poſtremis hiſce ſeculis vixerunt,* annexa *Arnoldi Hiſtoriae Theologiae Myſticae p. 550. ſqq.* cuius auctorem inter Fanaticos refert *Ittigius* in Diſſertatione *de Poſtello* §. 28. p. 37. Eſſe autem illius epiſtolae auctorem *Petrum Poiretum*, non dubito. Certe ei diſerte tribuitur ab amico *Poireti*, anonymo illo auctore libri Germanici *de medio ſtatu animae, cap. III. §. 3. p. 59.* vbi pro defendendo libello *Paſtoris* ſiue *Hermae* allegatur, de quo in citata epiſtola agitur §. 40. Porro *Arnoldus* in additamentis ad *P. IV. Hiſt. Eccl. p. 9. ſqq.* quaedam iudicia de myſticis ſcriptoribus profert, quae plane ſunt eadem, quae hac leguntur in epiſtola: cumque *p. 6.* meminerit, auctorem eſſe theologum & philoſophum celeberrimum, *Arnoldusque* cum *Poireto* commercium habeat literarium, ſatis manifeſtum eſt, *Poiretum* huius epiſtolae genuinum eſſe auctorem. Accedit, quod eam ipſe *Poiretus* denuo ediderit in *Idea Theologiae pacificae itemque myſticae* Amſtelod. 1702. in 8. Quare & Mollerus in Praef. ad *Morhoſianum Polyhiſtorem p. 25. Poireto* tribuit auctori iſtam *Epiſtolam.*

XXIX. *Cabbala denudata, ſeu doctrina Ebraeorum tranſcendentalis & metaphyſica atque theologia, opus antiquiſſimae philoſophiae barbaricae variis ſpeciminibus refertiſſimum* duobus tomis in 4. quorum prior prodiit Sulzbaci 1677. poſterior Francofurti ad Moenum 1684. Auctoris nomen in

in neutro volumine occurrit. *Morhoſius* (*a*) laudat *illuſtrem Cabalae denudatae editorem, virum in omni non ciuili tantum doctrina, quam non in vmbra, ſed in luce ipſa conſiliis & actionibus profitetur; ſed & humaniori & ſolidiſſima rerum naturalium ſcientia ſubactum & exercitatiſſimum.* Fuiſſe autem eum *Chriſtianum Knorrium a Roſenroth*, Baronem, in aula Palatino-Solisbacenſi a conſiliis ſanctioribus & Cancellarium, paucis ignotum eſt (*b*) eiusque operum contenta recenſet Dn. *Buddeus* in *Introduct. ad hiſt. philoſ. Hebr. p. 108. & 232. ſqq.* qui etiam *Roſenrothium* p. 209. vocat *cabbaliſticae philoſophiae reſtauratorem longe celeberrimum.* Tamen *Martinus Diſenbachius in Iudaeo conuertendo* (*c*) aliud fert de eo iudicium, exiſtimans, *Knorrium* fuiſſe fanaticum, & erraſſe in doctrina de Chriſto, & de iuſtificatione per eius meritum, totamque eius Cabalam eſſe inutilem. Quae κρίσις an probanda ſit ac *Morhoſianae* praeferenda, iam nolo inquirere: illud annoto, ſolere *Morhoſium* plerosque omnes immodicis efferre laudibus, qui ingenioſas easque pietatis ſpecie gaudentes ineptias orbi propoſuerunt: qua in re temperamento ſuo melancholico-ſanguineo videtur obſecutus eſſe. De *Knorrio* vero addimus, eundem A. 1685. publicae luci dediſſe *Abrahami*, filii Mardochaei, Cabbaliſticum opus, *Sepher-cheſed Abraham* inſcriptum. Equidem nec hic ſe profeſſus eſt editorem: ſed tamen de eo non dubitan-

(*a*) *Polyhiſt. lit. lib. I. cap. XI. fine p. 113.* (*b*) *Conf. Acta Erud. Lipſ. 1684. p. 309. & 1685. p. 359.* (*c*) §. 18.

tandum, iudicant *Collectores Actorum Eruditorum* A. 1687. p. 88. ſq. (*a*)

XXX. *Euſebii Franco-Romani* Diſſertatio *de LXX. hebdomadibus Danielis* auctorem habet *Io. Harduinum*, Soc. Ieſu. qui in hac diſſertatione ſuam ſententiam defendit contre le pere *l' Amy* in apparatu chronologico part. 2. c. 4. 10. Vide *Acta Erud. Lipſ.* 1704. p. 32. & *Clericus Biblioth. ſel.* T. II. p. 175 & 181.

XXXI. *Salocini von Venedig* liber *de Generatione hominis.* Verum nomen eſt *Nicolaus Venette* Med. D. & Prof. & Decanus Collegii Rupellenſis. Liber iſte in Belgica, Gallica, & Teutonica lingua prodiit. Vide praefationem editoris verſionis Germanicae Lipſ. 1698. in 8.

XXXII. *Fridericus de Logau*, Conſiliarius Ducum Lignicenſium, Carmina edidit ſub nomine *de Golau*, Acta Erud. Lipſ. 1702. p. 140.

XXXIII. *Vom Unterſcheid der Lutheriſchen und Reformirten Lehre, mit dem Anhang zweyer Fragen*, per H. G. M. D. & P. P. 1691. in 12. Auctor eſt *Hector Gottfried Maſius*, Theol. D. & P. P. in Acad. Hafnienſi.

XXXIV. A. V. D. M. *Dr. Onderzoek op het verhaal wegens den Heere Ieſus Chriſtus, dat in Ioſephus gevonden word,* id eſt, Disquiſitio de illo Ioſephi loco, quo Chriſti Ieſu mentio fit. Roterod. 1692. 8. Allegatur hic liber tanquam alius libri appendix a *Benthemio* in *Deſcriptione Hollandiae.* (*b*)

Sub

(*a*) Mortuus eſt *Knorrius* 1689. anno aetatis 55. vid. Hiſt. bibl. Fabric. part. 6. p. 526. (*b*) *P. II. Cap 4. §. 116. p. 441.*

Digitized by Google

Sub illis vero literis latere Antonium van Dale, Medicinae Doctorem celeberrimum, certum habeo.

XXXV. P. D. M. *Beſchryving van der Goudkuſt Guinea, als mede een voyage naer deſelve.* Amſterdam 1650. 4. id eſt, Deſcriptio Guineae. Sub iſtis literis latitare *Petrum de Marees*, procul dubio eſſe putat M. *Gottſchlingius* in Diſſertatione *de libris hodoeporicis cap. II. §. 14.*

XXXVI. *Plagium Kauffungenſe, durch* I. V. S. M. N. P. *Weiſſenfelſs* 1704. in 4. Auctorem eſſe *Io. Vulpium, Salſizio-Miſnicum, Notarium publicum*, docet *Tenzelius* in *Bibliotheca curioſa.* (a)

XXXVII. M. S. H. *Denckmahl der göttlichen Regierung an der güldnen Tafel zu Lüneburg*; in 4. Auctor eſt *M. Sam. Hosmannus*, Verbi diuini miniſter in oppido Cellenſi: qui praefixo ſuo nomine edidit Verſionem Germanicam *Operum Ioannis d' Eſpagne.*

XXXIIX. P. G. D. C. *Itinerarium Perſicum.* Eſt *Pater Gabriel de Chinon*, indice *Tenzelio* in *Biblioth. curioſa.* (b)

XXXIX. *Dialogus de moribus philoſophorum. Ienae 1695. in 12.* Auctor dedicationi nomen ſuum ſubſcripſit I. F. B. qui eſt celeberrimus hodie Theologus, *Io. Franc. Buddeus.*

XL. *Conciliatio* Εναντιοφανειῶν *ſymbolicarum ex libro Concordiae, auctore G. W. D.* in 4. Verum nomen eſt *Gothofredi Wegneri*, D. & Prof. Theol. in acad. Regiom.

XLI.

(a) *A. 1705. p. 769.* (b) *A. 1704. p. 900.*

Digitized by Google

XLI. *Recuei de quelques poëſies morales par M. L. A. R. D.* Pariſ. 1700. 8. Auctor eſt *Monſieur l' Abbé Regnier*, indicante *Eckardo* in *Menſtruis librorum excerptis.* (a)

XLII. *Penſées ingenieuſes des Péres de l' Egliſe, par le P. B.* Pariſ. 1700. in 12. Auctor verus *Pater Dominicus Bouhours* indicatur ibidem p. 259.

XLIII. M. I. M. A. E. *Gedancken über der Redens-Art: Ich bin Chriſtus.* Vlm. 1705. Verum auctorem produnt Noua litt. Hamburg. A. 1706. p. 270.

XLIV. *Georgius Chariander* in Latinum ſermonem conuertit *Gemiſti Plethonis* librum *de Platonicae & Ariſtotelicae philoſophiae differentia*, editque Baſileae 1574. in 4. Verum huius auctoris nomen eſſe *Heniſchium*, in exemplari ſuo adſcripſerat *Thomas Reineſius.*

XLV. Vita Chryſoſtomi. Halae 1702. in 8. Auctorem eſſe *Balth. Koepkenium*, aliis quoque ſcriptis editis clarum, cognoui ex viro fide digno.

XLVI. *Monſtrum Babylonis. Eſt poëma ſcriptum contra Schiſma illud longiſſimum, quod incepit inter Papas A. 1378. & multis annis durauit. Tribuunt id poëma quaedam exemplaria Eccardo, epiſcopo Wormatienſi. Flacius* in *Catalogo teſtium veritatis num. 329. p. 778.*

XLVII. *Peregrini* (b) *in patria errores. Vtopiae* 1618.

(a) *A. 1700. p. 214.*

(b) Hoc ſumto nomine iam olim *Vincentius Lirinenſis* ſuum edidit *Commonitorium aduerſus haereticos:* cuius rei teſtis eſt Gennadius *de ſcriptor. eccl. cap. 66.* Seculo duode-

Digitized by Google

1618. in *12. Ioannem Valentinum Andreae* libelli huius auctorem eſſe, (1) apparet ex eo, quod is poſtea ſcripſit librum hoc titulo: *Ciuis Chriſtianus, ſiue Peregrini quondam errantis reſtitutiones,* recuſum Lipſiae 1706. in *12.* (2) ex eo, quod vtroque in libro par eſt numerus capitum. Vterque enim conſtat LII. capitibus. (3) ex praefixis huic libro duobus mundi globis, in quorum altero repraeſentantur omnia capita *Peregrini errantis*, in altero omnia *Ciuis Chriſtiani.* Ex quibus globis etiam cognoſci poteſt, quomodo vtriusque libri capita ſingula ſingulis alterius capitibus reſpondeant. (4) ex ſtylo. (5) ex Catalogo ſcriptorum eius, quem producit. *God. Arnoldus Hiſtor. Eccl. lib. XVII. cap. 5.* §. *13.* Ex quo catalogo plura peti poſſunt ad ſupplendum Opus Placcianum.

XLVIII. Libri anonymi *de Arcanis maris* auctorem eſſe *Robertum Dudleium,* refertur in *Actis Erud. Lipſ. 1690. p. 270.*

XLIX. Libri A. 1646. Louanii *contra moralem doctrinam Ieſuitarum* editi auctorem eſſe *Eſclapezium* quendam, Hiſpanum, ibidem traditur *p. 314.*

L. *Confeſſionem* vel ſymbolum *Socinianorum,* A. 1649.

---

duodecimo ſub nomine *Peregrini* libros edidit *Conradus,* monachus Hirſaugienſis: de quo vid. Trithemius *Catal. ſcript. eccl. cap. 384:* & in *Chronico Hirſaugienſi T. I. p. 393.* Priore loco & alius commemoratur, qui ſub titulo *Peregrini* emiſit *Sermones.* His e *Sermonibus* excerpſit nonnulla Dietericus in *Auctario ad Catal. teſt. Ver. p. 38. & 39.*

Digitized by Google

A. 1649. editam Cracouiae, ac poſtea publice in Polonia flammis datam, auctorem habere *Ionam Schlichtingium de Bukovvicz*, recte coniicit *Rechenbergius* in ſua *Append. ad libros ſymbol. P. I. cap. 8. §. 6. p. 47.* Nam eſſe eam a *Schlichtingio* compoſitam, teſtatur illius Confeſſionis Apologeta, qui A. 1652. edidit librum, hoc titulo: *Confeſſionis Chriſtianae ad rogum damnatae & combuſtae Manium, a Reu. D. Nicolao Cichouio laceſſitorum, ſui Vindices, pag. 26.* vbi haec leguntur verba: *Fuit autem Confeſſionis iſtius autor Ionas Schlichtingius, eo pacto, quo Baruchus autor fuit libri, a Ioachimo rege Iudae combuſti, quod Baruchus quidem Ieremiae, Ionas Eccleſiae, ſtylum & operam ſuam commodauit.* Quis vero huius apologiae ſit auctor, ignoro. A *Schlichtingio* non eſſe eam profectam, docet ſubiecta illi *Schlichtingii* epiſtola *p. 1.* Vnde *Bailletus* errat, qui hunc librum ſub titulo *Anti-Cichouii* Schlichtingio tribuit: multoque magis errat *Placcius*, qui *Anon. num. 626.* (*a*) Confeſſionem Socinianam cum ipſius Apologia manifeſto confundit, & duobus e libris vnum facit.

LI. LII. *Virgilii Maluezzii*, Itali Comitis, *Princeps.* Eiusdem *Tyrannus.* Vtriusque libri; Italice ab auctore ſcripti, exſtat verſio Latina, cuius auctorem eſſe *Ioan. Kruſium*, didici ex *Boxhornii Poëmatibus p. 13.* vbi leguntur duo ad eum carmina gratulatoria. Fuiſſe autem Kruſium illum illuſtri loco in Suecia natum, docet nos idem *Boxhornius epiſt. p. 40.* edit. Amſtelod. 1662.

LIII.

LIII. *Nonaginta dierum* titulo edidit *Wilhelmus Occam* librum *in defenſionem Michaëlis, Generalis Minoritarum, a Papa pro haeretico excommunicati*, inquit *Flacius* in *Catal. Teſt. Verit.* p. 719. editionis Dietericianae. Intelligi autem a *Flacio Michaëlem Caeſenatem*, celebrem illum veritatis teſtem, patet ex *Catal. Teſt. Ver.* p. 767. 768. Eidem *Occamo Placcius de Anon. n. 816. a* tribuit *Dialogum inter Clericum & Militem*, quod & *Flacius* non dubitans facit *p. 719.*

LIV *Somnium Viridarii* eſt titulus libri contra rapacitatem Paparum & ipſorum Harpyiarum editi, in quo adeo libere de toto regno Pontificio diſputatur, vt Papae non tantum politica poteſtas, ſed etiam ſuperioritas ſuper epiſcopos adimatur. Exſtat *Volum. Tractatuum 10. num. 13. fol. 149.* & in *Goldaſti* Tomo primo *Monarchiae S. R. Imperii p. 58. - 229.* Quis huius ſit libri auctor, non quidem ſatis conſtat: illud tamen *Flacius* ex *Molinaeo* docet *loc. cit. p. 703.* conſcriptum eſſe illum librum ſaeculo XIV. iuſſu Caroli Sapientis, Galliae Regis. Adſciuit auctor nomen *Philothei Achillini*, ſub quo latere *Carolum Luuerium* ſiue *de Louviers*, docent *Patiniana p. 53. ſq.* & *Hoffmannus* in *Lexico vniuerſali.*

LV. *De lingua Helleniſtica* ſcriptum anonymum edidit *Gisbertus Voëtius*, teſte *Boxhornio* epiſt. p. 140. Quod non eſt confundendum cum illo *Schoockii*, de quo *Placcius Anon. n. 1473. a.*

LVI. Anonymi epiſtola quaedam prodiit contra *Balſacum*, clariſſimum illum poëtam Gallum. Hanc a *Daniele Heinſio* compoſitam edidit *Boxhornius*,

Digitized by Google

hornius, qui id fatetur in *epiſt.* p. *53. 55. 56. 66.* & 67: vbi & affert cauſam, cur *Heinſius* calamum in *Balſacum* ſtrinxerit. Nimirum *Balſacus* in Diſſertatione quadam Heinſiana poëmata acerbiore cenſura fuerat proſecutus. Ceterum non dubito, innui a *Boxhornio* epiſtolam *de poëtarum ineptiis* inſcriptam, quam etiam *Placcius* meminit in *Anon. n. 1425.* δ.

LVII. LVIII. LIX. Singulorum imperiorum hodie florentium deſcriptiones circiter triginta voluminibus *in 12.* inde ab anno 1610. in Belgio edidere *Elzeuirii*. Omnium optimam eſſe Deſcriptionem Hiſpaniae, a *Ioanne de Laet* confectam iudicat *Io. Andr. Boſius Introduct. in notitiam rerump. cap. IV.* §. *9. p. 52.* Deſcriptio vero reip. Moſcouiticae & Leodienſis auctorem habet *Boxhornium*, qui id ipſemet fatetur *epiſt p. 23.* & *poëmat. p. 216.* Idem refertur in Catalogo ſcriptorum *Boxhornii*, eius epiſtolis praefixo.

LX. Diſſertatio Gallica *de antiquitatibus Chaldaeorum & Ægyptiorum.* Huius auctorem eſſe Abbatem de Longuerüe, teſtatur *Richardus Simon Biblioth. Crit. T. II. cap. 31. p. 460. ſqq.*

LXI. LXII. *Explication de quelques endroits des anciens Statuts de l' ordre des Chartreux, avec des eclairciſſemens donnes ſur le ſujet d' un libelle, qui a été compoſé contre l' ordre, & qui ſ' eſt divulgué ſecretement.* Huius ſcripti auctorem eſſe *Innocentium Maſſonium*, Generalem Ordinis Carthuſianorum, qui in eo refutarit Abbatem *de la Trappe*, teſtis eſt idem *Simon lib. cit. T. I. cap. 32. p. 478. ſq.* vbi ſimul indicat, rariſſimum eſſe hunc

Digitized by Google

hunc librum. Ibidem p. 496. meminit, contra eundem Abbatem ordinem Benedictinorum deſenſum eſſe a *Sammarthano*, eius ordinis monacho.

LXIII. *Bibliotheca Hiſpanica.* Huius libri auctorem eſſe Ioan. Baptiſtam Cordon, epiſcopum, refert *Simon lib. cit. T. I. cap. 17. p. 269. 270.* Vid. *Obſ. ſelect. Hal. T. X. p. 197.*

LXIV. De Electoratu alternatim adminiſtrando a Bauariae Duce & Palatino Comite, prodiit ſcriptum anonymum A. 1645. Huius auctorem eſſe *Volmarum*, Iuris Doctorem, poſtea Legatum Caeſareum ad pacificationem Weſtphalicam, teſtantur Plenipotentiarii Gallici in *Memoires & Negotiations ſecrets pour la paix de Munſter T. I. p. 5.*

LXV. Anonymi *Pharmacopoea.* Huius libri auctorem *Stephanum Blancardum* produnt *Acta Erud. Lipſ. 1688. p. 616. 617.*

LXVI. *Phaenomena literaria,* quae exſtant in *Memoriis Treuoltienſibus* menſe Ianuario A. 1706. articulo VIII. auctorem habent *Toinardum*. Refert id *Simon lib. cit. T. II. cap. 31.* vbi & *Toinardo*, qui contra ſe illa ſcripſerat, acriter reſpondent.

LXVII. LXVIII. Sub nomine *l'Abbé Albigeois* libellum quempiam *Toinardus* edidit, teſte *Simonio cap. cit. p. 449.* vbi & *p. 452.* refert, *Toinardum* ipſum amicorum ſuorum conſilio libellum ſuum ſuppreſſiſſe. Contra illud *Toinardi* ſcriptum poſtea prodiit *Apologie de Mr. Arnaud & du P. Bouhours, contre l'Auteur déguiſé ſous le nom de l'Abbé Albigeois.* Huius apologiae au-

ctorem eſſe Patrem *Riuierium*, Aurelianenſem, idem *Simonius* teſtatur *pag. cit.* addens p. 452. perrarum eſſe hunc librum.

LXIX. LXX. *C. Veratii Philellenis* Epiſtola Latina ad *M. Lucilium Profuturum* exſtat in *Io. Clerici Bibliotheca ſelecta T. IX. p. 187. - - - 204.* Eius auctorem ipſum eſſe (*a*) *Clericum*, non dubito. Nam primum ſtylus epiſtolae cum *Clerici* dicendi genere conuenit. Deinde in ea *Clericus* aduerſus *Gronouium* defenditur acerrime. Porro iudicium de verſione *Pollucis* in hac epiſtola *p. 191.* latum approbat & ſuum facit *Clericus T. X. Biblioth. ſelectae p. 283.* Quae nuper vna plagula in 12. Amſtelodami 1710. edita ſunt *Burmanniana*, aeque a *Clerico* profecta videri poſſent ob notam controuerſiam, quae nuper ei cum *Burmanno* intercedere coepit. Sed ſatis conſtat, non ipſum eſſe auctorem, ſed Doctorem quendam Iuris in Academia Traiectina, & hunc ſuae malignitatis luiſſe poenas.

LXXI. *Bibliotheque Critique, ou recueil de diverſes pieces critiques par Mr. de Sainjore. Tomi II. Amſtelod.* (*b*) *1708.* Librum hunc Pariſiis natales debere, vel ex eo elucet, quod omnes ibi contentae Diſſertationes aut ex regia bibliotheca, aut ex aliis Pariſienſibus ſcriniis depromtae ſunt: id quod in ſingulis prope capitibus diſerte indicatur.

(*a*) Idem manifeſtatur in *Actis erud. 1711. p. 39.*

(*b*) Non eſt impreſſus hic liber Amſtelodami, (quod vel e typis apparet & charta,) ſed Lutetiae: id quod etiam diſerte fatetur titulus *Tomi tertii*, poſtea editi.

Digitized by Google

(255.) Dialogue entre le Maheutre (*a*) & le Manant, *contenant les raiſons de leurs debats & queſtions en ces preſens troubles au Roiaume de France* in 8. 1594. Auctor, qui publicauit nouam editionem *Satyrae Menippeae* perhibet p. 380. quod *Nicolas* ROLLAND, *General des Monnoies*, de quo agitur *dans le Procès : Verbal de Nicolas Poullain*, ſit auctor huius Dialogi, ſed *le Long* l. c. num. 8400. monet, quia hic *Rolland* fuiſſet *un grand Ligueur*, probabile eſſe, quod potius ſit auctor cenſurae huius dialogi, quam dialogi ipſius, idem dicit p. 94. quod L. MORIN, dictus *Cromé*, *Conſiliarius magni Conſilii*, unus ex ſedecim Factionis Hiſpa-

(*a*) Sub nomine *Maheutre* in hoc ſcripto intelligitur, qui partibus regis fauet & ſub nomine *Manant, un Ligueur. Gabriel Naudaeus* p. 711. *de ſon Maſcurat* edit. ſecund. obſeruat, quod *un Carabin Maheutre* (i. e. talis, qui partibus regis Nauarrae faueret, & *un pauvre Manant, Ligueur*, optime locuti eſſent in medio Campo de arcanis artibus & congregationibus coniuratorum (*de la Ligue*) & de commodis utriusque partis, quodque colloquia tam ſeria atque ampla inſtituant, quibus nihil melius in hoc genere prodierit. uid. *le Long* l. c. num. 8400. qui etiam in numero ſequente ſcriptum contra hoc editum, in numeris autem antecedentibus & ſequentibus alia ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

Hiſpanicae pro auctore uenditaretur a *Petro Cayet* p. 11. folio uerſo Tomi I. *de ſa Chronologie novennaire*, qui p. 281. dicit, quod 2. aut 3. dies ante feſtum natiuitatis Chriſti hic liber fuiſſet publicatus, quo Dux Moguntinus ualde irritatus fuiſſet, & ſtudioſiſſime inquirere iuſſiſſet, quis huius ſcripti ſit auctor.

Dialogues cinq, faits à l'imitation des anciens. uid. ſupra ſub uoce *Cinq*

(256.) (Nouveaux) Dialogues des morts. Auctor huius ſcripti eſt Mr. *Bernhard de* FONTENELLE. uid. *Bayle* Dictionaire uoce ELISABETH not. D. Noua editio huius ſcripti auctior cum aliis ſcriptis FONTENELLI prodiit Amſtel. 1713. 3. Tomis. Prima editio Pariſiis 1683. in 12. publicata eſt & recenſetur in Actis eruditorum Lipſ. lat. 1683. p. 381. ſed nomen auctoris non indicatur. FONTENELLE ab omnibus fere pro elegantiſſimo ſcriptore gallico habetur.

(257.) Dialogues des Vivans, à Paris 1717. in 8. pagg. 392. recenſentur non adeo magna cum laude *dans les nouvelles de la republique des lettres* 1717. menſ. Nou. & Dec. n. 8. *& dans l'Europe ſavante*, 1718. menſ. Mart. n. 7.. Auctor horum Dialogorum eſt abbas BORDELON. (*a*) Vid *die Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 44. & p. 302.

(258.) Diane

(*a*) Abbatem BORDELONUM ualde perſtringit *Richelet lett.* II. 466. 474. Edidit iam antea hic BORDELONUS: *Caractères naturels des hommes en cent Dialogues*, à la Haye 1692.

(258.) Diane de Caſtro, à Paris 1728. in 12. pagg. 309. Auctor eſſe dicitur celeberrimus HUETIUS, cuius hoc ſcriptum magna cum laude recenſetur *dans le ſupplément du Journal des Savans.* num. 8.

(259.) Dictionaire Neologique (*a*) à l' uſage des beaux Eſprits du Siecle; *avec l' Eloge Hiſtorique du Pantalon Phoebus & la reception de Meſſire Chriſtoffle Mathanaſius dans l' academie françoiſe & autres pieces pareilles, par un Avocat de Province* 1726. in 12. pagg. 143. Auctor eſt abbas DES FONTAINES, qui praeſertim in hoc Dictionario perſtringit Mr. de *la Motte*, abbatem *Houtteville*, P. *Catrou*, Ieſuitam *Courbeville*, du *Cerceau*, *Montcriſt*, *Roi* & abbatem de *Vertot*, it. *Carlet* de *Marivaux*. Sed multas horum auctorum locutiones reiecit, quae tamen tolerari poſſunt.

(260.) Dictionaire univerſel de la France & ancienne & moderne, uoll. 3. in fol. mai. à Paris 1726. 25. Alph. 9. pl. Auctores huius Dictionarii potiores ſunt SAUGRAINS & PRALTU. Recen-

---

(*a*) Recenſetur hoc Dictionarium *dans la bibliotheque françoiſe* 1726. menſ. Sept. & Oct. n. 8. & exinde uerboſe *in den Leipz. gel Zeit.* 1727. p. 132. recenſetur quoque *dans l' hiſtoire litteraire de l' Europe* 1727. menſ. Mart. n. 3. *L' academie françoiſe* petiit a Cancellario Galliae, ut hoc Dictionarium ſupprimeretur, quia tam multi uiri in illo perſtringebantur. uid. *die Leipz. gel. Zeit* 1729. p. 602. Tertia huius ſcripti editio prodiit Amſtel. 1728. in 12. pagg. 464. & recenſetur in Tom. 2. Part. 2. *de la bibliotheque raiſonnée* n. 3.

Digitized by Google

Recenſetur *dans le Journal des Savans* 1726. menſ. Mart. edit. Amſtel. n. 8. & in Actis eruditor. Lipſ. lat. 1728. menſ. Oct. n. 3. Cf. ad hoc Dictionarium: *Réponſe à la Critique du Dictionaire univerſel de la France à Paris* 1727. in 12. pagg. 56.

(261.) Difficultés inſurmontables, qui empêchent l' union. *Lion.* 1722. in 4. pl. 2. Auctor eſt *Pet.* MIDDOCHE. Prodiit etiam uerſio germanica huius ſcripti. uid ſub anonymis germanicis *Unüberwindliche Schwierigkeiten.*

(262.) De la Digeſtion *& des maladies de l' eſtomac*, à Paris 1729. in 12. pagg. 616. Auctor eſt Mr. HECQUET, qui uehementer perſtringit Mr. *Silvam*, & ipſum grauiſſimorum errorum in medicina & anatomia accuſat. Recenſetur hoc ſcriptum *dans le Journal des Savans* 1729. menſ. Dec. n. 1.

(263.) Diſcours hiſtorique *du P. L. J. touchant le Mariage d'Ansbert le Senateur & de Blitilde, fille de Clotaire I. Roy de France, aïeul de ſaint Arnoul, duquel ſont deſcenduës la ſeconde & troiſiéme Lignée de nos Rois: dedié à M. le Prince* in 4. Paris 1647. Auctor eſt *Philippus* LABBE, *Ieſuita*, qui hanc diſſertationem oppoſuit ſcripto *de Chantereau le Fevre*, cuius mentionem facit *Le Long* l. c. num. 9887. Haec diſſertatio autem impreſſa fuit cura domini *du Bouchet*. uid. *le Long* l. c. num. 9888. qui in numeris ſubſequentibus uaria & cum hoc conferenda ſcripta, adducit.

(264.) Diſcours ſur la bienſéance, *avec des maximes & des reflexions trés importantes*, à la Haye

Digitized by Google

Haye 1689. in 12. pagg. 324. Auctor eſſe uidetur P. BOUHOURS (a) iudice Thomaſio *in ſeinen monatl. Nachrichten* 1689. p. 198.

(265.) Diſcours de (François) Cardinal de Joyeuſe, *en forme d'Avis, ſur la mort de Meſſieurs de Guiſe; avec la Réponſe du Roy.* Auctor eſt ipſe Cardinalis DE JOYEUSE, qui antea uocabatur *Arnaud d'* OSSAT, (b) cuius Tom. 2. *de la Suite des Memoires d'Etat* p. 196. in 8. Paris 1625. hoc ſcriptum quoque inſertum eſt.

(266.) Diſcours ſur ce qui ſe paſſe aujourd'hui dans l'empire *au ſujet de la ſucceſſion d'Eſpagne* in 4. 1711. Auctor eſt *Joachim* LE GRAND, *Prieur de Neuville les Dames.* uid. *le Long* l. c. num. 12108. & cf. infra ſub uoce *Memoires, touchant &c.*

(267.) Diſcours (excellent & libre) ſur l'état preſent de la France. Auctor eſt *Michel*

(a) Epiſtolae du P. BOUHOURS ſunt ſatis elegantes, & multa laude dignae.

(b) *Amelot de la Houſſaye* in notis ſuis ad primam epiſtolam Cardinalis *d'* OSSAT, datam ad Henricum III. affirmat, hanc diſſertationem ſcriptam eſſe ab hoc Cardinali, qui eo tempore adhuc erat legatus reginae Nauarrae. In annotationibus ad epiſtolas eiusdem editionis anni 1627. dicitur quod *deux lettres, ou Inſtructions, ou Memoires au Roy Henry* III *ſur cet évenement tragique*, quibus epiſtolis nomen Cardinalis DE JOYEUSE praefixum eſt, ſint ab *Arnoldo* d'OSSAT. Hae epiſtolae reperiuntur in editione 1627. epiſtolarum Cardinalis D'OSSAT & in *Hiſtoria Cardinalis de* JOYEUSE per *Aubery* edita. uid. *le Long* l. c. num. 8090. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria etiam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

chel HURAULT, *Sieur de Fay ;* inſertum eſt hoc ſcriptum Tom. 3. *des Memoires de la Ligue* p. 2. & Tom. 3. *Satyrae Menippeae* p. 84. Hoc opuſculum, quod reſponſionis loco eſſe debet ad epiſtolas ducis *de Guiſe* exaratum eſt magno ingenio & iudicio, auctor eſſe uidetur Lutheranus quidam, licet ſit a nepote *Cancellarii Xenodochii Pariſienſis Michel* HURAULT, *Sieur du Fay*. uid. *Perroniana* uoc. *Fay*. add. *le Long* l. c. num. 8067. qui etiam in numeris praecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(268.) Diſcours ſur la Poliſynodie, in 4. pagg. 147. Prodiit etiam hic tractatus in 12. Amſtel. 1718. cum apologia *Mr. de S. Pierre* ad *Mr. de Sacy*. Auctor huius ſcripti eſt abbas de S. PIERRE, qui in ipſo contendit, aulam Galliae omnino pluribus collegiis ſuperioribus habere opus. Tantopere autem hoc ſuo ſcripto irritauit crabrones, ut ideo ejectus fuerit urbe Pariſienſi, eiusque nomen deletum ex catalogo ſociorum *de l' academie françoiſe*, uid. *Richelet dans ſes lettres* p. 291. & *die Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 314. potiſſimum p. 337. & 805. ubi quaedam alia ſcripta huius auctoris adducuntur. Recenſetur hoc ſcriptum *dans l'Europe ſavante* 1718. menſ. Sept. num. 3. ubi obiter & per tranſennam conceptum dicitur.

(269.) Diſcours prononcé dans l' academie de Soiſſons *en 1709. à l' occaſion de la mort du Préſident (Henry) Delfaut, membre de cette Academie* in 12. *Paris, ap. le Grand* 1709. Auctor eſt

eſt *Jean-Baptiſte Zacharie* GOSSET, *Archidiacre de Soiſſons*. uid. *le Long* l. c. num. 17295.

(270.) Diſcours des raiſons & moyens *pour lesquels Meſſieurs du Clergé, aſſemblez à Chartres, ont declaré les Bulles Monitoriales decernées par le Pape Gregoire XIV. contre les Eccleſiaſtiques & autres, tant de la Nobleſſe que du Tiers-Etat, qui ſont demeurez en la fidelité du Roy, nulles & injuſtes & contre les Droits & Libertez de l' Egliſe Gallicane*; in 8. Tours ap. *Mettayer*, 1591. 1593. Auctor eſt *Charles* FAYE, *Sieur d'* ESPESSE, *Abbé de ſaint Fuſcien, Parlamento Pariſienſi a conſiliis*, qui mortuus eſt 1638. uid. *le Long* l. c. num. 2322. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(271.) Diſcours d' un fidele ſujet *ſur la Majorité des Rois:* par I. B. in 8. Paris ap. *de Bray* 1614. Auctor eſt *Jean* BEDE', *dominus de la Gourmanderie*, reformatae religioni addictus. uid. *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 11219. ſimilia ſcripta ap. *le Long* uid. in numeris antecedentibus & ſubſequentibus.

Diſcours moral & Chrétien ſur l' oraiſon funèbre de Madame T. *** uid. infra ſub tit. *Oraiſon.*

(272.) Diſcours veritable de la priſe & reduction de Marſeille in 4. Paris. 1596. Auctor eſt *Eſtienne* BERNARD, *Maire de Dijon, Conſeiller au Parlement de Bourgogne, Lieutenant General de Chalon-ſur-Saone*, qui miſſus fuit Maſſiliam menſe Decembri 1595. ex parte ducis *de Maine*, ut

ut ibi iuſtitiam adminiſtraret, qui mortuus eſt 1609. uid. *Le Long* l. c. num. 8464. & adde ibid. num. 8465. & 15286. atque 15287.

(273.) Diſcours ſur l' Eloquence, *avec des reflexions preliminaires ſur le même ſujet*, à Paris 1723. in 12. Auctor I. B. KOSKI PALAEOLOGUS, *Conſtantinopolitanus*, cuius opera huic ſcripto impenſa recenſetur & laudatur *dans le Journal des Savans* 1724. menſ. Aprili n. 7. edit. Amſtel p. 441. ſq.

(274.) Diſcours de ce qui advint à Blois *jusqu' à la mort du Duc de Guiſe & du Cardinal de Lorraine*. Auctor eſſe dicitur *Eſtienne* DURAND de Dijon, uti cenſet *Louis Jacob, Carme Reformé*. Reperitur hoc ſcriptum Tomo 3. *Satyrae Menippeae*, Ratisbonae 1711. in 8. editae p. 159. & in Tomo 3. *des Memoires de la Ligue* p. 155. uid. *le Long* l. c. num. 8086. qui etiam num. 8085. ſcriptum aliud, cum hoc conferendum, adducit.

(275.) Diſcours de la ville de Paris à *M. le Prince ſur ſon retour: par un Pariſien* in 4. Paris 1651. Auctor eſt *Sieur l'* ESCALOPIER, *Aumônier du Roy* uid. *le Long* l. c. num 9404. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſimilia ſcripta, & cum hoc conferenda, adducit.

(276.) Diſcours d' Etat, *où il eſt prouvé par un raiſonnement invincible, que la perte de Mazarin & la délivrance des Princes eſt abſolument neceſſaire pour calmer les troubles de la Monarchie* in 4. 1650. Auctor eſt du BOSC DE MONTANDRE', qui hoc ſcriptum una cum illo, cui tit.

 Aveugle-

Aveuglement de la France, de quo uid. ſupra ſub uoc. *Aveuglement* confecit poſt expugnationem urbis *Rethel*, & auctor probare contendit, quod Galli ſint coeci, quia non uiderent, illos eſſe impeditos & catenis conſtrictos, qui defendere poſſent Gallos, uid. *Le Long* l. c. n. 9381. qui & in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(277.) Diſcours veritable *de l' étrange & ſubite mort d' Henry de Valois, advenue par permiſſion divine, lui étant à Saint-Clou, ayant aſſiegé la Ville de Paris, le premier jour d' Aout 1589. par un Religieux de l' Ordre des Jacobins*, in 8. *Paris* & *Lyon* 1589. Auctor eſſe dicitur *Edme* BOURGOIN, *Prieur des Jacobins.* uid. *Pierre Cayet* Tom. I. *de ſa Chronologie Novennaire* fol. 226. p. uerſa it. *Iac. Aug. Thuanus* in *hiſtoria ſua* ſub anno 1590. p. 50. edit. Geneu. ſimilem diſſertationem attribuit à BOURGOIN. Inſertum eſt hoc ſcriptum Tom. 4. *des Memoires de la Ligue* p. 9. & Tom. 3. *Satyrae Menippeae* p. 344. in 8. Ratisbon. 1711. uid. *Le Long* l. c. num. 8159. qui uaria etiam ſcripta adducit in numeris antecedentibus & ſubſequentibus cum hoc conferenda.

(278.) Diſcours genealogique, *Origine & Genealogie de la maiſon de Bragelogne* in 12. Paris 1689. Auctor eſt *Pierre* de BRAGELOGNE, *Praeſes quondam Parlamenti Pariſienſis.* uid. *Le Long* l. c. num. 16450.

(279.) Diſcours au Roy *contre les libelles faits contre le gouvernement de ſon Etat* in 8. 1631. Auctor

Digitized by Google

Auctor eſt *Paul Hay, Sieur* DE CHASTELET. Hoc ſcriptum in fauorem Cardinalis *de Richelieu* compoſitum eſt, *contre les lettres & remarques,* quae aduerſus hunc uirum ſcriptae ſunt, praeſertim contra praeſidem *le Coigneux.* Inſerta eſt tractatio haec *au Recueil de du* CHASTELET p. 440. uid. *le Long* l. c. num. 8879. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus multa ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(280.) Diſcours ſur le livre intitulé : *Le Prince & les deux lettres ſuivantes* in 8. 1631. Auctor eſt *Matthieu* DE MORGUES, *Sieur de Saint-Germain, Aumônier de la reine Mere.* uid. *le Long* l. c. num. 8891. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus multa ſcripta, cum hoc conferenda, adducit, adde etiam in hac ipſa Bibliotheca mea ſupra ſub tit. *Defenſe.*

(281.) Diſcours d' Etat ſur les Ecrits de ce tems, *auquel eſt faite reponſe à pluſieurs Libelles diffamatoires, publiez à Bruxelles par les Ennemis de la France* in 8. 1635. Auctor eſt *Paul Hay, Sieur* DE CHASTELET, *Conſiliarius ſtatus publici.* uid. *le Long* l. c. num. 8950. Inſertum etiam eſt hoc ſcriptum *au Recueil des pieces diverſes pour ſervir à l' hiſtoire par Monſ. du* CHASTELET. p. 112. in fol. *Paris* 1635.

(282.) Diſcours ſur les Arcs triomphaux *dreſſez en la ville d' Aix à l' heureuſe arrivée du Duc de Bourgogne & du Duc de Berry* in fol. *Aix* ap. *Adibert* 1701. Auctor eſt *Pierre* DE CHASTEÜIL GALAUP, qui hoc ſcripto controuerſiae cuidam anſam praebuit, in qua uaria momenta ad hiſto-

Digitized by Google

riam Prouinciae (*de Prouence*) ſpectantia ſunt diſcuſſa. add. *Le Long* l. c. num. 10796. de ſcripto quodam contra hunc tractatum *de Monſ. de Chaſteüil* uid. in Bibliotheca mea Pſeudonymorum ſub uoce *Sextius*.

(283.) Diſcours ample & tres veritable, *contenant les plus memorables faits advenus en 1587. tant en l' armée commandée par le Duc de Guiſe, que par celles des Huguenots, ſous le Duc de Bouillon, envoié par un Gentil-homme François à la Royne;* in 8. *Paris* ap. *Millet* 1588. *Troiſième edition* in 8. *Paris* ap. *Bichon* 1588. Nobilis ille Gallus eſt *Claude* DE LA CHASTRE, qui *Mareſchallus Galliae* fuit & mortuus eſt 1614. uid. *le Long* l. c. num. 8021. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſimilia ſcripta adducit.

(284.) Diſcours abregé d' Artois, *membre ancien de la Couronne de France & de ſes Poſſeſſeurs, depuis le commencement de la Monarchie par* A. C. in 4. *Paris* 1640. Hae litterae initiales ſignificant *Auteüil* COMBAULT quod confirmat *Charles Combault, Baron d' Auteüil dans ſon Hiſtoire des Miniſtres d' Etat* in fol. *Paris* 1642. uid. *le Long* l. c. num. 15663. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus alia ſcripta, de comitibus *Arteſiae* agentia, habet.

(285.) Diſcours d' un vieux Courtiſan déſintereſſé *ſur la lettre, que la Reine, Mere du Roy, a écrite à ſa Majeſté après être ſortie du Roïaume* in 8. 1631. Auctor eſſe dicitur *Achilles* DE HARLAY, *Sieur de Sancy, Evêque de Saint-Malo.* uid. *Abbas de Saint-Germain dans ſon Caton Chrétien,*

tien, & *le Long* l. c. num. 8880. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit. Inſertum eſt hoc ſcriptum *au Recueil de du* CHASTELET. p. 453.

(286.) Diſcours de la Bataille, *donnée près de la ville de Dreux* in 8. Paris 1563. Auctor eſt *Franc.* DE LORRAINE, *Duc de Guiſe*, qui mortuus eſt 1563. uid. *le Long* l. c. num. 7728. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria adhuc ſcripta, de eodem argumento agentia, indicat.

(287.) Diſcours ſur l'Origine des Armes in 4. 1658. Auctor eſt *Claudius Franciſc.* MENESTRIER, *Ieſuita.* Cuius primum hoc de materia hac ſcriptum eſt. (*a*)

(288.) Diſcours ſur la Députation du Parle-

(*a*) Si auctori Tom. 1. *de ſa Bibliotheque curieuſe* 1703. edita p. 81. fides habenda, pauci ſunt libri utiles de arte Heraldica conſcripti intra 40 uel 50 annorum ſpatium editi, & tantum modo pictores, ſculptores, typographos, & rudes bibliopolas auſos fuiſſe ſcribere de hoc argumento, uel decrepitos quoſdam caduceatores, quibus ſuffeciſſet rudi penicillo inſignia delineare. *Le Long* autem l. c. num. 15997. dicit, etiam alios, quam de quibus MENESTRIER loquatur, ſcripſiſſe de arte Heraldica, nimirum Aduocatos Parlamenti & quoque nonnullos Ieſuitas, ideo MENESTRIER nullum, quam quod ipſe confecit ſcriptum in pretio habere uidetur. *Le Long* l. c. in numeris antecedentibus & ſubſequentibus multa alia ſcripta, de arte Heraldica & inſignibus agentia, adducit, & in num. 15998. etiam ſcriptum du *Laboureur* contra Pere *Meneſtrier* indicat.

Digitized by Google

Parlement *à M. le Prince de Condé* in 4. 1649. Auctor eſſe dicitur DU PORTAIL, *Aduocatus Parlamenti*, qui hunc libellum ſcripſit *contre Monſ. le Prince* & contra Parlamentum. uid. *le Long* l. c. num. 9289. * qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(289.) Diſcours ſur le retabliſſement de l' Egliſe roïale de ſaint Quiriace de Provins, *prononcé dans la dite Egliſe: par* le R. P. V. R. P. D. I. in 8. *Orleans* ap. *Boyer* 1666. Litterae initiales ſignificant *le Reverend Pere Vincent* RATIER, *Prieur Des Jacobins*. uid. *le Long* l. c. num. 1546.

(290) Diſcours veritable des Guerres & Troubles advenues en Provence, l' an 1562. *par* N. R. P. in 8. 1564. Litterae initiales ſignificant *Nicol.* REGNAULT, *Provençal.* Hoc ſcriptum etiam inſertum eſt Tom. 2. *des Memoires de M. le Prince de Condé* in 8. 1565. uid. *le Long* l. c. num. 15272. qui etiam in antecedentibus & ſequentibus numeris quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(291.) (Brief) Diſcours *ſur quelques points concernant la Police de l' Egliſe & de l' Etat, & particulierement ſur la reception du Concile de Trente in 8. Paris, ap. Eſtienne* 1615. Huic ſcripto litterae D. P. *Conſeiller d' Etat* ſubſcriptae ſunt, quae ſignificant *Cardinal* DU PERRON. uid. *le Long* l. c. num. 2565. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus multa ſcripta, de receptione Concilii Tridentini agentia, adducit.

(292.) Diſ-

(292.) Diſcours au Roy *(ſur la réunion de ſes Sujets en une même & ſeule Religion)* in 8. 1607. Auctor eſt *Guillaume* RIBIER, *Lieutenant General de Blois, Conſeiller d' Etat en* 1663. uid. *le Long* l. c. in ſupplementis p. 901. col. (a) & add. num. 1778 - 1780. ubi ſcripta ſunt, cum hoc conferenda.

(293.) Diſcours (*a*) ſur les Alliances de France avec l' Eſpagne in 12. Paris. 1661. Auctor eſt *Charles de Saint* DENIS, *Sieur de Saint Evremont.* uid. *le Long* l. c. num. 11931. qui etiam ſimilia ſcripta habet in numeris antecedentibus.

(294.) Diſcours ſur le Congé, *obtenu par le Cardinal de Lorraine, de faire porter armes défenſives à ſes Gens pour la tuition de défenſe de ſa perſonne & ſur ce qui lui advint à l' occaſion de cela à ſon arrivée à Paris, le 8. Janvier* 1565. in 8. *Paris* 1565. Auctor eſt *Iac. Paul* SPIFAME, antea epiſcopus *de Nevers* & deinde *Hugonota.* uid. *le Long* l. c. num. 7752. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(295.) Diſcours des Villes, *Châteaux, Forterеſſes batuës, aſſaillies, priſes par la force de l' artillerie, ſous les Regnes d' Henry II. Francois II. & Charles IX. ſous Jean d' Eſtrées, Grand Maître de l' Artillerie & Capitaine General d'icelle: par* F. D. L. T. in 8. *Paris* ap. *Buon* 1563. Hoc ſcriptum, pau-

(*a*) Prodiit etiam italica huius libri uerſio ſub tit. *La glorioſa Alliança de Francia con l' Eſpanna* in 8. *en* Paris 1661.

cis paginis conſtans, exaratum eſt a *Franc.* DE LA TREILLE, *Seigneur de Barriol, Commiſſaire ordinaire de l' Artillerie & Lieutenant de M. d' Eſtrées en l' Arcenal de Paris & l' Iſſe de France*, continet ea, quae *Jean d' Eſtrées* geſſit ab anno 1552-1563. uid. *le Long* l. c. num. 7739.

(296.) Diſcours ſur la repriſe de l' Iſſe, *Forts & Châteaux de Marans par le Roy de Navarre en Juin* 1588. Auctor eſt *Philippus du Pleſſis*, *Sieur* DE MORNAY, cuius Commentariis (Memoires) inſertum eſt hoc ſcriptum Tom. 1. p. 885. idem exſtat Tom. 2. *des Memoires de la Ligue* p. 411. uid. *le Long* l. c. num. 8058. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(297.) Diſcours du droit prétendu *par ceux de la Maiſon de Guiſe à la Couronne de France* in 8. 1683. Auctor eſt itidem MORNAEUS, *Sieur du Pleſſis.* Inſertum eſt hoc ſcriptum Tom. 1. *des Memoires de la Ligue* p. 46. in 8. 1590. edit. *Antonius Teiſſier* Tom. 4. *additionum ſuarum ad elogia illuſtrium uirorum, a Thuano edita*, ita ſcribit: *Nicolas Vignier, de Bar-ſur Seine, avoit fait des Obſervations ſur l' origine de la Maiſon de Lorraine, par leſquelles il détruiſoit les contes fabuleux de Richard de Waſebourg, Archidiacre de Toul; mais cet Ecrit lui fut derobé pendant ſa vie.* uid. *le Long* l. c. num. 10461. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(298.) Diſcours des Exploits du Duc de Nevers *à ſon arrivée en ſon Gouvernement en Cham-*

Champagne in 12. *Chalons* 1590. Auctor eſt *Louis de Gonzague, Duc* DE NEVERS, cuius commentariis (*Memoires*) hoc ſcriptum quoque eſt inſertum Tom. 2. uid. *le Long* l. c. num. 8273.

(299.) Diſcours de la Bataille, *donnée* le 3. Octobre 1569. *proche de Montcontour* in 8. *Paris* ap. *Dallier* 1569. *Orleans* ap. Gibier 1569. idem ſcriptum prodiit *avec le Siege de Saint-Jean d' Angely*, (1569.) in 12. ap. *Poitiers* 1621. Auctor eſt DE NEUFVILLE. uid. *le Long* l. c. num. 7795. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta, de eodem argumento agentia, adducit.

(300.) Diſcours lamentable ſur l' *attentat & parricide, commis contre la perſonne du Roy Henry* IV. in 8. *Paris* ap. *Huby* 1610. Auctor eſt *Petr.* PELLETIER. uid. *le Long* l. c. num. 8571. cuius numeri antecedentes & ſequentes etiam ſcripta, cum hoc conferenda, continent.

(301.) Diſcours & Rapport de la Conference de Surenne *entre les Deputez des Etats Generaux aſſemblez à Paris avec les Deputez du Roy de Navarre* in 8. *Roüen* 1593. Auctor eſt *Honoré* DU LAURENS, unus ex Legatis *des Provinces aux Etats de la Ligue*, qui in hoc ſcripto mala agit fide, nam multa falſa immiſcet, & publicauit longe plura, quam de quibus partes contrahentes conuenerant, adeoque huic ſcripto fides haberi nequit. uid. Satyra Menippea Tom. 2. p. 290. in 8. Ratisbonae 1711. Hic auctor, qui illo tempore adhuc erat Aduocatus Generalis Parlamenti in Prouincia (*de Provence*) mortuus eſt Archiepiſ-

copus Ambrunenſis 1612. Idem ſcriptum, latine uerſum, prodiit (per *Stephanum* DURANDUM,) *Chalonenſem*. in 8. Pariſiis 1594. uid. *le Long* l. c. num. 8364. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria adhuc ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(302.) Diſcours veritable & ſans paſſiõn ſur la prinſe des armes *& Changemens advenus en la Ville de Lyon, pour la conſervation d' icelle, le* 18. Septembre 1593. in 8. *Lyon* 1593. Auctor eſt *Petr.* MATTHIEU, *Foreſien*. uid. *le Long* l. c. num. 8398. qui in numeris antecedente & ſubſequente etiam quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(303.) Diſcours preſenté au Roy Charles VIII. *pour prouver, que les Comtez de Provence & de Forcalquier ſont du Domaine de France* in 4. Hoc ſcriptum a uiro quodam magnae auctoritatis ortum habet, qui ſtatum publicum adminiſtrauit, Archiua perueſtigauit atque antiquos titulos examinauit. *Le Long* l. c. num. 11560. iudicat, auctorem eſſe *Accurſium* MEYNIER, *Baronem, d' Oppede, Primarium Praeſidem Parlamenti Provinciae (de Provence.)* Le Long l. c. etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(304.) Diſcours ſommaire du Regne de Charles IX. *enſemble de ſa mort & d' aucuns de ſes derniers propos* in 8. *Paris* 1574. auctores eſſe dicuntur *Joachim* DES-PORTES, *Abbé de Tiron, Chartrain*, & *Nicolas* DU MONT, *Salmurienſis*.

enſis. uid. *le Long* l. c. num. 7869. *& la Croix du Maine.*

(305.) Diſcours ſur l' établiſſement d'une Academie de Belles Lettres *dans la ville de Dijon*, in 4. *Dijon* ap. *Michard* 1694. Auctor huius ſcripti eſt *Stephanus Moreau* DE BRAZÉ, *Avocat General en la Chambre des Comptes de Dijon* qui mortuus eſt 1699. uid. *le Long* l. c. num. 17004.

(306.) Diſcours de l' antiquité de l' Echevinage de la Ville de Reims, *pour ſervir de factum au Procés qu' ont les Echevins contre M. l' Archevêque de Reims & les Officiers de ſon Baillage* in 8. *Reims*, ap. de *Foigny* 1628. 1654. in 4. *Reims* 1668. *Le Long* l. c. num. 14501.* coniicit, auctorem huius ſcripti forſitan eſſe *Jean* ROGIER, *Echevin de la ville de Reims* 1628. *Le Long* in numeris antecedentibus uaria etiam ſcripta habet, de urbe Remenſi agentia.

(307.) Diſcours *(a)* ſur la Séance des Rois de France *en leurs Cours de Parlement*, Auctor eſſe dicitur *Jean* DU TILLET, *Greffier au Parlement.* uid. *le Long* l. c. num. 10834.

(308.) Diſcours ſur l' Hiſtoire de Charles VII. *jadis écrite par Alain Chartier, où ſe peut voir que Dieu n' abandonne jamais la couronne de France in 8. Paris* ap. *Langelier* 1589. Auctor eſt *Blaſius* DE VIGENERE. Confectum eſt hoc ſcriptum

---

* *(a)* Scriptum hoc inſertum eſt Tom. 2. Godofredi p. 427. *Le Long* l. c. in numeris antecedentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

Digitized by Google

ſcriptum ante abſolutionem regis Henrici IV. Parum iudicii & nimius affectus ſcriptoris in hoc ſcripto deprehenditur, immiſcentur tamen etiam quaedam diſquiſitiones curioſae. Sed reperiuntur quoque ibidem regulae & propoſitiones, parum chriſtianae. Auctor mortuus eſt 1596. uid. *le Long* l. c. num. 7401. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, de Carolo VII. agentia, adducit.

(309.) (Libre & ſalutaire) Diſcours *des Affaires de France, au Roy* in 8. Paris 1618. Auctor eſt *Viole* D' ATHYS, *Preſident, depuis Conſeiller d' Etat.* uid. *le Long* l. c. num. 11138. Qui in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(310.) Diſcours d' Etat *ſur la Protection des Alliez pendant la Minorité du Roi Louis* XIII. in 4. 1614. Auctor eſt *Jean* BEDE, *Sieur de la Gourmandiere, Gentilhomme Champenois* uid. *le Long* l. c. num. 11838 *. qui in numeris ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(311.) Diſſertation ſur la Nobleſſe d' Extraction *& ſur l' origine des Fiefs, des Surnoms & des Armoiries* in 8. *Paris* ap. *Martin* 1690. Auctor eſt *Joachim Comes* D' ESTAING, qui mortuus eſt 1688. uid. *le Long* l. c. num. 15927. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſimilia ſcripta, de eodem argumento agentia, & cum hoc conferenda, adducit.

(312.) Diſſertation ſur Homere & ſur Chapelain *par* I. P. *de Cr.* P. E. P. E. M. D. L. A. D. L. *à la Haye* 1714. in 8. pagg. 50. Auctor eſt

ſine

ſine dubio *Ioh. Paul* de CROUSAZ, *Profeſſeur En Philoſophie Et Mathematique De L' Academie De Lauſanne*, nam ad hunc quadrant litterae initiales. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1715. p. 464. In hoc ſcripto, ſtilo iucundo, fluido & ambiguo exarato nimii Homeri admiratores perſtringuntur. uid. *Journal des Savans* 1715. menſ. Aprili art. 1. ubi haec diſſ. recenſetur cf. *dans le même Journal* menſ. Aug. art. 1.

(313.) Diſſertation ſur les Penſions *ſelon les Libertez de l' Egliſe Gallicane* in 12. *Roüen* 1671. Auctor eſt M. METAYER, *Licentiatus Theologiae.* uid. *le Long* l. c. num. 2645. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(314) Diſſertation ſur le double amour de Célie. Auctor eſt Mr. du BOIS *de S. Gelais.* uid. *L' Europe ſavante* 1719. menſ. Febr. n. 2. cf. etiam infra ſub uoce HISTOIRE.

(315.) Diſſertation apologetique *pour le bienheureux Robert d' Arbriſſelles, ſur ce qu' en a dit M. Bayle* in 12. *Amiens* 1701. Auctor eſt *Mathurin* SORIS, *Monachus de Fontevrault.* uid. *le Long* l. c. num. 6026. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(316.) Diſſertation ſur la Sueur du Sang de N. S. Jeſus Chriſt au Jardin des Oliviers, Luc. 22. 43. *à Paris* 1720. in 4. pagg. 16. Auctor eſt P. CALMET, qui in hac diſſertatione probare uult, ſudorem ſaguineum naturali modo ex uehementi triſtitia & metu prorupiſſe, explicat etiam modum

Digitized by Google

modum huius ſudoris & adducit multa exempla, quae ipſi ſuppeditauit Mr. *Alliot de Muſſey, Med. D. Facult. Pariſ. & Profeſſor materiae Medicae*, recenſetur haec diſſertatio *dans le Journal des Savans* 1720. menſe Martio n. 6. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theol. Sachen* 1720. p. 478.

(317.) Diſſertation ſur l' autorité legitime des Rois en matiere de Regale in 12. *Cologne*. P. *Marteau* 1682. Hic exiguus tractatus ualde curioſus, antea impreſſus eſt ſub nomine *Talonii* (cui perperam hoc ſcriptum tribuitur in editione 1700.) cum hoc titulo: *Traité de l' autorité des Rois, touchant l' adminiſtration de l' Egliſe Gallicane, avec quelques Pieces par rapport à cette matiere* in 8. *Amſterdam* 1700. in 12. *Amſterdam* (*Roüen*) 1700. (de quo uid. *le Long* l. c. num. 2581.) Auctor autem eſt *Rolland* LE VAYER (*a*) *de Boutigny*. uid. *le Long* l. c. num. 2781. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta ſimilia (*b*) adducit.

(318.) Diſſertation hiſtorique ſur les Duels & les Ordres de Chevalerie *par* M. B. ** *Amſt.* 1720. Auctor eſſe dicitur Mr. BASNAGE. uid. *le Journal des Savans* 1721. menſ. Maio n. 11. ubi etiam haec diſſertatio recenſetur, alia recenſio eſt in Actis eruditor. Lipſ. lat. 1722. menſ. Aprili n. 5.

(*a*) Qui mortuus eſt 1685. in munere *d' un Intendant de Soiſſons*.

(*b*) Huc etiam faciunt numeri, numerum 2581. apud le Longium antecedentes illumque ſequentes.

n. 5. & laudatur hoc ſcriptum, cf. etiam die Republyk *der Geleerden* menſ. Ian. & Febr. 1721. n. 9.

(319.) Diſſertation, *où l' on fait voir que l' Hiſtoire de la Translation & du Retour du corps de ſaint Martin à Tours, attribuée à ſaint Odon de Cluny eſt une Piece ſuppoſée.* Auctor eſt *Claudius du Moulinet, Sieur* DES THUILLERIES & impreſſa eſt haec diſſertatio cum ſcripto huius auctoris *ſur la Mouvance de Bretagne* in 12. *Paris* 1711. uid. *le Long* l. c. num. 4208. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, de *Martino Turonenſi* agentia, & cum hoc conferenda, habet.

(320.) Diſſertation ſur l' origine des Maladies épidémiques *& principalement ſur l' origine de la Peſte, où l' on explique les cauſes de la propagation & de la ceſſation de cette maladie, à Montpellier* 1721. in 8. pagg. 118. Auctor eſt Mr. ASTRUC, *Medicus montis Peſſulani.* Qui ſimul in hoc libro omnes fere peſtis uehementiores impetus percenſet, qui unquam contigerunt in orbe terrarum. Auctor detegitur *dans le Journal des Savans* 1722. menſ. Iunio. n. 1. p. 603. ex quo potiora momenta referunt *die Leipz. gel. Zeit.* 1722. p. 729.

(321.) Diſſertation *ſur l' origine des Rois de France de la troiſième Race.* Auctor eſt itidem *Sieur* DES THUILLERIES, & eſt quarta diſſertationum, impreſſarum cum illa, quae confecit *ſur la Mouvance de Bretagne* in 12. Paris 1711. Auctor ſequitur ſententiam *Chiffletii* & DE BELLEFOREST, qui *Robertum fortem* de

Welpho

Digitized by Google

Welpho, duce Bavariae, ortum traxiſſe putant. uid. *le Long* l. c. num. 9926. nam hic etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet. adde ſupra tit. *Défenſe des Diſſertations.*

(322.) Diſſertation ſur les Miracles de l' Abbé Paris. Auctor eſt Mr. DES VOEUX uid. part. 80. *der auserleſenen* Theol. Bibliothec p. 907.

(323.) Diſſertation ſur l' air maritime *à Marſeille, Brochure* in 4. pagg. 20. RÉPONSE À LA DISSERTATION SUR L' AIR MARITIME *à Marſeille* in 4. pagg. 7. Auctor prioris ſcripti eſt BERTRAND, *Medicus quondam Maſſilienſis*, qui in hoc ſcripto defendere conatur, auram in locis maritimis non adeo eſſe periculoſam, ut vulgo creditur. Mr. GERIN autem, (*Lieutenant General à Marſeille*) contrarium probare ſatagit in reſponſione citata. Recenſentur haec diſſertatio & ad eandem reſponſio *dans les Memoires de Trevoux* 1727. menſ. Febr. n. 6. & exinde ſatis uerboſe *in den Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 1067.

(324.) Diſſertation, *(a) touchant quelques points de l' Hiſtoire de Normandie, ſur lesquels le nouvel Hiſtorien de Bretagne s' eſt mépris.* Auctor eſt *Claude du Moulinet Sieur* DES THUILLERIES. uid. *le Long* l. c. num. 14811.

(325.) Diſſertation ſur ſainte Larme de Vandome 1699. *à Paris*. Auctor eſt Mr. THIERS.

Con-

(*a*) Haec diſſertatio impreſſa eſt cum iſtis diſſertationibus, quas auctor confecit *ſur la mouvance de Bretagne*, in 12. Paris 1711. editis.

Digitized by Google

Contra eum ad uindicandam ueritatem reliquiarum iſtius ſanctae ἀνωνύμως ſcripſit MABILLONIUS teſte *Simonio* Tom. 3. *bibliothecae crit.* cap. 32. p. 337.

(326.) Diſſertation ſur la reception du Concile de Trente en France, *dans laquelle ſont marqués les endroits du Concile de Trente, qui ſont contraires aux Uſages de ce Royaume.* Haec Diſſertatio auctorem habere uidetur Monſ. RACICOT, cum cuius notis *ſur le Concile de Trente* eſt impreſſa in 8. *Cologne* (uel potius *Bruxelles*) 1706. Scripta eſt ab eruditiſſimo uiro, qui hanc quaeſtionem multa cum eruditione & moderatione pertractauit. uid. *le Long* l. c. num. 2569. hic enim in numeris antecedentibus & ſequentibus multa ſcripta, de Concilio Tridentino agentia, adducit.

(327.) Diſſertation critique touchant Tertullien & ſes ouvrages. Auctor huius Diſſertationis eſt *Petrus* ALLIXIUS, praemiſſa autem deprehenditur haec Diſſ. *Apologetico Tertulliani* ex uerſione Mr. GIRY (qui fuit membrum *de l' academie françoiſe*) quod apologeticum prodiit Amſtelodami 1701. in 8.pl. 16. uid. *Thomae Ittigii praefationem ad tractatum de Haereſiarchis, aevo apoſtolico proximis* p. 3. & 266.

(328.) Diſſertation ſur la découverte du lieu d' Epone, *où a été tenu un Concile de ce nom.* Auctor eſt Mr. de VALBONNAIS, qui etiam edidit LES MEMOIRES DE DAUPHINE. ad quod ſcriptum in hac diſſertatione remittit, uid. *Menckenii additiones ad abbatis Lenglet du*

Digitized by Google

Freſnoi Catalogue des Hiſtoriens p. 291. add. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 459. Recenſetur illa diſſertatio *dans les Memoires de Trevoux* 1715. menſ. Febr. art. 7. & exinde *dans le Journal des Savans* 1716. menſ. Maio art. 4.

(329.) Diſſertation ſur le tems de la mort de ſaint Martin. *Abbas* GERVAISE, qui confecit uitam S. Martini, etiam adiunxit hanc diſſertationem p. 355. contendit ibi probare, quod hic ſanctus mortuus ſit anno Chriſti 396. uid. *le Long* l. c. in ſupplem. p. 908. col. (a) qui etiam in num. 4191. 4209*. uaria ſcripta de S. Martino agentia, adducit.

(330.) Diſſertation ſur la Contagion de la Peſte, *où l' on prouve, que cette maladie eſt veritablement contagieuſe, & où l' on répond aux difficultés, qu' on oppoſe contre ce ſentiment, à Toulouſe* 1724. in 8. pagg. 152. Auctor eſt Mr. ASTRUC, uid. *le Journal des Savans* 1725. menſ. Maio in 12. edit. Amſtel. ubi recenſetur. Contra ſcriptum BOUILLETI haec diſſertatio directa uidetur, de quo uid. ſupra ſub uoce AVIS.

(331.) Diſſertation ſur la validité des Ordinations des Anglois & ſur la ſucceſſion des Evêques de l' Egliſe Anglicane. *à Bruxelles* 1723. in 12. TOM. 1. pagg. 276. TOM. 2. pagg. 154. Auctor elegantis huius diſſertationis eſſe cenſetur P. COURAYER, *Canonicus regularis & Bibliothecarius Abbatiae de la Ste. Geneviéve* uid. *Journal des Savans* 1724. menſ. Febr. n. 5. edit. Amſtel. p. 155. ubi haec diſſertatio cum laude recenſetur cf.

initium

initium recenſionis *dans le même Journal* 1724. menſ. Ianuar. n. 1. edit. Amſtelod. p. 31. ſq. hic enim etiam auctoris opera laudatur & Theologis praeſertim Papiſtarum commendatur, qui parum plerumque edocti ſunt de ſtatu & conditione epiſcoporum in Anglia. Scopus auctoris eſt, ut probet, ordinationem epiſcoporum in Anglia eſſe ualidam & ueram, eique nihil, quod ad eſſentialia pertinet, deeſſe. Recenſetur quoque haec diſſertatio *dans la bibliotheque ancienne & moderne de Mr.* CLERC Tom. 20. part. 2. n. 13. ubi praeſertim documenta, quae P. COURAYER, ſuae diſſertationi adiecit, memoratu digna cenſentur. cf. infra ſub uoce LETTRE. ibi enim aduerſarius quidam du P. COURAYER nominatur eiusque ſcriptum adducitur. Praeter P. GERVAISE qui n. citato detegitur etiam contra P. COURAYER ſcripſerunt P. HARDOUIN, & Le QUIEN, cf. etiam ad hunc numerum defenſionem huius diſſertationis ſupra ſub uoce DEFENSE.

(332.) Diſſertations de Pierre Ioſeph (de Haitze) *ſur divers points de l'Hiſtoire de Provence* in 12. *Anvers* 1704. Auctor hic DE HAITZE, qui in Prouincia (*dans la Provence*) plerumque uocabatur DE HACHE, ſcriptis ſuis tantum praenomina ſua addere conſueuit, quae in baptiſmo acceperat. (*a*)

 (333.) Diſ-

(*a*) Haec collectio diſſertationum continet 12. diſſertationes & dedicata eſt Epiſcopo *de Cavaillon*, urbi, in qua natus eſt auctor, ſcriptae quidem ſunt *à Anvers* hae diſſertationes, ſed impreſſae Aquis Sextiis. (*à Aix*) *par Adibert*. uid. *le Long*

Digitized by Google

(333.) Diſſertations ſur diverſes matieres de religion & de Philologie *à Paris* 1712. in 12. mai. Auctor eſt Mr. HUETIUS & alii. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1720. p. 59. Noua harum diſdiſſertationum editio gallica prodiit Hagae comitum 1720.

(334) Diſſertations deux ſur la Ville, *nommée anciennement Aventicum.* Hae diſſertationes ſunt a *Bernardo Philiberto* MOREAU DE MAUTOUR, *de l'academie roïale des Inſcriptions*, quae duae diſſertationes impreſſae ſunt cum diſſertationibus hiſtoricis *ſur divers ſujets d' Antiquitè* in 12. *Paris* ap. *Cot.* 1706. uid. *le Long* l. c. num. 15437. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, & de eadem urbe agentia, adducit.

(335.) Diſſertations hiſtoriques ſur divers ſujets. *Roterodami* 1707. in 8. Auctor eſt Mr. DE LA CROZE, (*a*) *bibliothecarius Berolinenſis.* uid.

Long l. c. num. 15269. qui per totum articulum XI. a num. 15252 - 15353. multos ſcriptores, de hiſtoria Prouinciae (*de Provence*) agentes, adducit. Adde etiam in hac ipſa mea bibliotheca anonymor. infra ſub uoce REFLEXIONS contra quas DE HAITZE in his diſſertationibus reſponſionem publicauit, adde etiam ſupra ſub uoce DISCOURS ſub tit. *Apologie des anciens hiſtoriens* & in bibliotheca mea Pſeudonymorum, ſub uoce *Sextius*.

(*a*) Mr. DE LA CROZE perſtringitur a doctore quodam Sorbonnico, cuius ſcriptum Clericus bibliothecae ſuae ſelectae inſeruit Tom. 14. p. 332. quo loco etiam *Clericus* confirmat, Mr. DE LA CROZE eſſe auctorem harum diſſertationum,

uid. acta eruditorum latina 1710. p. 69. 70. idem quoque confirmat Catalogus bibliothecae Haſeanae p. 437.

(336.) Diſſertations ſur la Mouvance de Bretagne *par rapport au droit, que les Ducs de Normandie y prétendoient, & ſur quelques autres ſujets hiſtoriques*, in 12. *Paris* ap. *Fournier*. 1711. Auctor eſt *Claude du Moulinet, Sieur* DES THUILLERIES uid. *le Long* l. c. num. 11490. qui in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda habet, add. etiam infra ſub tit. *Lettre à M. l' Abbé de Vertot*. &c.

(337.) Les Diverſités, Auctor eſt abbas BORDELON, qui ipſe hoc ſcriptum pro ſuo agnoſcit *dans les dialogues des Vivans*. adde *die Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 302.

(338.) La Doctrine des Evangeliques-Luthériens ſur la préſence réelle & eſſentielle du corps & du ſang de Jeſus Chriſt dans l' Euchariſtie, *à Francfort ſur le Mein* 1728. in 8. pl. 13. (In titulo libri reperiuntur haec uerba *ſuivant la copie, imprimée à Amſterdam*, locus autem impreſſionis fictus uidetur) Auctor eſt *Ioh. Iac.* KOETHE, *Paſtor eccleſiae Lutheranae Geneuenſis*, qui doctrinam de ſacra coena ſolide in hoc ſcripto defendit contra Caluinianos. Reticuit autem nomen ſuum ideo, ne inter reformatos uiuens

 peri-

tionum. Tomo 15. *Bibliothecae ſelectae Clerici* p. 156. inſerta eſt CROZII reſponſio, in qua iudicat, aduerſarium ſuum eſſe ex Societate Ieſu. adde Tom. 16. *bibliothecae ſelectae* cit. p. 412.

periculum ſibi hoc ſcripto acceleret, quibus in hoc argumento pertractando, non poterit placere. (*a*)

(339.) Les Droits de l' Empire ſur l' Etat Eccleſ. *à l' occaſion de la diſpute de Commachio*, Auctor huius ſcripti eſt L. A. MURATORIUS, qui italice primum illud confecit. uid. Catalogum librorum uiri cuiusdam clariſſimi Lipſienſis Part. 1. p. 39.

E.

(340.) Eclairciſſement à M. l' Archevêque de Paris *pour Meſſieurs les Doien & Chapitre & le Sieur Joly-Chantre & Chanoine de l' Egliſe de Paris ſur un Factum, intitulé: Réponſe des Curez de Paris au ſecond Factum de Claude Joly* &c. in 4. Auctor eſt ipſe *Claudius* JOLY uid. *le Long* l. c. in ſupplementis p. 944. col. (b) cf. infra in hac ipſa bibliotheca mea ſub uoce *Factum.*

(341.) Eclairciſſement (ſecond) du Droit de ſa Majeſté &c. uid. ſupra ſub tit. *Demonſtration premiere* in hac ipſa bibliotheca, ubi auctor detectus eſt.

(342.) Ecritures pour Claude Joly, *Chanoine & Chantre de l' Egliſe de Paris, pour ſervir de Contredits à la Production du Recteur & Suppôts de l' Univerſité de Paris, ou Réponſe à un Libelle*

(*a*) Non indicauiſſem huius uiri nomen, niſi perſuaſus eſſem, illum ueritate ſatis ſuffultum, contra quosuis dicta ſua defendere poſſe iniuſtos adgreſſores. Recenſetur hoc ſcriptum cum laude in parte 137. *der teutſchen* actorum eruditorum n. 2. & in part. 36. *der auserleſ.* Theolog. Bibliothec non minori cum elogio n. 3.

Digitized by Google

belle, *intitulé: Factum, ou Traité hiſtorique des Ecoles de l' Univerſité de Paris* in 4. *Claudius* JOLY confecit hunc librum, ut defenderet iura cantoris (*Chantre*) *eccleſiae Pariſienſis*. uid. *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 16836. & cf. ſupplementa Le Longii p. 944. col. (b) uid. etiam in hac bibliotheca mea paulo infra ſub tit. *Factum*.

(343.) L' Egliſe de Saint-Quentin en Vermandois, *originairement Epiſcopale & roïale de fondation*, *toûjours maintenuë dans ſes Droits de Jurisdiction ordinaire contre les Evêques de Noyon* in 4. [1691.] Auctor eſt *Claude* BENDIER, *Canonicus eccleſiaë regiae de Saint-Quentin*. uid. *le Long* l. c. in ſupplementis p. 907. col. (b) & in bibliotheca ipſa num. 3872. & ſequentibus, ubi ſcripta, cum hoc conferenda, occurrunt.

(344.) Elemens de la Géometrie de l' infini, *ſuite des Mémoires de l' academie roïale des Sciences* à Paris 1727. in 4. pagg. 448. Auctor eſt Mr. FONTENELLE, *Secretarius quondam academiae ſcientiarum*. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1728. p. 602. recenſetur hoc ſcriptum *dans le Journal des Savans* 1728. menſ. Nou. n. 7 & *dans les Memoires de Trevoux* 1730. menſ. Iul. n. 3. cum elogio.

(345.) Elemens hiſtoriques, ou methode courte & facile pour apprendre l' hiſtoire aux enfans 1730. in 12. *uoll.* 2. *uol.* 1. pagg. 227. *uol.* 2. pagg. 234. Translator huius libri eſt Mr. *Drouet* de MAUPERTY. uid. *die Leipz. gel. Zeit.*

 1730.

Digitized by Google

1730. p. 902. Gallica haec uerſio recenſetur *dans le Journal des Savans* 1731. menſ. Iunio n. 9.

(346.) Les Elemens de Géometrie. Auctor eſt *Anton.* ARNALDUS, qui obiit exul in Gallia d. 7. Aug. 1694. anno aetatis 83. uid. Acta eruditorum 1699. p. 326.

(347.) Eloge de la Brochure confecit Abbas de FONTAINES. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1726. p. 1068. & 1727. p. 125. ubi hoc ſcriptum parui aeſtimatur.

(348.) Eloge de Claude de Vert, *Religieux de l' Ordre de Cluni.* Auctor eſt *Pierre Nicolas* DES MOLETS, *Prêtre de l' Oratoire.* Exſtat hoc elogium ante Tomum 3. operum DES MOLETS, Pariſiis 1703. in 8. editorum. uid. *le Long* l. c. num. 4961. qui etiam in numero antecedente aliud elogium *Claudii de Vert*, per anonymum editum, adducit.

Eloge de Pierre Jeannin. uid. infra ſub tit. Vie de *Pierre Jeannin.*

(349) Eloge de Jacques Benigne Boſſuet, Auctor eſt N. SAURIN, *(a) membrum academiae regiae ſcientiarum.* Elogium autem hoc inſertum eſt 36. *Journal des Savans* anni 1704.

(350.) Elo-

(*a*) Vid. *le Long* l. c. qui etiam in numero 3721. orationem funebrem *Boſſueti*, per *Car.* DE LA RUE, *Ieſuitam*, num. 3722. elogium *Boſſueti* per *Franc. Timoleontem* DE CHOISY, membrum academiae gallicae & num. 3724. elogium anonymi, *Memoriis Treuoltienſibus* 1704. inſertum & *Boſſueto* ſcriptum, adducit.

(350.) Eloge de Madelaine de Scudery. (*a*) Auctor eſt *Noël* BOSQUILLON, *de l' academie de Soiſſons*, & inſertum deprehenditur hoc ſcriptum *au Journal des Savans* 27. anni 1701. uid. *le Long* l. c. num. 17469.

(351.) Eloge de Paul Peliſſon, (*b*) *Fontanier, Maitre des Requêtes, de l' academie Françoiſe & ſon Hiſtorien.* Auctor eſt *Noël* BOSQUILLON *de l' academie de Soiſſons*, & inſertum eſt hoc ſcriptum *au Journal 17 des Savans* 1693. uid. *le Long* l. c. num. 14067.

(352.) Eloge de Michel de Marolles, *Abbé de Villeloin* (qui mortuus eſt 1681.) Auctor eſt *Ioachim* LE GRAND, ipſum elogium autem inſertum eſt *au Journal des Savans* 1681. menſi Aprili. uid. *le Long* l. c. qui etiam in numero praecedente *les Memoires de Michel de Marolles* allegat.

(353.) Eloge de Charles Le Cointe, (*c*) *Prêtre de l' Oratoire.* Auctor eſt *Ioachim* LE GRAND, *Prieur de Neuville les Dames.* Inſertum eſt hoc elogium *au Journal des Savans* anni 1681. parti ſeptimae. uid. *le Long* l. c. num. 4614. qui etiam in numero ſequente allegat uitam *du Cointe*, per *Gerardum* DU BOIS ſcriptam.

(354.) Eloge funebre de Pompone de Bellievre: *par un Chanoine Regulier de l' Ordre de ſaint Auguſtin* in 4. Paris 1657. Auctor eſt *Petrus* L'ALLEMANT. uid. *le Long* l. c. num. 14135.

X 5 qui

(*a*) Quae mortua eſt 1701. (*b*) Qui mortuus eſt 1693. De alio elogio *Peliſſonii* per *Perraultum* uid. ibid. num. 14068. (*c*) Mortuus eſt *le Cointe* 1681.

qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſimilia ſcripta, & cum hoc conferenda, profert.

(355.) Eloges & Caracteres des Philoſophes les plus célebres *depuis la naiſſance de Jeſus Chriſt jusqu' à preſent*, *à Paris* 1726. in 12. pagg. 478. Auctor eſt Mr. *Dupont* BERTRIS, qui in hoc ſcripto 15. Philoſophorum uitas deſcribit, *Senecae*, *Plutarchi*, *Abelardi*, *Averrhoes*, *Alberti Magni. S. Thomae, Scoti, Cardani, Gaſſendi, Carteſii*, *Maignani*, *Paſcalis*, *Malebranchii*, & *Leibnitzii.* Auctores autem *du Journal des Savans* 1727. menſ. Aug. n. 3. iudicant, auctorem non niſi uulgaria afferre de iſtis philoſophis; adde aliam huius ſcripti recenſionem *dans les Memoires de Trevoux* 1729. menſ. Maio n. 6.

(356.) Eloges hiſtoriques des Evêques de Chalon. Auctor eſt *Leonard* BERTAUD, qui haec elogia etiam inſeruit illuſtri ſuae *Orbandale* p. 278. Tomo 2. de qua hiſtoria uid. in hac ipſa Bibliotheca mea anonymor. infra ſub uoce *Orbandale.* adde *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 3559. ubi etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſcripta, hiſtoriam huius urbis illuſtrantia, adducit.

(357.) Eloges hiſtoriques (*avec les Portraits*) des Archevêques de Paris, *qui ont gouverné cette Egliſe depuis environ un ſiecle, jusqu' au decès de François de Harlay* in 4. *Paris* ap. *Muguet* 1698. Auctor eſt *Stephan. Algay* DE MARTIGNAC, qui mortuus eſt 1698. uid. *le Long* l. c. num. 3695, hic etiam in numeris antecedentibus uaria ſcripta, de

de *Archiepiſcopis Pariſienſibus* & in ſpecie *de Harlay* (qui mortuus eſt 1695.) adducit.

(358.) Des Enſeignes anciennes & Etendarts de France *de la Chappe de ſaint Martin, de l'Office du Grand Seneſchal, dit Dapifer, qui portoit cette Chappe aux Batailles: de l'Oriflamme, ou Etendart de ſaint Denis, de la Banniere de France & Cornette Blanche* in 4. Paris 1637. Auctor eſt *Auguſt* GALLAND, *Procureur General du Domaine de Navarre.* uid. *le Long* l. c. num. 13706. qui etiam in numeris antecedentibus ſimilia ſcripta, & cum hoc conferenda habet. cf. etiam in hac mea Bibliotheca uocem OFFICE.

(359.) Entrée du Roi dans la Ville d'Arles, *le 29. Octobre de l'an* 1622. *in fol. Avignon* ap. *Bramereau* 1623. Auctor eſt *Petr.* SAXI, *Canonicus eccleſiae Metropolitanae d'Arles,* in ſcripto hoc multae hiſtoriae reperiuntur uid. *le Long* l. c. num. 10742. & *Bouche* Tom. 2. de *ſon Hiſtoire de Provence* p. 866.

(360.) Entrée de Henry de Bourbon, *Prince de Condé, Gouverneur de Bourgogne, en la ville de Dijon, le 30. Septembre 1632. avec figures* in fol. *Dijon* ap, *Guyot* 1632. Auctor eſt *Pierre* MALPEY, *Aduocatus,* qui mortuus eſt 1650. uid. *le Long* l. c. num. 10770. & hic etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, huc ſpectantia & cum hoc conferenda, adducit.

(577.) Hiſtoire du Calviniſme de Maimbourg & celle du Papiſme, *miſes en Parallele, ou Apologie pour les Reformateurs, pour la Reformation & pour les Reformez, contre l'hiſtoire du Calviniſme De M. Maimbourg* 2. uoll. in 4. *Rotterdam* ap. *Leers* 1682. 3 uoll. in 12. eadem hiſtoria 1683. 4. Parties, *à Rotterdam* 1683. in 8. 2. uoll. recenſetur haec hiſtoria in actis eruditor. lat. 1683. p. 520. ſatis uerboſe, ubi tamen auctor non indicatur. Auctor huius libri eſſe dicitur BASNAGIUS. uid. *Auguſt. Hauſens Religions Prüfung* lib. 11. cap. 11. p. 1064. Fabricius tamen in hiſt. biblioth. ſuae part. 5. p. 410. IURIAEUM pro auctore huius libri habet. *Le Long* l. c. num. 1844 etiam affirmat, IURIAEUM eſſe huius ſcripti auctorem. *Iurieu* multa ſingularia in hoc opuſculo habet. Mortuus eſt *Iurieu* 1713. *Le Long* l. c. in numeris antecedentibus, & ſubſequentibus uaria etiam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(578) Hiſtoire du Fanatiſme de notre tems, *& le deſſein, que l'on avoit de ſoulever en France*

France les mécontens des Calviniſtes, à Paris 1692. Auctor huius libri eſt BRUEYS. uid. Baylius in dictionar. critico uoce *Kotterus* not. H.

(579.) Hiſtoire des Rois de Sicile *& de Naples de la Maiſon d' Anjou* in 4. *Paris* ap. *le Mercier* 1707. Auctor eſt *Nicolas Petrineau* DES NOULIS, *Angevin, Préſident de l' Election d' Angers & Secretarius perpetuus academiae huius urbis.* Deſcribit hiſtoriam Caroli I. Comitis *d' Anjou*, qui mortuus eſt 1284. & hiſtoriam Caroli II. *Le Boiteux* dicti, qui mortuus eſt 1309. Hauſit ſua ex Hiſtoricis coaeuis, qui pro accuratiſſimis habentur, ex Titulis originalibus & Manuſcriptis authenticis. DES NOULIS mortuus eſt 1709. uid. *le Long* l. c. num. 10191. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta cum hoc conferenda adducit.

(580.) Hiſtoire critique de la republique des lettres, *tant ancienne, que moderne.* Tomi 15. uoll. 6. auctores ſunt *Ioh.* MASSON & *Philipp.* MASSON, & hoc opus uocatur eximium Diarium in *Kleſekeri Bibliotheca eruditor. praecocium* p. 210. add. etiam *Acta eruditor. Lipſ.* germ. part. 20. p. 716. *Tom.* 1. huius Hiſtoriae criticae prodiit *à Utrecht* 1712. in 12. *Tom.* 2. ibid. 1713. *Tom.* 3. *à Amſterd.* 1713. *Tom.* 4. ibid. 1713. *Tom.* 5. & 6. ibid. 1714. *Tom.* 7. ibid. 1714. *Tom.* 8. ibid. 1715. *Tom.* 9. ibid. 1715. *Tom.* 10. ibid. 1716. *Tom.* 11. ibid. 1716. *Tom.* 13. ibid. 1717. *Tom.* 14. ibid. 1717. uid. *den Bücher-Saal* Tom. 2. p. 372. ſq. & catal. biblioth. Haſeanae p. 748.

(581.) Hiſtoire de la Vie & Faits heroï-

heroïques de Louis Second, *Duc de Bourbon,(a) arriere fils de* Robert, *Comte de Clermont, Baron de Bourbon, fils de ſaint Louis; en laquelle eſt compris le Diſcours des Guerres des François contre les Anglois, Flamans, Sarraſins & autres, ſous la conduite du dit Duc pendant les Regnes de Jean, de Charles V. & de Charles VI, écrite par le commandement de Charles, Comte de Clermont, fils ainé de Jean, Duc de Bourbon, Seigneur de Beaulieu, en 1429, donné au public par Jean-Baptiſte Maſſon, Archidiacre d' Evreux* in 8. *Paris* ap. *Huby* 1612. Auctor eſt *Jean* D' ORONVILLE, *Piccard*, dictus *Cabaret, pauvre Pellerin*, qui hanc hiſtoriam ex iis relationibus conſcripſit, quas ipſi ſuppeditarat *Monſ. Caſtelmorant*, uir celebris & nobilis, qui cum hoc duce educatus erat, & nunquam fere ſine eo fuerat. uid. *le Long* l. c. num. 10315. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria adhuc ſcripta adducit, de hoc duce agentia.

(582.) Hiſtoire d' une Dame chrétienne de la Chine, *à Paris* 1688. in 12. Auctor eſt *Phil.* COUPLET, *e Societate Ieſu*. uid. acta eruditorum 1688. p. 386. Diſſeritur etiam in hac hiſtoria de moribus populi Chinenſis, de praecipuis fulcris eorum religionis, & inſtitutis Miſſionariorum.

(583.) Hiſtoire de la Ville de Valenciennes, *depuis l' an de Jeſus-Chriſt 366. juſqu' en 1598. par Pierre d' Oultreman, Jeſuite*, in fol. *Doüay*, ap. *Wyon*,

(a) Hic dux, qui erat *Pair & Chambellan de France* mortuus eſt 1410.

Digitized by Google

Wyon, 1640. & *Valenciennes* ap. *Bouchet* 1687. *Henricus* D' OULTREMAN, *Prevôt de Valenciennes* eſt uerus huius Hiſtoriae auctor, *Petrus* D' OULTREMAN autem illam auxit & illuſtrauit. Editiones adductae non differunt. uid. *le Long* l. c. num. 15678. cuius numerus praecedens continet ſcriptum, cum hoc conferendum.

(584.) Hiſtoire critique de la créance & des coutûmes des nations du Levant, *Francfort* 1684. Auctor eſt *Rich.* SIMONIUS, idque ipſe fatetur in Bibliotheca critica N. T. Tom. I. cap. 22. p. 301. addens tamen, hunc libellum non conuenire cum ſuo originali, ſed ſaepius & quidem uitioſe deſcriptum eſſe, antequam prelo ſubiiceretur.

(585.) Hiſtoire de la Maiſon de Luxembourg &c. *par Nicolas Vignier, illuſtrée de Notes; avec une continuation jusqu' à preſent; & enfin les Tables genealogiques des Princes de cette illuſtre Maiſon & des principales Familles, venues par Fils & Filles; avec les Blazons de leurs Armoiries & de leurs Alliez* in 4. *Paris* ap. *Blaiſe* 1619. *Le Long* l. c. num. 15769. dicit *Nicol. Georg.* PAVILLON, *Aquisgranenſem (d' Agen) Advocatum Parlamenti Pariſienſis*, hanc editionem procuraſſe cum continuatione per filias, (*la premiere Branche des mâles étant ceſſée au degré onzième*, uti habet *le Long* & tabulas genealogicas huius familiae addidiſſe. *Le Long* etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(586.) Hi-

(586.) Hiſtoire de S. Louïs Libri 25. Tomi 2, à Paris 1688. in 4. Auctor eſt dominus DE SACY. uid. acta eruditorum 1688. p. 454. ex Baſnagii relationibus Roterodamenſibus.

(587.) Hiſtoire des revolutions de Suede, *à Paris* 1691. in 12. & Amſtel. 1696. in 12. editio Amſtelodamenſis praefert auctorem Dn. *de Fontenelle*; ſed abbatem DE VERTOT, genuinum libri huius auctorem eſſe, patet ex diario nouo eruditorum Berolinenſi 1696. p. 96. quod etiam confirmant acta eruditorum Lipſienſ. latina 1697. p. 99.

(588.) Hiſtoire de Louïs XI. Roi de France & des choſes memorables, *avenues en l' Europe, durant 22 années de ſon regne, à Paris* 1628. in 4. Auctor eſt DU MATTHIEU. uid. catalog. biblioth. Haſeanae p. 390.

(589.) Hiſtoire de Philippe de Valois & du Roi Jean. *Amſtel* 1688. in 8. Auctor eſt *L' Abbé* DE CHOISY. uid. catalogum librorum uiri cuiusdam clariſſimi Lipſienſis part. 1. p. 39.

(590.) L' hiſtoire de la ville & de l' egliſe de Frejus par M. G. C. D. D. E. T. *à Paris* 1730. in 12. pagg. 554. Auctor eſt *Iacob Felix* DE GIRARDIS, *Paſteur dans le Diocèſe de Frejus.* Diſpoſitio rerum in hac hiſtoria uocatur ualde confuſa, & ſtilus nimis obſoletus. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1730. p. 834.

(591.) Hiſtoire (d' Amé) *(a)* Comte de Genevois

(*a*) *Amé, Comte de Genevois* erat filius ſecundus *d' Amé* VIII. primi ducis Sabaudiae. Haec Hiſtoria ſe extendit usque

Digitized by Google

Genevois & de Mademoiſelle d' Anjou in 12. *Paris* ap. *Barbin* 1680. Auctor eſt PRESCHAC. uid. *Le Long* l. c. in ſupplementis p. 917. col. (a)

(592.) Hiſtoire du Droit François in 12, *Paris* ap. *le Petit* 1674. Auctor huius hiſtoriae eſt *Claudius* FLEURI, *Prieur d' Argenteuil*, regi Galliae qui fuit a confeſſionibus, impreſſa eſt haec hiſtoria *avec l' Inſtitution du Droit par Argouſt* in 12. Paris. uid. *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 14111. uid. in hoc ipſo meo libro ſub uoce *Coniectures* ſcriptum, eum hoc conferendum.

(593.) Hiſtoire de la guerre de Hollande, depuis 1672. jusqu' en 1677. Auctor eſt P. NICERON. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1729. p. 687.

(594.) Hiſtoire ſacrée de la providence & de la conduite de Dieu ſur les hommes &c. *en Latin & en François*, 3. uoll. in fol. auctor

usque ad matrimonium huius principis cum *Anna Cyprenſi, filia Iani, Regis Cypri*, quacum matrimonium fuit contractum anno 1432. ſed mors eius, quae paulo poſt ſequebatur, impediebat, quo minus hoc matrimonium conſumi potuerit. Eo tempore nulla alia princeps femina erat, quae appellari poſſet *Mademoiſelle d' Anjou*, quam Maria, filia Ludouici II, ducis *d' Anjou*, quae anno 1413. nupſit regi Carolo VII. Haec regina prudentiſſima & religioſiſſima non debuiſſet eſſe materia *d' une nouvelle hiſtorique, ce qui fait connoitre*, inquit *Le Long* l. c. num. 10229. *que dans pluſieurs de ces Ouvrages tout eſt de l' invention des Auteurs, même jusqu' au nom des perſonnages, dont ils pritend décrire l' Hiſtoire. Le Long* l. c. in numeris antecedentibus uaria ſcripta, de familia *d' Anjou* agentia, adducit.

Digitized by Google

ctor eſt Mr. DE MARNE. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1729. p. 350.

(595.) L'Hiſtoire de la Ligue, faite à Cambray *entre Iules II, Pape, Maximilien I, Empereur, Louis XII, Roi de France, Ferdinand V, Roi d' Arragon & tous les Princes d' Italie contre la republique de Veniſe,* 1728. in 12. 2. uoll. uol. 1. pagg. 436. *uol.* 2. pagg. 522. Auctor huius libri eſt abbas DU BOSC, Secretarius quondam *de l' academie françoiſe* & Secretarius legationis gallicae ad pacem, Ultrajecti confirmandam. *(a)*

(596.) L'Hiſtoire de Jean de Brienne, *(b) Roi de Jeruſalem & Empereur de Conſtantinople, à Paris* 1727. in 12. pagg. 501. Auctor huius libri eſt Ieſuita *(Joſeph)* LASITEAU; recenſetur autem haec hiſtoria *dans le Journal des Savans* 1728. menſe Aprili n. 8.

(597.) Hiſtoire du Regne de Louis XIII, Roi de France & des principaux évènemens, arrivez,

---

(a) Prima huius libri editio prodiit Pariſiis 1709. in 8. 2. uoll. Deinde duae editiones huius libri in Batauia publicatae ſunt, una *à la Haye* 1710. in 8. Quarta editio recognita eſt ab ipſo abbate DU BOSC, correcta & aucta, prodiitque 1728. in 12. Diſcrepat haec editio in quibusdam ab ordine priorum editionum, praeſertim diſſertatio praeliminaris, quae ſubiuncta deprehenditur praefationi huius editionis, ualde aucta eſt ab auctore. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1729. p. 348. Hic liber eo fine ſcriptus eſt, ut celebris illa ſocietas regum, quae tum contra Gallos arma ſumſerat, iterum diuelleretur. Quarta huius libri editio recenſetur *dans le Journal des Savans* 1730. menſe Sept. n. 5.

(b) Hic erat nobilis quidam, ex Gallia oriundus, qui Sec. 12. ad tantum honoris faſtigium aſcendit.

arrivez pendant ce regne dans tous les Païs du monde, *à Paris* 1716. in 12. 3. uoll. quae recenſentur in *Memoirs of litterature* 1717. menſ. Ian. n. 2. Addita etiam ſunt huic libro duo uolumina alia, quae ſcripta continent, ex quibus 3 priora uolumina illuſtrantur. Primum quidem Mr. DU PIN, auctor huius libri eſſe cenſebatur, ſed poſtea compertum eſt, abbatem LE COINTE, inquilinum DU PINII uerum eſſe auctorem. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 275. Prior pars huius hiſtoriae continet acta ab anno 1610-1615. altera ab anno 1615-1617. & tertia complectitur acta anni 1618. Scripta poſteriorum duorum uoluminum hucusque plerumque fuerant inedita & ab anno 1610. usque ad annum 1631. pertingunt. (*a*)

Ee (598.) Hi-

(*a*) Recenſetur etiam haec hiſtoria *dans les Memoires de Trevoux* 1718. menſ. Septembri n. 7. & uaria contra auctorem monentur, quae monita etiam repetuntur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 539. laudatur tamen ſtilus elegans & fluidus in hac hiſtoria. Aliam huius libri recenſionem uide *dans le Journal des Savans* 1716. menſe Iulio art. 11. & *dans les nouvelles de la republ. des lettres* 1716. menſe Iulio & Aug. art. 10. ubi Mr. *Bernard* etiam iudicat, hanc hiſtoriam a DU PINIO originem non habere, & ab eius ſtilo & accuratione longe abeſſe. *Clericus* autem DU PINIUM pro auctore huius libri habet, & DU PINIO multos errores a ſe oſtenſos eſſe ait, quos commiſerit in relatione *de Synodo Dordracena*, uid. *la Bibliotheque ancienne & moderne* Part. 2. Tom. 5. art. 14. Totum opus huius hiſtoriae abſolui debuit 12 uoluminibus, quorum tantum 5 comparuerant 1716. quae etiam recenſentur *dans la bibliotheque ancienne & moderne.*

Ee In

(598.) Hiſtoire militaire du regne de Louïs le Grand, *à Paris* 1726. Auctor eſt Marquis DE QUINCY, *Brigadier du Roi en France.* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 50.

(599.) Hiſtoire de Juan de Portugal. Auctor eſt abbas DE FONTAINES: *dans la bibliotheque françoiſe* 1726. menſe Sept. & Oct. n. 3. hoc ſcriptum uocatur abſurdum.

(600.) Hiſtoire de la Comteſſe de Savoye, *à Paris* 1726. in 12. pagg. 171. *Madame* FONTAINE hanc hiſtoriam prorſus fere deſcripſit ex libro, cui tit. *Hiſtoires tragiques, extraites des oeuvres de Bandel.* Recenſetur iſte liber *dans la bibliotheque françoiſe* 1726. menſe Nou. & Dec. n. 9. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 291. recenſetur quoque *dans le Journal des Savans* 1727. menſe Iul. n. 4. & liber propter iucunditatem commendatur.

(601.) Hiſtoire de Veſtales, auctor eſt abbas

bas

In germanicam etiam linguam haec hiſtoria translata eſt & prodiit Pariſiis 1716. in 8. 8 Alph. quae uerſio recenſetur in actis eruditorum latinis 1717. menſe Aprili, quo loco adhuc Mr. DU PIN, hiſtoriae huius auctor eſſe cenſetur. Alia huius uerſionis & quidem partis 4. & 5. recenſio deprehenditur *dans le Journal des Savans* 1717. menſe Maio n. 1. Quarta & quinta pars uerſionis huius hiſtoriae recenſentur *dans les nouvelles de la republique des lettres* 1717. menſ. Maio & Iunio n. 10. & auctor illius hiſtoriae incuſatur plagii

Cf. cum hac hiſtoria *Les anecdotes du miniſtère du Cardinal de Richelieu & du regne de Louis XIII.* 1717. *à Paris* in 12. quae anecdota recenſentur *dans les nouvelles de la republique des lettres* 1718. menſ. Ian. & Febr, n. 6.

bas P. NADAL. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 132.

(602.) Hiſtoire romaine, *depuis la fondation de Rome, jusqu' à la translation de l' Empire par Conſtantin, traduite de l' Anglois, à Paris* 1728. in 12. *uol.* 1. pagg. 362. *uol.* 2. pagg. 386. *uol.* 3. pagg. 351. *uol.* 4. pagg. 428. *uol.* 5. pagg. 278. *uol.* 6. pagg. 461. *uol.* 7. 8. 9. 10. 11. & 12. prodierunt *à Amſterdam* ap. *Mortier* 1738. in 12. Auctor, qui primum anglice hanc hiſtoriam conſcripſit, eſt *Laurentius* ECHARD; auctor autem gallicae uerſionis abbas DE FONTAINE, *(a)* qui non ubique uerba ECHARDI exprimit. Tria priora uolumina huius hiſtoriae recenſentur *dans le Journal des Savans* 1729. menſe Ianuar. n. 8. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1729. p. 453. *(b)*

(603.) Hiſtoire d' Abiſſinie, ou d' Ethiopie, tirée du grand ouvrage de Mons. Ludolphe, Auctor huius compendii hiſtorici eſſe dicitur *Petr.* RICHELET. uid. *les particularités de la vie des auteurs*

Ee 2

(*a*) Cf. *die Leipz. gel. Zeit.* 1728. p. 998. ubi Mr. DE LA ROQUE primarius uerſionis gallicae auctor uocatur, cuius laborem tantum magis expoliuiſſet abbas DE FONTAINE.

(*b*) *Dans la bibliotheque françoiſe* menſe Sept. & Oct. 1727. n. 8. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 132. etiam hiſtoria quaedam romana, gallico ſermone conſcripta recenſetur; ſed auctor uocatur P. CATROU: neſcio igitur, an haec eadem ſit cum illa, quam *Meſſieurs* DE LA ROQUE & abbas DE FONTAINE gallice transtulerunt (adde *die Leipz. gel. Zeit.* 1724. p. 218.)

Digitized by Google

auteurs françois devant les lettres de Monſ. RICHELET p. 116. edit. quintae.

(604.) Hiſtoire du Maréchal de Boucicaut, *grand Connêtable de Conſtantinople, Gouverneur pour le Roy dans l' Etat de Gennes & des Provinces de Guienne & de Languedoc, contenant des évenemens ſinguliers, depuis l' an 1378. jusqu' en 1415. par le Sieur* D. in 12. *Paris* ap. *Coignard* 1697. *la Haye* ap. *Vandole* 1699. Auctor eſt DE PILHAM. uid. *le Long* l. c. num. 13589. uid. etiam aliud ſcriptum, de hoc Mareſchallo tractans, in hac bibliotheca mea ſub uoce *Maréchal.*

(605.) Hiſtoire des Conteſtations ſur la Grace *à l' occaſion du Livre de Janſenius, depuis l' an* 1640. *jusqu' en* 1669 *Louis Ellies* DU PIN, *Doctor Theologiae ex Societate Nauarrenſi* eſt auctor huius hiſtoriae, & illam inſeruit parti 2. & 3. *Hiſtoriae eccleſiaſticae* XVII. ſeculi 2. uoll. in 8. Pariſiis ap. *Pralard* 1714. editae. uid. *le Long* l. c. num. 1668, qui in numeris antecedentibus multa ſcripta, ad hanc controuerſiam conferenda, adducit.

(606.) Hiſtoire des Archevêques de Rouen, *traitant de leur vie & mort, de leurs differens emplois, des affaires, qu' ils ont negociées depuis leur promotion &c. par un Religieux Benedictin de la Congregation de ſaint Maur* in fol. *Paris* ap. *Maurry* 1667. Auctor eſt *François* POMMERAY, cuius hiſtoria ex elogiis conſiſtit & multas utiles diſquiſitiones continet. Auctor mortuus eſt 1687. uid. *le Long* l. c. num. 3918. qui in numeris antecedentibus & ſequentibus multa ad-

adhuc ſcripta, de *Archiepiſcopis Rothomagenſibus (Rouen)* agentia, habet.

(607.) Hiſtoire de la Conquête de Breſſe & de Savoye *par le Roy Très-Chrétien* in 8. *Paris* 1601. Auctor eſt *Lancelot de Voëſin, Sieur* DE LA POPELINIERE. uid. *le Long* l. c. num. 8509. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, de rebus Sabaudicis agentia, & cum hoc conferenda, adducit.

(608.) Hiſtoire veritable du Calviniſme, *ou Memoires hiſtoriques touchant la Reformation, oppoſée à l'Hiſtoire du Calviniſme de M. Maimbourg* in 12. *Amſterdam* 1683. Auctor eſt *Jean-Baptiſte* DE ROCOLLES, qui poſtea ad Reformatos tranſiit, & tandem iterum religionem catholicam amplexus, mortuus eſt Pariſiis 1696. uid. *le Long* l. c. num. 1847. cuius etiam numeri antecedentes & ſequentes cum hoc ſcripto ſunt conferendi.

(609.) L'Homme du Pape & du Roi, *(a) ou Reparties veritables ſur les imputations calomnieuſes d'un Libelle diffamatoire, ſemées contre ſa Sainteté & ſa Majeſté Tres-Chrêtienne par les Ennemis du ſaint Siége & de la France* in 4. 1634. in 8. *Bruxelles.* 1634. in 8. *jouxte la Copie de Bruxelles* 1635. Multi auctores, & inter eos *Paul Peliſſon dans ſon Hiſtoire de l'academie françoiſe* p. 306. *Joh.* SIRMONDUM huius ſcripti auctorem eſſe putant, cuius opera Cardinalis *Richelieu* ſaepe in eiusmodi ſcriptis exarandis utebatur. Auctor

(a) Proſtat etiam italica huius libri uerſio ſub tit. *L'Huomo del Papa e del Ré &c. (in Parigi* 1634.)

Digitized by Google

ſaepe ſuſcipit defenſionem Capucinorum. Abbas *Richard*, auctor uitae patris Ioſephi, adſcribit ipſi hunc librum & etiam *Le Catholique d'Etat*, (de quo uid. ſupra ſub uoc. *Catholique.*) Abbas *de Saint-Germain* tam certo perſuaſus fuit, hunc eſſe auctorem, ut etiam illum in refutatione, quam contra hunc librum confecit, allocutus fuerit.

L' Homme ſans ſouci. uid. infra ſub tit. *Indigent.*

I.

(610.) Le Janſeniſme demasqué *dans une refutation complette de l' action de Dieu, ouvrage, promis par la lettre de M. de - - & partagé en pluſieurs diſcours à Paris* 1715. in 12. Auctor huius libri eſt abbas MARGON. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 458, qui contendit, in libro *de l' action de Dieu*, coniungi cum Ianſeniſmo Spinoſismum. Reuocaſſe autem dicitur abbas MARGON ſuam ſententiam, in hoc Ianſenismo detecto propoſitam, peculiari epiſtola; &, ut quidam referunt, faſſus eſt, ſe inſtinctu Ieſuitarum hunc librum ſcripſiſſe. (*a*)

(611.) Idée

(*a*) Prodiit autem etiam reſponſio ad hanc epiſtolam, ſub tit. *Lettre au ſujet de celle, que l' Abbé de Margon a adreſſée au Pere Tournemine, Jeſuite, en forme de reponſe à l' Extrait, que ce Pere a donné dans le Journal de Trevoux d' un livre, intitulé:* LE JANSENISME DEMASQUE'. Auctor huius reſponſionis eſſe dicitur abbas BEZIERS, ſubordinatus quidam abbatis MARGON. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen* 1716. p. 367. ipſe liber: *Ianſenismus detectus* recenſetur *dans le Journal des Savans* 1715. menſe Auguſto art. 1.

(611.) Idée du P. Amelote. Huius libri auctor eſt Mr. NICOLE, Ianſeniſtarum partibus fauens, qui in hoc ſcripto *Ameloti* uerſionem gallicam N. T. ſub cenſuram uocat, teſte Simonio Tom. 3. *biblioth. crit.* cap. 17. p. 186.

(612.) Idée generale de l' Hiſtoire de France, *contenue en quatre Instructions*; in 12. Paris ap. *Coignard* 1699. Auctor eſt *Jaques* CHEVILLART, qui in hoc ſcripto explicat Chartas ſuas geographicas. uid. *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 6477*. qui in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria quoque ſcripta, ad hiſtoriam Galliae ſpectantia, adducit, cf. etiam in hac ipſa bibliotheca mea anonymor. ſub tit *Cartes*.

(613.) Idée d' une Vierge chrétienne, *ou la Vie* (*a*) *de Marie Anne du Val, dite Dampierre*. Auctor eſt *Guillaume* LE ROY, abbas de *Hautefontaine*, qui mortuus eſt 1684. uid. *le Long* l. c. in ſupplem. p. 899. col. b.

Idée de la Vie & de l' eſprit de (Sebaſtien) Lenain de Tillemont, *Prêtre*. uid. infra ſub tit. *Vie de M. Lenain de Tillemont*.

(614.) Le Je ne ſai quoi, (*b*) *à la Haye* 1723. in 12. *uol.* 1. pagg. 261. *uol.* 2. pagg. 236. Auctor eſt

art. 1. & 1716. menſe Dec. art. 10. *& dans les Memoires de Trevoux* 1716. menſe Sept. art. 8.

(*a*) Inſerta eſt haec uita fragmentis ſcriptorum huius uirginis in 8. *Liege* 1684. editis. Virgo autem haec mortua eſt 1674.

(*b*) Noua huius ſcripti & ualde aucta editio prodiit Ultraiecti 1730.

Digitized by Google

eſt *Cartier* DE ST. PHILIPPE. *(a)* uid. *la bibliotheque françoiſe* Tom. 2. part. 2. n. 9. ubi hic liber recenſetur, ſed ordo & ſelectus auctoris non probantur, quippe qui alios non magnae auctoritatis ſcriptores imitatus & eorum ſcriptis uſus eſt. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1723. p. 795. recenſetur tamen hoc ſcriptum cum laude *in der Republyk der Geleerden* 1723. menſe Iulio & Aug. n. 3. & *in den Maendelyken Uittrekſels* 1724. menſe Iul. n. 2. *(b)*

(615.) Les Imaginations de Mr. Oufle (per anagramma *le Fou*) Hoc ſcriptum confecit abbas BORDELON, nam ſe ipſum huius ſcripti auctorem eſſe profitetur dans les *Dialogues des Vivans*, qui liber etiam ſine nomine huius abbatis prodiit.

(616.) L'Indigent Philoſophe, *ou l'homme ſans ſouci, à Paris* 1728. in 12. Auctor eſſe dicitur Mr. DE MARIVAUX, Stilus auctoris laudatur, quem uero finem ſibi in hoc ſcripto praefixerit, non liquet. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1728. p. 625.

(617.) L'In-

(*a*) Cf. cum hoc ſcripto: *Réponſe à une Brochûre, intitulée: Lettre à l'Auteur de la bibliotheque françoiſe ſur l'Extrait qu'il a donné du* JE NE SAI QUOI *à la page* 246. *du Tome* 2. *de ſa Bibliotheque,* adde *la Bibliotheque françoiſe* Tom. 3. part. 1. n. 13. ubi haec reſponſio recenſetur.

(*b*) Propter librum de St. PHILIPPE Mr. *San Eſſen* cum *Camuſato* uehementem incepit controuerſiam, quia *Camuſatus* de Mr. de St. PHILIPPE iudicarat, nihil ualere talem ſcriptorem, qui hauſiſſet omnem ſuam eruditionem ex libris, *Bagatelle* & *Miſantrope* dictis (haec autem ſcripta a Mr. *San Eſſen* exarata erant) Mr. *San Eſſen* etiam in hac controuerſia *Camuſatum* redigebat ad ſilentium. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1737. n. 78. p. 691.

Digitized by Google

(617.) L' Innocence de la tres illuſtre & tres chaſte Princeſſe Marie Stuart, *Reine d' Ecoſſe, Douairiere de France, où ſont refutées les calomnies d' un livre ſecretement divulgué en France l' an 1572. touchant la mort du Sieur d' Arley ſon Epoux, & les autres crimes, dont elle eſt fauſſement accuſée, avec un diſcours, auquel ſont découvertes pluſieurs trahiſons tant manifeſtes que cachées perpetrées par les mêmes Calomniateurs* in 8. *Lyon* ap. *De Tournes* 1572. Auctor eſt *François* de BELLEFOREST. uid. *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 10031. qui in numeris antecedentibus & conſequentibus etiam uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(618.) L' Innocence juſtifiée en l' adminiſtration des affaires in 8. 1631. Auctor eſt *Paul Hay, Sieur du* CHASTELET. Liber hic compoſitus eſt contra Caeſarem, ducem *de Vendome*, praeſidem *le Coigneux*, Cancellarium ducis *d' Orleans*. Deprehenditur hoc ſcriptum inſertum *au Recueil du Monſ. du* CHASTELET p. 461. uid. *le Long* l. c. num. 8881. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus multa ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(619.) L' Innocence opprimée par la calomnie, *ou l' Hiſtoire de la Congregation des Filles de l' Enfance de Jeſus-Chriſt, Notre Seigneur* in 12. *Toulouſe*, ap. *de la Noue (en Hollande)* 1688. Auctor eſt *Amable* DE TOUREIL, hic mortuus 1711. uid. *le Long* l. c. num. 6373*. qui in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

Digitized by Google

(620.) Innocente juſtifiée. Hoc ſcriptum feminae ROGEGUILHEN originem ſuam debet.

(621.) Inquiſition, qui liber prodiit *à Cologne* 1. Alph. 8. pl. Auctor eſt *Iacob.* MARSOLLIER, *Canonicus regularis in Gallia*, qui defunctus eſt 1724. d. 30. Aug. Uticae (*zu Uſez in Franckreich*) *Dans les Memoires pour ſervir à l' hiſtoire des hommes illuſtres* hoc ſcriptum uocatur curioſum, in quo auctor magna cum libertate animi ſenſa aperiat.

(622.) Inſtruction pour la perfection Chrétienne, ſub titulo epiſtolae ſerui cuiusdam Dei edita eſt *Gratianopoli* 1686. & recuſa 1707. *dans ſeconde ſuite des opuſcules ſpirituales de Madame Guyon.* Hanc epiſtolam R. P. *Franciſco* LA COMBE, qui a confeſſionibus erat *à Madame Guyon*, tanquam auctori tribui teſtatur *Poiret* in praef. *ad analyſin orationis mentalis de Mr. la Combe* 1711. editam p. 20.

(623.) Inſtruction pour les Nicodemites, *à Amſterdam* 1700. in 12. pl. 10. Auctor eſt ſine dubio *Ioh.* GAGNIER. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen.* 1721. p. 46.

(624.) Inſtructions chrétiennes, *miſes en Orthographe naturelle, pour faciliter au peuple la ſcience du ſalut* 1715. in 12. Auctor eſt P. *Agidius* VAUDELIN, *Monachus Auguſtini ordinis.* (*a*)

(625.) In-

(*a*) Eius opinione lingua gallica habet 29. tonos ſimplices, quorum 13. uocales & 16. conſonantes, putatque 156. diuerſas conſonantes in lingua gallica fingi poſſe. Quasdam litteras gallicas, antea uſitatas retinet, quasdam prorſus

(625.) Interêts & Maximes des Princes & Etats de l'Europe, in 12. *Cologne* ap. P. *Marteau* 1666. Auctor eſt *Henric.* dux de ROHAN, qui mortuus eſt 1638. uid. *le Long* l. c. num. 12211. qui etiam in ſequentibus numeris ſimilia ſcripta habet.

(626.) Les interêts du temps, in 4. 1652. Auctor eſt Cardinal DE RETS, qui Tom. 3. *de ſes Memoires* p. 138. poſtquam locutus erat de plurimis ſcriptis contra illum & pro illo factis, haec addit; quae ex gallico in latinum conuerſa exhibeo. Compoſui deinde *Le Vrai & le Faux du Prince de Condé & du Cardinal de Rets, le Vraiſemblable, le Solitaire, les Interêts du temps, les Contre-temps du Sieur de Chavigny, le Manifeſte de M. de Beaufort en ſon jargon. Joly*, qui erat apud me, fecit *les Intrigues de la Paix*, uid. *le Long* l. c. num. 9490. cuius etiam numeri antecedentes & ſequentes cum hoc ſcripto ſunt conferendi.

(627.) Interêts (nouveaux) des Princes. in 12. *Cologne* ap. P. *Marteau* 1685. (ſed potius *à la Haye* ap. *van Bulderen*) Auctor eſt *Gatien de Sandras* DE COURTILZ. *(a)* uid. *Monſ. Bayle dans les nouvelles de la republique des lettres* 1686. menſ. Martio.

(628.) In-

ſus reiicit, quaſdam plane nouas ſibi fingit. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 435. recenſetur hic liber *dans le Journal des Sçavans* 1715. menſ. Sept. art. 5. & in Ianuario *du Journal des Sçavans* 1716. ſecundum Batauam editionem art. 11.

(a) Abbas *Lenglet* iudicat, auctorem eſſe *un Avanturier*, qui auſus eſſet addere quaſdam obſeruationes rebus pertractatis, quas tamen non ſatis intelligeret. Noua editio huius ſcripti recognita correctior & auctior prodiit *ſelon l'Etat*

(628.) Intrigues des anciens Grecs. Confecit hoc ſcriptum *Madame* ROGEGUILHEN.

(629.) Les Intrigues de la Paix & *les Négociations, faites à la Cour par les Amis de M. le Prince, depuis ſa retraite en Guienne jusqu' à preſent* in 4. 1652. Prodiit etiam *Suite des Intrigues de la Paix* in 4. Paris 1652. Auctor eſt *Guy* JOLY, *(a) Conſeiller au Chaſtelet de Paris.* uid. M. *le Cardinal de Rets* Tom 3. *de ſes Memoires* p. 138. & *Le Long* l. c. num. 9490. & 9516*. qui etiam num. 9517. Reſponſionem anonymi ad JOLY ſcriptum adducit. Adde etiam ap. *le Long* num. 9519.

(630.) Intrigues amoureuſes de François I. *ou l' Hiſtoire tragique de (Françoiſe) Comteſſe de Château-briant* in 12. *Amſterdam* 1695. Auctor eſt DE LESCONVEL, *Bretonienſis*, qui hoc opuſculum imprimendum curauit *à Rouën* 1695. & anno

---

l' ètat où les Affaires ſe trouvent aujourd' hui in 12. *Cologne* ap. P. *Marteau* (ſed reuera *à la Haye* ap. *van Bulderen*) 1686. Auctor propter mutatum rerum ſtatum, cum liber adhuc eſſet ſub prelo, plurima in hac editione noua de ſuis principiis mutare coactus eſt. uid. *Monſ. Bayle dans les nouvelles de la republique des lettres* 1686. menſ. Iul. Tertia editio auctior prodiit in 12. *Cologne* ap. P. *Marteau* 1688. (ſed potius *à la Haye* ap. *van Bulderen*) adde *Le Long* l. c. num. 12212. qui ſcripta ſimilia & de eodem argumento agentia adducit. Refutatio huius ſcripti per anonymum quendam prodiit 1686. in 12. *Strasbourg* ap. *Marolet*. ſub tit. *Les vrais interêts des Princes Chrêtiens, oppoſez aux faux Interêts, qui on été depuis peu mis en lumiere.*

(*a*) Perperam ergo ſibi hoc ſcriptum a (*du Boſc de Montandré,*) anonymo, tribui *dans l' Eſprit de Guerre des Pariſiens* profitetur Cardinal *de Rets*. uid. *le Long* l. c. num. 9519.

anno ſequente Pariſiis ſub hoc titulo, LA COMTESSE DE CHATEAU-BRIANT, OU LES EFFETS DE LA JALOUSIE in 12. *Paris* 1696. uid. *le Long* l. c. num. 17422. qui etiam in num. ſequente adducit *Lettre de (Pierre) Hevin touchant l'Hiſtoire de la Comteſſe de Châteaubriant* in 8. 1686. Haec epiſtola illa corrigit, quae *Varillas dans ſon Hiſtoire de François* I. ſcripſit.

(631.) Inventaire general de l'hiſtoire de France, *illuſtrée par la Conference de l'Egliſe & de l'Empire par Jan* DE SERRES, *Hiſtoriographe de France* 2. uoll. in 16. *Paris* ap. *Saugrin* 1597. Prodiit deinde continuatio huius inuentarii *continué jusqu' à la fin du Regne de Charles* VII. per alium, quam per DE SERRES confecta, in 12. *Paris* ap. *Vignon* 1599. & eadem continuatio usque ad 3. Septembr. 1598. producta 3. uoll. in 8. *Paris* ap. *Saugrin* 1600. Huius continuationis *(a)* auctor eſſe cenſetur *Jean* MONLYARD, *miniſter religionis Proteſtantium reformatae*, uid. *Cayet* Tom. I. *de ſa Chronologie novennaire* & multi alii poſt illum.

(632.) Inven-

(*a*) Eadem continuatio, ad annum 1606. producta 4. uoll. in 8. *Paris* ap. *Vignon* 1606. eadem usque ad annum 1614. continuata in 4. uoll. in 8. *Paris* 1614. Hae editiones & aliae, quae ſequuntur, ab auctoribus, catholicae religioni addictis continuatae ſunt usque ad annum, quo eorum continuatio prodiit. uid. *le Long* l. c. num. 8482. qui etiam in numero 8483. adducit ſcriptum *Scipionis Dupleix* cenſorium in inuentarium generale Galliae, per DE SERRES editum. Eadem continuatio prodiit in fol. *Paris* 1608. 1621. 1627. 1631. 1636. 1640. 6. uoll. in 12. ap. *Morlot* 1620.

(632.α) Inventaire de l'Hiſtoire genealogique de la Nobleſſe de Touraine & *Païs circonvoiſins, enrichie des Armes de chaque Famille & de quelques Portraits tirez des Originaux*: *par le* C. de L. S. in fol. *Paris* ap. *Alliot* 1669. Hae litterae initiales ſignificant le Chevalier DE L' HERMITE SOULIERS, qui ſe uocabat *Jean Baptiſte* dit TRISTAN, cubicularius *(gentilhomme ordinaire de la Chambre du Roi)* regis. uid. *le Long* l. c. num. 16367*. qui etiam in numeris antecedentibus uaria ſcripta, de eodem argumento agentia, adducit.

(632. β) Jonas dans la Balaine, *diſſertation critique.* Auctor eſt Mr. PETALOSSI, *Medicus Lugdunenſis in Gallia*, qui in hoc ſcripto contra *Guil. Rondeletium, Thomam Bartholinum, P. Lamy, & Sam. Bochartum* contendit, piſcem illum, qui deglutiebat Ionam, non fuiſſe *canem Carchariam*, ſed cetum; argumenta eius adducuntur *dans les Memoires de Trevoux* 1719. menſ. Sept. n. 3. & ex

1620. 4. uoll. in 8. *Paris* 1622. 1624. 1636. Idem Inuentarium, continuatum usque ad mortem Ludouici XIII. anno 1643. in fol. *Paris* 1643. 1648. 3. uoll. in 8. *Lyon* 1653. in fol. *Paris* 1658. 2. uoll. in fol. *Roüen* 1660. Hae duae poſteriores editiones praeferendae ſunt praecedentibus, quia recognitae ſunt per eruditiſſimos uiros; quaedam tamen tractationes omiſſae ſunt, ob quas priores editiones adhuc conquiri ſolent teſte *Lengleto.* Eadem hiſtoria usque ad annum 1606. in latinum ſermonem conuerſa per C. *Reinium* in fol. Francof. 1606. 1625. 1643. Idem Inuentarium, continuatum per *Petrum* MATTHIEU & in anglicam linguam translatum per *Edoüard* GRIMSTON in fol. *London* 1611. 1624.

ex illis *in den Leipz. gel. Zeit.* 1720. p. 348. ubi argumenta auctoris paucis adducuntur, & ſcopus libri explicatur.

(633.) Ioſeph *(le veritable Pere) Capucin, contenant l'hiſtoire anecdote du Cardinal de Richelieu (a)* in 12. *Saint Jean de Maurienne* 1704. Auctor eſt *René* RICHARD, *Canonicus ſanctae Opportunae.* uid. *le Long* l. c. num. 6006 qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda habet. add. ſupra ſub tit. *Hiſtoire de la Vie du Pere Joſeph.*

(634.) Journal litteraire. Auctor huius ſcripti praecipuus *(b)* eſt *Iuſtus* VAN EFFEN. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 722.

(635.) Journal du Siege de Landau in 12. *Metz* ap. *Colignon* 1702. Auctor eſt DE BREANDE, qui quotidie & fere per ſingulas horas annotauit, quod obſeſſores huius urbis moliti ſunt, & quomodo obſeſſi ſe defenderint; ipſe autem omnium, quae hic deſcribuntur, optimam habere potuit notitiam, nam fuit praefectus praeſidio, huic urbi impoſito. Praetera ſtilus ſimplex & naturalis, quo narrat actiones ex magno animo & fortitudine

---

(a) Pater Ioſeph in hoc libro deſcribitur tanquam ſanctus homo, qui fere quotidie precibus operam dediſſet, & omnia quaſi in conſpectu Dei reuerenter feciſſet.

(b) Non ſolus quidem primum, ſed cum aliis hoc diarium exarabat; maximum tamen prae ceteris in illud ſcriptum impendebat ſtudium, quia commoda exinde in illum ſolum redundabant, quae ceteri huius laboris ſocii, ſatis diuites, ſpernebant & ſolo honore contenti erant. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1737. n. 78.

Digitized by Google

dine profectas, de eius fide dubium non relinquunt. uid. *Journal des Savans* 1703. d. 28. Martii & adde *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France*, num. 9809. qui etiam ibid. MStum de eadem obſeſſione adducit, a *Monſ. de Laubanie* exaratum.

(636.) Journal ſatirique intercepté, *ou Apologie de* Mr. AROUET DE VOLTAIRE *& de Mr. Houdart de la Motte par le Sr.* BOURGUIGNON *d' Anville à Paris* 1719. Auctor uerus eſt Poeta GAÇON, ſcriptum autem hoc mordax (ſiue ſatyra contra Mr. AROUET DE VOLTAIRE) mentitur nomen BOURGUIGNON, qui publice teſtatus eſt, ſe non eſſe huius ſcripti auctorem. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1719. p. 369. alii putant, abbatem DE FONTAINE & non poetam GAÇON huius ſcripti auctorem eſſe. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1726. p. 1068. ipſum hoc ſcriptum adhaeret *à l' Oedipe de Mr.* DE VOLTAIRE, editionis ſecundae. Mr. GAÇON *dans l' Homere vangé* acerbiſſime perſtringit quoque dominum *de la Motte*.

(637.) Journal du Siege de Luxembourg in 12. *Lyon.* 1684. Auctor eſt *Jean d' Auneau, Sieur* DE VIZE'. Hoc diarium complet uolumen unum ſcripti auctoris, cui tit. *Les Extraordinaires.* uid. *le Long* l. c. num. 9747. qui etiam in numero praecedente ſcriptum alius anonymi, de eadem obſeſſione agens, adducit.

(638.) Journal du Siege de Philisbourg: *par un Officier de la Garniſon* in 12. *Fribourg* 1676. Auctor eſt *François* DE RIGAUVILLE. Hoc ſcriptum

ſcriptum, alii ſcripto, eiusdem plane tituli, ne littera quidem mutata, quod prodiit *à Strasbourg* in 12. 1676. oppoſitum eſt. uid. *le Long* l. c. num. 9704*.

(638.) Journal hiſtorique & politique, critique & galant, *Janvier* 1719. in 8. *à Amſterdam*. Auctor praecipuus huius ſcripti fuit *Iuſtus* VAN EFFEN, quem alii quidam adhuc in ſcripto hoc conficiendo adiuuerunt, ſed non continuatum eſt hoc ſcriptum, & prodierunt tantum 4. menſes. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1720. p. 285. & 1737. n. 78. ab init. Non ſatis mihi conſtat, num hoc ſcriptum diuerſum ſit a *Journal litteraire*, an non.

(639.) Journal* du Voyage des grandes Indes, *contenant tout ce qui s' eſt fait & paſſé par l' Eſcadre de ſa Majeſté, ſous le Commandement de M. de la Haye, depuis ſon départ de la Rochelle, au mois de Mars 1670. avec une Deſcription exacte de toutes les Isles, Villes, Ports, Bayes, Rades, Forces, Richeſſes, Trafics, Moeurs & Religion des Indiens, enſemble la priſe de Saint-Thomé ſur le Roy de Golconde & pluſieurs Combats, donnez contre les Indiens & Hollandois jusqu' à ſa ſortie de la dite Ville, au mois de Septembre* 1674. in 12. *Paris* ap. *l'epie* 1698. Auctor eſt *Iacob* DE LA HAYE & *François* CARON (uid. p. 943. ſupplementor. ap. *le Long*) *pour lors Directeur General aux grandes Indes pour Meſſieurs de la Compagnie de France*, qui ſemper hanc ſocietatem usque ad Goam & *à la priſe de Saint-Thomé* direxit. Haec indicantur in praefamine ad lectorem. uid. *le Long* l. c.

 num.

num. 15896*. qui etiam in numeris antecedentibus ſimilia ſcripta adducit.

(640.) Journal du Siege de Mons en 1691. in 4. *Paris* 1691. *Suite de ce Journal, avec la Priſe de la Ville* in 4. *Paris* 1691. Auctor eſt *Jean d' Auneau, Sieur de* VIZÉ. uid. *le Long* l. c. num. 9781.

(641.) Journal de Berlin, auctor fuit *Stephanus* CHAUVINUS, frater *Petri* CHAUVINI, famoſi illius Naturaliſtae.

(642.) Journal des Savans. *(a)* Ea, quae ſpectant ad Theologiam & humaniora elaborauit 1724. abbas *de* FONTAINE. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1724. p. 385.

(643.) Journal des principales audiences du Parlement *avec les arrêts, qui y ont été rendu. Nouvelle edition, revûe, corrigée & augmentée de pluſieurs queſtions & reglemens, placés dans l' Ordre des tems, à Paris* 1733. in fol. 4. uoll. Collectores huius operis ſunt tres Aduocati Pariſienſes,

DU

(a) Prodiit iam antea, ſcriptum eiusdem tituli ſiue *Journal des Sabans*, non cum hoc confundendum. Nam iſtius auctor eſt Mr. DE SALLE, *membrum Parlamenti Pariſienſis*, qui ſub ficto nomine *Hedoubille* edidit *Journal des Sabans* 1665, quod ſcriptum poſtea continuauit abbas *Ioh.* GALLESIUS, COUSINUS & alii docti, dirigente eorum labores abbate *Bignonio.* De Mr. de SALLO uaria notatu digna tradit *Vigneul de Marbille dans le Melange d' hiſtoire & literature* Tom. I. p. 290. nimirum dominum *de Sallo* nimia ludendi cupiditate fuiſſe abreptum, aliquando autem aduerſa fortuna uſus cum in ludendo eſſe, aliquot millibus thalerorum una nocte perditis, mortuum eſſe illum paullo poſt ex indignatione propter hunc acerbum fortunae ictum.

DU FRESNE, *Jamet* DE LA GUESSIERE & NUPIED. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1733. p. 563.

(644.) Journal des Entrevûes de deux Miniſtres de France & d' Eſpagne. Auctor huius ſcripti eſt CURTINUS, magiſter libellorum ſupplicum. uid. acta eruditor. Lipſ. lat. 1713. p. 102.

(645.) Le Journal de Louis XIII. *ou l' Hiſtoire journaliére du Regne de Louis XIII, contenant ce qui s' eſt paſſé de plus remarquable, depuis l' an 1610. jusqu' à ſa mort, continué ſous le Regne ſuivant jusqu' en* 1646. *par* S. M. C. 2. uoll. in 8. *Paris* ap. *Collet* 1646. Quidam credunt, has litteras inuerſo ordine legi debere & ſignificare *Claude* MALINGRE, *Senonois*; auctor tam famoſus propter praecedentes ſuas hiſtorias, qui nomen ſuum ſummo ſtudio occultauit, ne nomen ſuum expreſſum nouis ſuis operibus diſtrahendis quoddam impedimentum obiiceret. uid. *le Long* l. c. num. 9100. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, de hiſtoria Ludouici XIII. agentia, adducit.

(646.) Journal de la France, *ou Calendrier hiſtorique, dedié à Monſeigneur le Dauphin, à Paris* 1715. Auctor eſt VALEROT. uid. *les Memoires de Trevoux* 1715. menſ. Mart. ubi hic liber recenſetur.

(647.) Le Journal poëtique de la guerre Pariſienne, *par M. Q. dit Fort-Lys* in 4. *Paris* ap. uiduam *Coulon* 1649. Litterae initiales ſignificant *Mathurin* QUESTIER, *Pariſinum*, ſcri-

ptum hoc eſt metricum. uid. *le Long* l. c. num. 9225*.

(648.) Journal des Choſes memorables,(a) avenues durant tout le regne d' Henri III. Roi de France & de Pologne, (b) *par un Audiencier de la Chancellerie de Paris* in 4. & in 8. 1621.

(a) Impreſſum eſt hoc ſcriptum uel uicies in Batauia. Mr. Peliſſon dans l' hiſtoire de l' academie françoiſe p. 330. tribuit hoc ſcriptum *à Monſ. Pierre de l'* ESTOILLE, cuidam membro de *l' academie françoiſe*. Recenſetur huius ſcripti Tom. I. *in der Republyk der Geleerden* 1720. menſe Iulio & Auguſto n. 5. multa in hoc libro continentur, quae neque Henrico, neque eius miniſtris ſunt honori. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1720. p. 613. quorum auctor optat, ut ſcriptorum, in hac collectione contentorum, auctores eſſent cogniti, quo ex eorum nominibus iudicari poſſit de fide illorum, & annon interdum ſtudio partium fuerint dediti. Tomus 2. huius libri recenſet. *in der Republyk der Geleerden* menſ. Sept. & Oct. n. 5.

(b) Diarium hoc incipit cum menſe Maio 1574. & finitur menſe Auguſto 1589. *Charles Sorel dans ſa Bibliotheque Françoiſe* p. 414. niſi fallor, dicit, quosdam affirmare, hoc ſcriptum audacter & ex uero confectum eſſe; alii dicunt, additas tantum eſſe obſeruationes inurbanas, & nullum adeſſe in ſcribendo ordinem; auctorem etiam ex morbo animi ſcripſiſſe, nec ſatis res illius temporis geſtas calluiſſe, ſed tantum rumori communi inhaeſiſſe, qui ſaepiſſime falſus fuiſſet in illis rebus, quas rex Henricus III. feciſſet & quae acta eſſent ſub eius regno. *Le Long* l. c. num. 8197. iudicat, hoc ſcriptum eſſe Satyram contra Henricum III. *qu' on repreſente un peu trop dans ſon des-habillé*. Quidam in hoc auctoris ſcripto magnum ingenium animaduerterunt, & narrationem ſinceram. *Le Long* l. c. num. 8197. dicit, hoc diarium nihil aliud eſſe, quam partem *des Memoires de Pierre de l'* ESTOILLE, qui mortuus eſt 1611. perperam igitur hoc ſcriptum tribui cenſet à M. SERVIN, *Aduocato*

Gene-

8. 1621. Auctor huius ſcripti eſſe dicitur Mr. *Servin,* ad quem etiam quadrant litterae initiales, huic libro praepoſitae, nimirum M. S. A. G. A. P. D.P. i.e. Mr. SERVIN, *Avocat general au Parlement de Paris.* uid. *Anſelmus dans l' hiſtoire des grands Officiers* p. 375. & *Bayle in Dict. uoce Henri* III. not. R. p. 1529. col. a & b. Idem liber cum additionibus inſertus eſt *au Recueil de Pieces, ſervant à l' Hiſtoire d' Henry* III. quae collectio prodiit in 12. *Cologne* 1662. 1693. 1699. 1706. & editio, inſigniter aucta *à Cologne* 1720. in 8. pl. 36. figuris aeneis ornata, & uariis notis illuſtrata partibus 2 prodiit. *Le Long* l. c. num. 8197. in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta de rebus, ſub Henrico III. geſtis, adhuc adducit.

(649.) Irrevocabilité de l' Edit de Nantes, *prouvée par les principes du Droit & de Politique:* par C. A. *Docteur en Droit & Juge de la Nation Françoiſe* in 12. *Amſterdam* 1688. Auctor eſt *Charles* ANCILLON, hunc enim indicant litterae initiales C. A. qui mortuus 1715. uid. *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique* n. 1897.

(650.) Juba Héros du Roman de Cleopatre. Auctor eſt Mr. DE LA CALPRENEDE, *Gentil-homme du Perigord.* uid. notas ad *Boileau* artem poeticam cantic. 3. v. 131. p. 49. edit. 1717.

Generali Parlamenti Pariſienſis, quem indicare uiderentur litterae initiales M. S. A. G. D. P. D. P. initio huius operis in recentioribus editionibus praemiſſae, ſed certiſſimum eſſe, quod *Pierre de l'* ESTOILLE huius ſcripti auctor ſit. uid. in hac ipſa bibliotheca mea anonymor. ſub uoce *Memoires.* SERVIN igitur tantum editor, L' ESTOILLE autem auctor huius ſcripti cenſendus eſt.

Jugement des Cardinaux, Archevêques &c. *ſur les libelles diffamatoires.* uid. ſub uoce *Cardinalium* in anonymis latinis.

(651.) Jugement des S. S. Peres ſur la morale de la philoſophie payenne, *à Strasbourg* 1717. in 4. 3. Alph. pl. 7. (*in der fortgeſetzten Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen* 1719. p. 158. refertur, hunc librum prodiiſſe 1719. *à Strasbourg* in 4. reg. 3 Alph. 7. pl.) Auctor huius ſcripti eſt Ieſuita BALTUS, reprehendens in hoc ſcripto illos, qui moralem gentilium doctrinam pluris, quam par eſt, faciunt, eamque morali chriſtianorum doctrinae aequiparant. uid. *Acta eruditor. Lipſ. lat.* 1720. menſ. Februar. ubi hic liber recenſetur n. 4. adde *die Leipz. gel. Zeit.* 1717. p. 849. & paucis contenta huius libri l. c. expoſita; auctorem uero ob ſtili elegantiam & grauitatem laudatum deprehendes; add. aliud huius auctoris ſcriptum anonymum, ſub litt. D. nimirum DEFENSE DES SS. PERES.

(652.) Juſtice des armes du Roy Très-Chrétien *contre le Roy d' Eſpagne, depuis le Roy Charles* VIII. in 4. *Paris* 1647. Auctor eſt *Claude* BALTHAZAR. uid. *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 9140. qui etiam ibi adducit ſcripta alia, cum hoc conferenda.

(653.) Juſtification de la Naiſſance legitime de Bernard, *Roy d' Italie, petit-fils de Charlemagne* in 8. (1717.) Auctor eſſe dicitur Mr. *le Comte Henri* DE BOULAINVILLIERS, Adhaeret diſſertatio critica ſuper exempla, ab auctore *du Memoire inſtructif* allegata. uid. *Le Long* l. c. num. 11830.

(654.) La

L.

(654.) La Langue. Auctor huius ſcripti eſt abbas BORDELON, qui ſe auctorem profitetur *dans les Dialogues des Vivans*, ſcripto itidem huius auctoris anonymo.

(655.) Legende de Robert d'Arbriſſelles, *avec le Catalogue des Abbeſſes de Fontevrault* in 4. *Angers* 1586. Auctor eſt *Laurentius* PELLETIER, *Monachus Benedictini ordinis.* uid. *le Long* l. c. num. 6015. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(656.) Lettre de Mr. T. C. à un ami, *ou examen de quelques endroits de la diſſertation de Mr. Jean. Alphonſe Turretin ſur les articles fondamentaux de la religion* in 4. pagg. 24. ſine loci, typographi & anni indicio. Auctor eſt *Theodorus* CRINSOZ, qui alioquin etiam uocatur Mr. BIONENS. Contra hoc ſcriptum prodiit: *Defenſe de la diſſertation de Mr. Turretin ſur les articles fondamentaux de la religion, contre une Brochure, intitulée: Lettre de Mr. T. C. c' eſt à dire de Mr. Theodore Crinſoz, qu' on appelle ordinairement Mr. de* BIONENS, *à Geneve chez Fabri & Barillot* 1727. in 4. pagg. 59. e parte contraria huic ſcripto apponebatur: *Apologie de Mr.* BIONENS *contre un écrit intitulé: Defenſe de la diſſertation de Mr. Turretin ſur les articles fondamentaux de la religion* &c. *à Yverdon* 1727. in 4. pagg. 55. Haec tria ſcripta recenſentur in Tom. 2. art. 6. *de la bibliotheque raiſonnée* p. 312. *Turretini* diſſertatio (quam auctores bibliothecae

citatae ualde laudant) praemiſſa eſt eius *nubi teſtium pro moderato & pacifico de rebus theologicis iudicio & inſtituenda inter proteſtantes concordia.*

(657.) Lettre de l' Evêque du Mans, *(a) avec la Réponſe à elle faite par un Docteur (b) en Theologie, en laquelle eſt répondu à ces deux doutes: Si on peut ſuivre en ſûreté de conſcience le partie du Roy de Navarre & le reconnoître pour Roy; & ſi l' acte de Frere Jacques Clement, Jacobin, doit être approuvé en conſcience, & s' il eſt louable, ou non. in 8. Paris*, ap. *Chaudiere* 1589. *Troyes, Moreau.*

Lettre de François I. à Paul III. uid. ſub anonymis latinis in hac Bibliotheca, uoce *epiſtola.*

(658.) Lettre apologetique pour Mr. Arnauld, tribuitur Patri TELLIER *a Baylio in dictionario critico,* uoce *Arnauld* n. 4. p. 370.

(659.) Lettre à Eraſte *pour répondre à ſon Libelle contre la Pucelle* in 4. *Paris* ap. *Courbé* 1656. Auctor eſt *Jean* CHAPPELAIN. Abbas de MAROLLES ſub finem *de ſes conſiderations ſur le Poëme de*

(*a*) Hic epiſcopus eſt *Claude* D' ANGENNES.

(*b*) Hic Doctor eſt famoſus *Jean* BOUCHER, *Curé de ſaint Benoiſt*, qui uarias ſeditiones excitare ſtuduit & in impia reſponſione ſua uarias iniurias contra regem Henricum III. protulit, uerba Scripturae ſacrae horrendo modo profanans atque peruertens. *Le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 8166. ſub *Franciſci* VERONAE nomine etiam exſecrandum librum edidit BOUCHER de quo uid. Placcius n. 2801. pſeudonym. qui eum Doctorem quoque Sorbonnicum fuiſſe refert. Idem BOUCHER latet ſub nomine GIMONTII *Slabonenſis*. uid. Placc. inter pſeudonym. num. 1198.

de Clovis p. 171. dicit, quod ſimiles conſiderationes inſtituerit ſuper *Poëma de ſaint Louis du Pere le Moine & ſur la Pucelle de* CHAPPELAIN; ſed has conſiderationes ad aliam iſtius poëmatis editionem reſeruauit, quae autem lucem non aſpexerunt. uid. *le Long* l. c. num. 7374. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, contra CHAPPELAIN & pro illo publicata, allegat.

(660.) Lettre à un curieux ſur les anciens Tombeaux, *qu' on a decouverts le 10. Janvier 1697. ſous le grand Autel d' une Egliſe, qui a été autrefois l' Egliſe cathedrale d' Amiens 1697.* Auctor huius ſcripti eſt abbas de S. ACHEUL, *Chanoine Regulier dans le voiſinage d' Amiens.* uid. *Simonii biblioth. critic.* Tom. 3. cap. 32. p. 370. ubi & hiſtoria huius libelli exponitur.

(661.) Lettre à Mademoiſelle de Scuderi, *contenant l' Eloge de l' Abbé Boiſot.* Auctor eſt *Noël* BOSQUILLON, *membrum academiae Sveſſionenſis (Soiſſons)* qui mortuus eſt 1694. & inſertum deprehenditur hoc ſcriptum *au Journal* 22. *des Savans* 1695. uid. *le Long* l. c. n. 4584. & 4583. ubi allegat aliam anonymi epiſtolam, ſub tit. *Lettre ſur la mort de Jean-Baptiſte.* BOISOT, *Abbé Commendataire de ſaint Vincent de Beſançon* in 4. *Dijon* 1694. cuius epiſtolae auctor eſt *Eſtienne* MOREAU de BRAZEY.

(662.) Lettre ſur le Traité de la ſouveraine perfection 1708. pl. 2. Auctor huius epiſtolae eſſe dicitur Mr. JAQUELOT. uid. *die Sammlung*

Digitized by Google

von alten und neuen Theolog. Sachen 1708. p. 305. cf. infra ſub littera S. *Souveraine perfection.*

(1277.) Le Vrai-ſemblable *ſur la Conduite de M. le Cardinal* DE RETS in 4. 1652. Auctor eſt ipſe Cardinal DE RETS, qui in hoc ſcripto ſe defendit contra reſponſionem a Le Longio n. 9488. adductam. uid. eius num, 9489. & cf. numeros antecedentes & ſequentes.

(1278.)

(*a*) Qui gallice ſcribit (cuius uerba, in latinum conuerſa, ſuppedito) Cogitationes meas potiſſimum inſtitui *de M. le Prince* & de *M. le Cardinal* DE RETS, quae duae perſonae, ut mihi uidetur, omnes alios excitarunt, & poſt accuratam & anxiam diſquiſitionem deprehendi, quod omnia, quae contra Cardinalem DE RETS dicta ſunt, euentu falſa reperta ſint, & quod omnia, quae contra M. *le Prince* dicta ſunt, ipſa quoque euentus uera eſſe comprobauerit. Idem Cardinalis p. 216. *de tes mémoires* Tom. 4. ita habet: *Marigny* eodem fere tempore mihi referebat, quod in muſeo Monſ. *le Prince* magna cum attentione librum legiſſet, cui dixiſſet, hoc opuſculum ſine dubio ualde egregium eſſe, quia tantum delectationis exinde caperet, ad quae reſpondiſſet *Monſ. le Prince:* Verum eſt, quod inde multum delectationis capiam, quia auctor meos naeuos mihi aperit, quod alius non audet facere. Obſeruabis autem quod hic liber, qui erat *le Vrai & le Faux du Prince de Condé & du Cardinal de Retz* poſſit excitare *Monſ. le Prince*, nam uere ex illo cognoui, quod ipſi tantum uenerationis non tribuerim, quantum debebam. Haec uerba egregia, ſublimia, docta, magnifica & proprie loquendo apophtegmata ſunt, qualia ſani quilibet iudicii homo apud Plutarchum ueneratus eſſet antiquitus. uid. le Long l. c. num. 9487. cuius etiam numeri antecedentes & ſequentes cum hoc ſcripto ſunt conferendi. cf. etiam num. 9519. ap. le Long.

Z.

(1278.) Zamire, Zinges } Haec duo ſcripta originem ſuam debent feminae ROGEGUILHEN.

Zelie uid. ſupra ſub uoce *Tarſis.*

(1279.) Zizimi, Prince Ottoman, *amoureux de Philippine Hellene De Saſſenage*, (*a*) *Hiſtoire Dauphinoiſe par* L. P. A. in 12. *Grenoble* 1673. Litterae hae initiales ſignificant *Le Preſident* ALLARD (*Gay*) *en l' Election de Grenoble*, a quo munere ſe abdicare coactus eſt propter uitae ſuae rationem, minus probandam & mortuus eſt 1715. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 17467.

(*a*) Haec nobilis femina, quae obiectum eſt libri huius romanenſis, mortua eſt 1533.

ANONY-

ANONYMI LATINI.

(1280.)

Abominatio Quackeriſtica & Quackerorum natura ac proprietates. Auctores huius ſcripti ſunt *Chriſtianus* PAULI & *Ioh.* BERCKENTHAL. *(a)* uid. Hiſtoriam Biblioth. Ioh Fabricii part. 5. p. 44.

(1281.) de Abſolutione iuſta & canonica Henrici IV, Regis (auctore *Petro* PITHOEO) in 8. *Pariſiis* ap. *Patiſſon* 1594. idem ſcriptum prodiit ſub tit. *de la juſte & canonique Abſolution d'Henri* IV. in 8. *Paris* 1595. Genuinus huius libri titulus eſt, qui anno praecedente comparuerat: *Raiſons, par lesquelles il eſt prouvé, que les Evêques de France ont pû de droit donner l'Abſolution à Henri de Bourbon, Roi de France & de Navarre de l'Excommunication par lui encourue, même pour un cas reſervé au Saint Siege Apoſtolique, traduit de l'Italien (b)* in 8. 1593. uid. le Long l. c. n. 8431. cuius etiam numeri antecedentes & ſequentes cum hoc ſcripto ſunt conferendi.

(1282.) Academia Lipſienſis rediuiua *(c)* *ſiue*

(a) Contra hos ſcripſit *Wilhelmus Caton*, Anglus: Defenſionem innocentium aduerſus calumniatores ſcil. Pauli & Berckenthal. it, Suſcitabulum conſcientiae ad Chriſt. Pauli.

(b) Petr. Pithoeus, ut tutius lateret, finxit, hoc ſcriptum ex italico ſermone eſſe translatum.

(c) Reperiuntur in hac collectione Ex Rectoris D. *Chriſt. Bunonis* & Rectoris D. *Chriſt. Meureri* orationes, it.

ſiue monumenta Iubilei. Lipſ. 1709. 1. Alph. pl. 2. Editor eſt H. DICELIUS, qui acta prioris Iubilei Lipſ. academici collegit, quod celebratum eſt. Pertinet etiam hoc ſcriptum ad anon. germ.

(1283.) Achates Iſiacus annularis, commentariolo explicatus, *Romae* 1727. in 4. maj. pl. 2. Auctor eſt *Giuſto* FONTANINI, *Archiepiſcopus Antirenſis.* Recenſetur hoc ſcriptum in Actis eruditorum Lipſ. latinis 1730. menſ. Aprili n. 13.

(1284.) Acta litteraria Sueciae (*a*) 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. Voll. 2. Vpſaliae & recuſa Roſtoch. & Lipſ. Auctor eſt *Ericus* BENZELIUS, (*b*) *Epiſcopus Gothoburgenſis.* Durarunt

---

it. *Ioh. Friderici* panegyricus ſecularis & carmina quaedam ſecularia. it. Priuilegia huius academiae, a Car. V. confirmata. Programma Iubilei 4. conciones Iubilei 1) D. G. *Weinrichii* die 1 dom. Aduent. ad 2. Sam. 6. de fundatione huius Uniuerſitatis 2) eiusd. die dom. 2. Aduent. de calamitatibus, quas perpeſſa eſt haec Uniuerſitas & quomodo ex illis per deum liberata 3 & 4 ſunt D. *Ioh. Mulmanni*, Prof. Theol. una habita eſt die 1 dom. Aduent. in Euangelium conſuetum de moſaico, papiſtico, Chriſtiano & academico Iubileo; altera die 9. Dec. ad 2. Reg. 6, 7. de liberatione Uniuerſitatis a iugo papiſtico. uid. *die Unſch. Nachr.* 1708. p. 632.

(*a*) Indicantur in his actis ſcripta, in Suecia impreſſa, experimenta, obſeruata, elogia, epiſtolae ineditae, diſputationes in academia Vpſalenſi & Lundenſi habitae, aliaque ad rem litterariam illuſtrandam facientia, ſed ſine addita epicriſi, omiſſo etiam indice perſonarum & rerum memorabilium.

(*b*) Non ſolus tamen fuit, ſed ſocietatem eum in finem iniit.

runt tantum haec acta quinquennium; ſed dolendum eſt, ea tam breui tempore deſiiſſe, hoc enim modo Germanis ademta eſt occaſio, Suecorum arcana cognoſcendi. uid. cel. Reimanni catal. litter. p. 441.

(1285.) Acta Lemoſii. Editor horum actorum fuit *Theodoricus* DE VIAIXNES, *Monachus Benedictini ordinis in Gallia, e congregatione S. Valloni*, uir Ianſenii partibus maxime fauens, ac iuſſu regis Galliae eam ob cauſſam in carcerem coniectus.

(1286.) Acta Eruditorum & curioſa Franconiae. Primum D. HEIMREICH & poſt huius obitum D. FEUERLEIN labores illorum examinarunt, qui aliquid ad haec acta conferebant, illosque adiuuerunt. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1727. p. 246.

(1287.) Acta Medicorum Berolinenſium, (*a*) *in incrementum artis & ſcientiarum collecta*

iniit. Impulit auctorem ad hos labores, quia in diariis exterorum uiderat recenſeri Suecorum ſcripta, non ſatis amuſſitata, unde facile ſiniſtra de Muſis Suecanis oriri potuiſſet opinio, ſi ſcripta maioris momenti non inſeruiſſet actis ſuis.

(*a*) Nulla autem niſi medica argumenta in his actis pertractantur, titulos materiarum pertractatarum indicatos deprehendes *in den Leipz. gel. Zeit.* 1717. p. 663. recenſentur haec acta in actis eruditorum Lipſienſ. latinis 1717. menſe Auguſto n. 6. ubi tamen multis uitiis typographicis referta dicuntur, laudatur uero auctoris inſtitutum & medicis utiliſſimum eſſe cenſetur. [*Pars* 3. horum actorum prodiit 1718. Berolini in 8. pl. 6. & recenſetur in actis eruditor.

lecta & digeſta, (*a*) pl. 7. in 8. *Pars* I. *Berolini* 1717. *Pars* 2. ib. 1718. in 8. pl. 10. cum fig. aeneis. Auctor horum actorum eſt D. *Ioh. Dan.* GOHLE, *Medicinae Practicus Berolinenſis.*

(1288.) Acta medica Hafnienſia, exarata ſunt a *Thoma* BARTHOLINO, BORRICHIO, *S. Pauli* OLIGERO, IACOBAEO, *Thoma* REINESIO, *Georgio Wolffgango* WEDELIO. uid. Iunckerum de Ephemeridibus eruditorum p. 48-56. Iſta acta pertinent ad annos 1671. & 1672. Primum illorum uolumen prodiit Hafniae 1673. *Vol.* 2. continet acta anni 1673. *Vol.* 3. & 4. acta anni 1674. 1675. 1676. *Vol.* 5. & ultimum acta anni 1677. 1678. & 1679. uid. illuſtris Struvius in introduct. in notitiam rei litterariae pag. 548.

(1289.)

ditor. Lipſ. latinis menſe Aprili 1719. n. 10. *Pars* 4. prodiit Berolini 1719. in 8. pl. 7. & recenſetur in Sect. 5. Tomi 7. ſupplementorum ad acta eruditorum n. 5. *Pars* 5. & 6. horum actor. medicor. prodierunt Berolini 1719. & 1720. in 8. pl. 13. recenſentur hae duae partes in actis eruditor. Lipſienſ. lat. 1720. menſ. Auguſto n. 8. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1720. p. 559. *Pars* 6. etiam recenſetur *dans le Journal des Savans* 1720. menſ. Oct. n. 5. ubi non magni faciunt latinum in his actis ſtilum. *Pars* 7. & 8. prodierunt Berolini 1720. & 1721. in 8. pl. 12. & recenſentur in actis eruditor. Lipſienſ. latinis 1721. menſ. Iulio n. 10. *Pars* 9. & 10. prodierunt Berolini 1721. & 1722. in 8. pl. 10. & earum contenta paucis indicantur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1722. p. 766. & his duabus partibus clauditur prima horum actorum Decas.

(*a*) Ad modum horum actorum poſtea Francofurti ad Oderam 1737. prodierunt Selecta medica Francofurtenſia. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1737. n. 20. p. 175.

(1289.) Acta Conſiſtorialia (*a*) *creationis Eminentiſſimorum ac Reuerendiſſimorum* S. R. E. *Cardinalium, inſtitutae a ſanctiſſimo* D. N. *Clemente XI.* P. M. *diebus* XVII. Maji & 7. *Iunii* Anno Sal. 1706. Acceſſit eorundem *Cardinalium breuis delineatio. Coloniae* 1707, in 4. pl. 4. *Ioh. Vincentius* GRAVINA, eruditiſſimus Italus, haec acta, ex S. Conſiſtorii monumentis deſcripta, ad Henr. *Huyſſenium* perferri curauit, ut publicarentur in Germania. uid. Acta Eruditor. Lipſ. lat. 1707. p. 19. menſ. Ianuar.

(1290.) Acta Congregationis ſub Clemente VIII. *ab anno* 1598. *ad annum* 1605. *habitae,* latine edita. Editor huius libri eſt D. *Gregorius* NUNNIUS, *Luſitanus*, dictae congregationis Secretarius. uid. Acta eruditor. Lipſienſia latina 1687. p. 353.

Admonitio Neoſtadenſium. Auctor eſt *Zacharias* URSINUS.

(1291.) Addenda ad Hiſtoriam Congregationis (*b*) de Auxiliis. *Lovanii* 1701. in fol. Auctor eſt P. Iac. Hyacinthus de Serry, qui alias

 aſſum-

(*a*) Narratur hic, Clementem XI. 1706. Cardinales creantem, noluiſſe admittere ſuum cognatum, & alium nomine *Philipucci* hanc dignitatem oblatam conſtanter recuſaſſe.

(*b*) Haec celebris Congregatio Romae ab anno 1598-1607. propter controuerſiam de electione ad gratiam & mediis ad eandem habita eſt & hiſtoria harum congregationum magni aeſtimatur a Ieſuitarum aduerſariis. add. *die Unſch. Nachr.* 1701. p. 139. Addenda auctor ſeorſum edere, quam opus ipſum nimis immutare maluit.

aſſumſit nomen *le Blanc.* uid. magnif. Loeſcheri theolog. annales 1701. p. 37. (*a*)

(1292. *a*) G. G. R. Theologi ad Ludouicum XIII. admonitio, *qua breuiter & neruoſe demonſtratur Galliam foede & turpiter impium foedus iniiſſe & iniuſtum bellum hoc tempore contra catholicos mouiſſe, ſaluaque religione proſequi non poſſe ex gallico in latinum translata* in 4. *Auguſtae Francorum* 1625. Prodiit etiam hoc ſcriptum gallice ſub tit. *Avertiſſement au Roi Tres-Chrêtien,*

(*a*) Reperiuntur in his addendis multa curioſa antiqua & noua e. g. Petr. de Rivo, Philoſophum quondam celebrem Louanienſem 1470. docuiſſe quicquid per neceſſariam conſequentiam ſequatur ex inimpedibili, hoc eſſe inimpedibile & neceſſarium, quam ob theſin Romae condemnatus & publice reuocare coactus eſt, quia hoc modo doctrinam de libertate diuina laeſiſſe putabatur. 1679. d. 23. Nou. ſequentes theſes quorundam doctorum papiſticorum condemnatae ſunt Romae: GOtt giebt uns ſeine Allmacht, daß wir ſie gebrauchen: GOtt unterwirfft uns ſeine Allmacht. 1699. Ieſuita Bechefer Pariſiis d. 14. Dec. hanc theſin propugnauit: GOtt rechne denen Verſtockten und verblendeten die Sünden, ſo ſie begiengen, nicht zu. Cui ſeſe oppoſuit Archiepiſcopus Pariſienſis, Cardinalis *de Noailles* & Ieſuitam ad reuocationem coegit. p. 82. Sorbonna 1700. d. 4. Sept. duas theſes, quae fundamentum ſunt Moliniſmi & doctrinae Ieſuiticae de electione gratiae condemnauit. Ieſuitae autem non intermittunt defendere doctrinam ſuam, Romae iam pridem damnatam, de peccato philoſophico, quod Deus illud nec punire uelit, nec poſſit. Nam 1697. publicas theſes d. 27. Iul. Aquisgrani pro defendendo peccato philoſophico ediderunt, & d. 26. Aug. Lugd. in Gallia it. 1700. d. 24. Aug. Rhemii in Collegiis ſuis. De quibus theſibus omnibus uerboſe agitur in his addendis.

tien, écrit avec beaucoup de fidelité, de reſpect, de verité & traduit du Latin en François; où l'on montre, avec non moins de conviction, que de brieveté, que la France a honteuſement contracté une Alliance impie pour declarer une Guerre injuſte contre des catholiques & qu'elle ne ſcauroit continuer plus long tems, ſans violer les Droits les plus ſaints & les plus religieux in 4. *Francheville* 1627. Prodiit etiam germanice ſub tit. Allerunterthänigſte Vorſtellung an König Ludouicum XIII. durch einen Catholiſchen Compatrioten in 4. 1625. Hic liber iniuriis & conuiciis contra regem & ſtatum publicum repletus eſt. Imprimebatur in Italia & fingebatur, eſſe tantum uerſionem operis gallici, ut impediretur, quo minus auctor & locus impreſſionis detegeretur. Tributum autem fuit poſtea hoc ſcriptum *à Jean* BOUCHER, (*a*) *fameux Liguer* & deinde *Archidia-*

(*a*) Adrian Baillet auctorem graecum eſſe cenſet & illum nominat *Andream Eudemon-Iohannem*, qui in Italiam uenerat cum Cardinale *Barberini*, Legato Vrbani VIII. & hic Eudemon ſtatim ac in Galliam uenit hunc librum confecit, & mortuus eſt Romae d. 24. Dec. 1625. exarauit hunc librum occaſione belli *de la Valteline*, & probare contendebat, quod rex Galliae in hoc bello ſocietatem impiam & indecoram iniiſſet cum proteſtantibus, & ſuſcepiſſet bellum iniuſtum contra Catholicos. In Naudaeanis p. 103. & 104. uaria de hoc libro & eius auctore leguntur, quae falſa ſunt. e. g. non 1622. comparuit, ſed 1625. Prima editio eſt in 4. & non in fol. Hic liber non eſt a Cornelio Ianſenio confectus; Ianſenius enim Martem quidem Gallicum exarauit & hoc modo Epiſcopatum Ypren-ſem

diacono Tornauienſi (*Tournay*) poſtquam in linguam Walonicam conuerſum erat & in Flandria diuulgabatur; ſed defendit ſeſe *Boucher* & calumnia ſe affici conqueſtus eſt. Hunc librum una cum *myſteriis politicis*, (quae ambo *Iac.* CELLARIO, uel KELLER, *Ieſuitae Bauarico* tribuuntur uid. I. L. W. i. e. *Ioan. Leonh. Weidneri Iubileum*, *ſiue Speculum Ieſuiticum* pag. 162. ſq.) Prætor Pariſienſis Kal. Nou. tanquam pernicioſum, ſceleratum, ſeditioſum, falſis inſimulationibus calumnioſum, regum, a deo ordinatorum, maieſtati, ſaluti peſtiferum, publicae ſecuritatis perturbatorem, falſo atque ſimulato praetextu rebellionis incendentem, in platea domus urbicae per capitalium iudiciorum exſecutorem lacerari, comburi, eorumque exemplaria, quotquot penes quoscunque fuerint, intra horas 24. ad Actuarium ſupprimenda deferri iuſſit, interdixitque, ne quis eos habere, legere, ſeruare uelit, ne quis typographus, aut bibliopola excudere, uendere, proponere auſit, qui aduerſus ea feciſſe argui poſſent, capi-

---

ſem praemii loco reportauit, ſed non confecit admonitionem ad Ludouicum XIII. regem (quod in Naudaeanis l. c. & *dans les coups d'Eſtat de Monſ. Naudé*, cap. 4. p. 610. affirmatur) *Baylius* & in *Dictionario* hiſtor. critico ſub uoce *Ianſenius* perperam hunc a Naudaeo pro auctore admonitionis haberi putat. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 11858. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta cum hoc conferenda adducit. Hic liber uti & myſteria politica miros effectus apud regem Ludouicum XIII. produxit & eius conatus partim irritos reddidit.

capitis ſupplicio obnoxios ſimul pronuntians. Quae uero lites circa hos libros Parlamento Pariſienſi cum clero Gallicano interceſſerint, fuſe *Gabr. Barthol, Gramondus* ediſſerit in *Hiſt. Gall.* lib. 15. p. 654. ſq. edit. Elzevir.

(1292. β) Admonitio ad exules. Auctor eſſe dicitur Mr BAYLIUS. uid. Acta eruditor. 1711. p. 106. 107. in uita Baylii multa occurrunt, quae hoc ſcriptum illuſtrare poſſunt. uid. tamen inter anonym. gallic. uoc. *Avis* n. 91.

(1293.) Ænigma in lutum. Auctor eſt WESENBECIUS, uid. Gundlingii otia Part. 3. p. 352. & 270.

(1294.) Alcoranus Franciſcanorum. Auctor eſt *Eraſmus* ALBERUS uid. b. Buddei diſſ. de uitae Chriſti ἀκριβεία §. 8. p. 27. & Baylii dictionarium uoc. *François d' Aſſiſe* not. H.

(1295.) Alexipharmacum, 1630. Auctor eſt IANSENIUS (*Cornelius*) uid. Baylii dictionarium uoce *Ianſenius* not. (I.)

(1296.) Alloquium irenicum ad Proteſtantes. (a) *ubi, qui in diuerſa hactenus ſacra abiere ut dextras fidemque uel tandem iungant pacemque eccleſiaſticam pangant, monentur. Ratisbonae* 1720. in 4. pagg. 16.

(a) Recenſetur hoc ſcriptum a Clerico Tom. 14. *de la Bibliotheque ancienne & moderne* Part. 2. n. 7. & in faſc. 3. claſſis 3. Bibliothecae hiſtorico - philologico - theologicae Bremenſis n. 7. ubi etiam totum ſcriptum, non addito tamen auctoris nomine inſeritur. Recenſetur quoque hoc ſcriptum *dans le Journal des Savans* 1721. menſ. Iulio n. 6. & conſilia auctoris uana irritaque eſſe iudicantur.

(1297.) Alphabetum hebraicum, *in quo litterae hebraicae deſcribuntur, punctorum, uocalium, accentuum forma & uis cum appellatione ſyllabarum & dictionum hebraicarum. Addita ſunt exercitamenta ad uſum hebraice diſcentium accommodata.* Auctor huius Alphabeti eſt *Henricus* STEPHANI, *ſecundus.* uid. Mich. *Maittaire* in catalogo librorum hebraicorum, a Stephanis editorum p. 39.

(1298.) Alphabeti uere naturalis hebraici delineatio. Sultzbaci 1657. in 12. Auctor eſt *Franciſc. Mercurius* ab HELMONT, filius. uid. de hoc ſcripto Morhoffius in polyhiſtore Tom. 1. lib. 4. c. 3. p. 20. qui illud minimi pretii aeſtimat. adde auctores obſeruationum miſcellanearum Tom. 9. edit. 1712. p. 689. ſq. und den unpartheyiſchen Bibliothecarium part. 2. n. 29. p. 151. ubi etiam illuſtris Struvii & Morhofii iudicia de hoc libro, quem prior ingenioſum magis quam utilem, poſterior miris ineptiis & cabaliſticis nugis refertum uocat, reperiuntur.

(1299.) Amoenitates literariae, quibus uariae obſeruationes, ſcripta item quaedam anecdota & rariora opuſcula exhibentur Francof. & Lipſ. 1725. in 8. pl. 21. Tomus 1. Auctor primi Tomi dedicationi tantum ſubiecit literas I. G. S. ſecundo Tomo, neque literas, neque nomen appoſuit, tertii demum tomi dedicationi & ceterorum tomorum dedicationibus addidit nomen ſuum,

um, eſt autem Ioan. Ge. SCHELHORNIUS, *Memmingenſi bibliothecae praefectus (a).*

Tomus I. continet 1) notitiam rariſſimi libri, ſub initium typographiae excuſi p. 1. 2) commentationem *de Marſilii Ficini uita*, moribus & ſcriptis p. 18. 3) *apologiam pro Marſilio Ficino*, Magiae poſtulato p. 119. 4) Literas *Leon. Lauredani*, Venet. Ducis ad reip. Memmingenſis optimates p. 137. 5) *Ioh. Chriſtoph. Wagenſeilii* diſſertationem in editam *de Iohanna Papiſſa* p. 142. 6) Argumenta contra *Iohannae puerperium* p. 195. 7) recenſionem & fata *ſecundae editionis* N. T. *ab Eraſmo Rot.* curatae p. 222. 8) epiſtolam de *magiſtris noſtris Lovanienſibus* p. 248. 9) Obſeruationem de *literis Caroli Ludouici*, *Elect. Palat.* & *Degenfeldiae* Baroniſſae amoebaeis p. 262. 10) *Iul. Caeſ. Scaligeri* epiſtolia duo p. 269. 11) 6 epiſtolas, adhuc ineditas p. 287. 12) recenſionem uetuſtae *Lactantii* operum editionis p. 312.

Tomus 2. prodiit eod. anno 1725. in 8. pl. 19. in cuius Tomi artic. 3. Cel. *Schelhornius* palam profitetur, ſe eſſe harum amoenitatum auctorem. (b). Exſtant autem in hoc tomo 1) diſſertatio

(*a*) Qui a Raymundo de Krafft, conſule Ulmenſi, it. a Z. C. ab Vffenbach uariis cimeliis, quae amoenitatibus ſuis inſeruit, adiutus eſt; quaedam in his amoenitatibus ſupplet & emendat cel. Reimannus in catal. liter. p. 537. ſed pauca ſunt, quae monet, & auctoris in literas ſtudium iure meritoque laudat.

(*b*) Nam ibi ita ſcribit, not. †† p. 469. Non eſt, quod amplius celem nomen meum, cum in nouis liter. Ger-

tatio de libris rarioribus & uariis raritatis eorum cauſſis, in ſpecie a) de libris, ſub ipſis typographiae primordiis excuſis b) paulo poſt typographiam inuentam impreſſis c) a celebrioribus Sec. XVI. typographis exſcriptis d) publica auctoritate ſuppreſſis e) a priuatis ſuppreſſis f) ab ipſis uel auctoribus, uel editoribus ſuppreſſis g) de libris, quorum pauca exempla ſunt impreſſa h) quos aduerſa fata ſuppreſſerunt i) quorum plurima exempla in regiones exteras auecta, k) apud exteros excuſis l) neglectis m) de praeſtantioribus & incorruptis quorundam librorum editionibus. 2) Ἐπιτάφιος *Ioan. Borcholdo*, ICto celeb. perſcriptus ab *Ioan. Caſſelio* p. 437. 3) *Irenaei Bibliophili* obſeruatio, quae praefationem, quam Vir clar. *Chriſtoph. Auguſtus Heumannus* Sympoſio Lactantii, a ſe edito, praemiſit, in nonnullis locis illuſtrat, in admodum paucis emendat p. 469. 4) epiſtolae aliquot ineditae *Iac. Bohemi*, *Locheri Philomuſi*, *Rychardi* p. 497. 5) Obſeruatio de libro *Henr. Cornelii Agrippae* de incertitudine & uanitate omnium ſcientiarum & artium p. 513. 6) *Eliae Ebingeri* de fidelitate ſeruanda in autoribus citandis diſſertatio p. 530. 7) Analecta de uita, fatis, moribus & ſcriptis *Henr. Corn. Agrippae ab Nettesheym*. Recenſetur hic Tomus cum lau-

---

Germanor. me quidem inſcio & inuito a fautore quodam, hactenus mihi incognito, iſtud iam ſit expreſſum. Ego certe imbecillitatis meae gnarus, nondum detecta facie in conſpectum orbis eruditi prodire auſus fuiſſem.

laude in Actis eruditor. Lipſ. lat. 1725. menſe Sept. n. 12. p. 428-430.

Tomi 3. & 4. prodierunt Francof. & Lipſ. 1725. in 8. 1. Alph. pl. 16. & ambo recenſentur cum laude in Actis Erudit. Lipſ. lat. 1726. Tomus 3. continet 1) memorabilia bibliothecae perilluſtris domini *Raymundi de Krafft* p. 1. 2) *Anton. Magliabecchii* catalogum libror. Orientalium, medicor, aſtronomicor. hiſtoricor. & philoſophicor. bibliothecae Mediceae p. 172. 3) *Leonardi Aretini* Inuectivam in *Carolum Malateſtam* p. 225. 4) Dodecadem epiſtolarum ineditarum nimirum *Archiepiſcopi Magd. & Moguntienſis eccleſiarum* &c. *Apoſtolici principalis commiſſarii epiſtolam* de nundinis indulgentiarum Tetzelii, quam epiſtolam NB. *Rami*, *Velſeri*, *Auguſti*, *ducis Brunſuic. Andr. Schotti*, *Peireſcii*, *Valent. Andreae. Ben. Dav. Carpzovii.*

Tomus 4. continet notitiam rariſſimi cuiusdam primigeniae typographiae monumenti p. 239. 2) de artis typographicae origiuibus p. 300. 3) commentationem de uita, fatis, meritis ac ſcriptis *Franc. Lamberti Avenionenſis* p. 307. 4) Excerpta quaedam e diario *Ge. Spalatini* MSto. p. 389. 5) Hiſtoire de la Bible de Sixte V. avec des remarques pour connoitre la veritable edition de 1590. par *Proſper Marchand* p. 433. 6) *Iaſonis de Mayno* orationem de uita *Hieronymi Torti*, ICti Ticinenſis p. 455. 7) *Eduarti*, regis Angliae mandatorum epitomen in cauſa religionis p. 482. 4) Epiſtolam *Pii* IV. ad *Danielem*, *Archiepiſcopum & Elector. Moguntinum* de uſu calicis, Laicis

cis quoque nonnullis concedendo p. 501. 9) Epiſtolam *Iohan. Philippi*, Archiepiſc. & Elect. Moguntini ad ſummum pontificem de ead. re. p. 507. 10) epiſtolas quasdam ineditas e. g. *Dan. Heinſii*, *Dornavii*, *Kirchmanni*, *Gruteri*, *Ioh. Freder. Gronovii*, *Gisb. Cuperi*, *Ioan. Henr. Boecleri* p. 522. 11) additamenta quaedam & notamina ad Tomos praecedentes 4. p. 553.

Tomus 5. prodiit Francof. & Lipſ. & continet 1) diſſertationem de ſoloeciſmis literariis p. 1. 2) *Dürrii* diſſ. epiſtolicam de *Ioan. Fauſto* p. 50. 3) D. *Ioan. Aventini* annalium epitomen deque uariis ac uariantibus editionibus p. 81. 4) *Petri Lambecii* commentarior. de Biblioth. Caeſar. Lib. 9. fragmentum p. 97. 5) *Marci Velſeri* monumentorum Auguſtanorum. Supplementum p. 116. 6) analecta ad Hiſtoriam *Fr. Ioſeph. Burrhi* p. 141. 7) Tabulas donationis bibliothecae *Huetii* p. 164. 8) epiſtolas quasdam ineditas e. g. *Gruteri*, *Bohuslai Balbini*, *Andr. Chriſti. Eſchenbachii*, *Theodor. Ianſon. ab Almeloveen*, *Eliſae Kolartiae* p. 171. 9) electa quaedam epiſtolica, uel excerpta ex epiſtolis doctor. uiror. p. 202. 10) Vitam *Bartholomaei Bertelini*, Paſtoris quondam Memmingenſis p. 221. 11) diſſertationis de libris rarioribus continuationem p. 239. 12) addenda & emendanda in praecedentibus Tomis p. 297.

Tomus 6. prodiit Francof. & Lipſ. 1727. pl. 19. in 8. & continet 1) analecta ad hiſtoriam *confeſſionis Tetrapolitanae* p. 305. 2) documenta ad hiſtoriam *confeſſionis Tetrapolitanae* p. 384. 3) diſci-

3) diſcipuli de temporibus monitum de praeiudicio hermeneutico accuratiorem Apocalypſeos explicationem etiamnum impediente p. 452. 4) *Iac. Bruckeri* notitiam rariſſimae uerſionis germanicae libri Pſalmorum, ab *Ottmaro Luſcinio* confectae p. 455. 5) commentatiunculam de eiusdem *Luſcinii* Verſione latina Pſalterii aliisque ſcriptis. p. 478. 6) Specimen Supplementorum G. H. *Welſchii* ad Bibliothecam Geſnero-Simlero-Friſianam p. 490. 7) *Iul. Caeſ. Scaligeri* epiſtolas nonnullas p. 508. 8) *Henr. & Hadriani Valeſiorum* ad *Portnerum* epiſtolas p. 529. 9) D. P. J. *Speneri* ad *Schilterum* epiſtolas p. 549. 10) *Theoph. Spizelii* elogium *Thomae Lanſii* p. 577. 11) eiusd. elogium I. B. *Schuppii* p. 585. 12) eiusd. elogium *Hartmanni* Creidii p. 590. 13) uarias obſeruationes p. 596.

Tomus 5. & 6. magno cum elogio recenſentur *dans l' hiſtoire litteraire* 1727. menſ. Auguſt. num. 4.

Tomus 7. prodiit Franc. & Lipſ. 1727. in 8. pl. 19. & continet 1) commentationem in antiqua monumenta, in agro Tigurino A. MDCC XXIV. eruta p. 1. 2) diſſertationem de libris combuſtis p. 75. 3) M. *Iac. Bruckeri* ſchediaſma hiſtorico-philoſoph. de conuenientia numerorum *Pythagorae* cum ideis *Platonis*, harumque ex illis origine p. 173. 4) diſſertationem epiſtolicam ad *Irenaeum Bibliophilum*, cui praeter Pauli III. Bullam prorogationis Concilii, Mantuam prius indicti, quaedam de conſilio de emendanda Rom. eccleſia Paulo III. dato &c. obſeruationes inſer-

inſertæ ſunt p. 251. 5) uarias obſeruationes p. 280.

Tomus 8. prodiit Francof. & Lipſ. 1728. in 8. 1. Alph. 1. pl. & continet 1) *Iac. Bruckeri* ſupplementum II. ad hiſtoriam philoſophicam doctrinae de ideis p. 299. 2) de uariis poenis, in libros ſtatutis p. 338. 3) epiſtolam criticam *de punctis controuerſiae Kempiſianae praecipuis* p. 391. 4) de prouidentia diuina ſectae ſtoicae p. 443. 5) Spicilegium obſeruationum de *Ioan. Aventino* eiusque annalibus Bojorum p. 455. 6) diſſertationem I. de libris, publica auctoritate combuſtis p. 463. 7) iudicium magiſtrorum academiae Pragenſis de propoſitionibus quibusdam *Io. Munſingeri* p. 511. 8) *Iulii Caeſ. Scaligeri* epiſtolas nonnullas p. 554. 9) epiſtolas quasdam *Baluzii*, *Schilteri*, *Mabillonii* & *Ruinarti* p. 622. 10) additamenta ad uitam *Eliae Ebingeri* p. 646.

Tomus 7. & 8. recenſentur in Actis eruditor. Lipſ. latinis 1728. menſ. Dec. n. 6.

Tomus 9. prodiit ibid. 1728. in 8. pl. 22. & continet 1) diſſertationem ſecundam de libris, publica auctoritate combuſtis p. 651. 2) analecta ad diſſertationem de libris combuſtis p. 752. 3) *Leonis Allatii* confutationem fabulae *de Ioanna Papiſſa* ex monumentis graecis p. 779. 4) *Palthenii* epiſtolam de eodem argumento p. 817. 5) *Io. Iac. Breitingeri* ſupplementum ad commentationem de monumentis antiquis, in agro Tigurino erutis p. 822. 6) *Iac. Zimmermanni* exercitationem *de Atheismo Platonis* p. 827. 7) de pri-

primitiis typographicis Harlemenſibus & Uffenbachianis p. 969.

Hic Tomus recenſetur in *Actis eruditor. Lipſ. lat.* 1729. menſe Iunio num. 9.

Tomus 10. prodiit ibid. 1729. in 8. pl. 18. & continet 1) *Iac. Bruckeri* diſſertationem de uita & ſcriptis *Achillis Pirminii Gaſſeri* p. 987. 2) *Matthiae Schenckii*, Rectoris quondam Auguſtani, ad *Hieronymum Wolſium* epiſtolam, qua uitam ſuam ipſemet deſcripſit p. 1047. 3) Indicem ſcriptorum amoebaeorum, controuerſiam *de Monarchia Siciliae*, Papam inter & Siciliae reges noſtro hoc ſeculo agitatam, concernentium p. 1080. 4) *Io. Iac. Breitingeri* exercitationem criticam in uitam *A. Perſii Fl.* p. 1103. 5) diſſertationem epiſtolarem ad *Frider. Iac. Beyſchlagium* p. 1146. 6) Elogium *Petri Carneſecae* p. 1198. 7) Monumenta Heilbronnenſia, in agro Cis Nigrano inuenta p. 1206. 8) *Io. Iac. Breitingeri* de nonnullis lapidibus literatis, Romanae pietatis monumentis amicam diſputationem. p. 1209. 9) Varias obſeruationes p. 1235. 10) epiſtolas quasdam ineditas e Bibliotheca Uffenbachiana p. 1250. e. g. *Grotii*, *Freheri*, *Patini*, *Ad. Rechenbergii*.

Hic Tomus recenſetur in *Actis eruditor. Lipſ. lat.* 1729. menſ. Iunio. n. 11.

Tomus 11. prodiit ibid. 1729. in 8. 1. Alph. 1. pl. & continet 1) diſſertationem de *Ioh. Campano*, Anti-Trinitario p. 1. 2) *Iac. Zimmermanni* meditationem de praeſtantia religionis chriſtianae, collata cum philoſophia Socratis p. 93. 3) notitiam codicis MS. uarios ſermones, in Con-

 cilio

cilio Conſtantienſi habitos, praeter alios complectentis p. 213. 4) Iudicium academiae Viennenſis de quibusdam propoſitionibus *Io. Münſingeri* p. 222. 5) Memoriam perilluſtris domini *Raymundi Krafft de Dellmenſingen* p. 253. 6) Selecta ex itinere literario *Ioh. Iac. Thurmii* p. 269. 7) Bigam epiſtolarum D. *Ioh. Bened. Carpzovii ad Theophilum Spizelium* p. 303. 8) Calendarium etymologicum ex Hiſtoria Lombardica *Iac. de Voragine* p. 324. 9) *Iac. Bruckeri* analecta ad uitam *Matthiae Schenckii* p. 362.

Hic Tomus recenſetur in *Actis eruditor. Lipſ. lat.* 1729. menſ. Iul. n. 9.

Tomus 12. prodiit ibid. 1730. in 8. 1. Alph. & continet 1) *Iac. Zimmermanni* uindicias diſſertationis *de Atheiſmo Platonis* contra D. *Nic. Hier. Gundlingium* p. 369. 2) Memoriam M. *Ioannis Schmidii*, Theologi coeci p. 515. 3) *Io. Ge. Frickii de Ioan. Morono*, S. R. E. Cardinali, articuliſque, quibus ab inquiſitionis officio, iuſſu Pauli IV olim, tanquam Lutheraniſmi ſuſpectus, & in uinculis detentus, accuſabatur, obſeruationem p. 537. 4) Ad chriſtianiſſimum Galliarum regem humillima ſupplicatio pro Impreſſorio p. 587. 5) Hiſtoriam Dialogorum *Coelii Secundi Curionis* de amplitudine beati regni Dei p. 592. 6) epiſtolas quasdam ineditas e. g. *Melanchtonis, Portneri, Speneri, Ioh. Godofr. Olearii, Iac. Gronovii, Ioan. Fabricii, Chriſtian. Scriverii.* 7) *Petri Cardinalis & Epiſcopi* quondam *Auguſtani* literas iudulgentiarum in eccleſiae Brenzianae gratiam p. 698.

Tomus

Tomus 13. prodiit ibid. 1730. in 8. pl. 22. & continet 1) *Iac. Bruckeri* Elogium illuſtris uiri *Luc. Schroeckii*, Med. Doct, &c. p. 1. 2) *Iac. Zimmermanni* Vindiciarum exercitationis ſuae *de Atheiſmo Platonis* partem alteram p. 48. 3) *de eximiis Sueuorum in literaturam orientalem meritis* ſchediaſma hiſtorico - literarium p. 197. 4) *Thom. Mezleri*, Benedictini olim Zwifaltenſis, epiſtolam dedicatoriam, praemiſſam libris de imitatione Chriſti, ab ipſo elegiace 1645. uerſis, cum uiri cuiusdam eruditi in eam animaduerſionibus p. 265. 5) Pentadem epiſtolarum *Renati Maſſueti* ad P. *Bernardum Pez* p. 278. 6) *Iac. Bruckeri* diſſ. epiſtolicam *de Stratonis Lampſaceni Atheiſmo* ad *Iac. Zimmermannum* p. 311.

Tomus 14. & ultimus prodiit ibid. 1731. pl. 21. & continet 1) *Ioan. Nic. Stupani* orationem panegyricam de *Coelii Secundi Curionis* uita atque obitu p. 325. 2) de uita & meritis *Ioan. Homelii*, eximii quondam academiae Lipſienſis mathematici p. 403. 3) *Angeli Sealteli* ad Romanos iudices pro *Ambroſio de Gumppenberg* contra *Ioan. Albert. Widmeſtadium* orationum actionem primam. p. 468. 4) epiſtolas 7 ineditas e. g. *Forſtneri*, *Spizelii*, *Carpzovii*, *Arnoldi*, p. 501. 5) *Ioh. Buxtorfii*, filii, quasdam ad *Theophilum Spizelium* epiſtolas ex autographis p. 581. 6) electa epiſtolica p. 603.

Tomus 13. & 14. recenſentur in *Actis erudito*r. *Lipſ. lat.* 1731. menſ. Oct. n. 8. (*a*).

(*a*) Quia igitur tot bonae frugis in his amoenitatibus *Schel-*

(1300.) Amoenitates biblicae, quae prodierunt *Budiſſae* in 4. elaboratae ſunt a PRAETORIO, qui tantum litteras M P. appoſuit.

(1301.) Anagraphe de Origine Cartuſianorum, in 4. *Pariſiis* 1578. Auctor eſt *François* JARRY, *Prieur de la Chartreuſe de Notre-Dame de la Prée lès-Troyes;* Hic liber etiam uerſibus latinis & gallicis prodiit ſub tit. *Deſcription de l'Origine & premiere Fondation de l'Ordre ſacré des Chartreux:* in 4. Paris 1578. Hi uerſus deſcribunt muros monaſterii parui Cartuſianorum Pariſienſium. uid. le Long l. c. n. 5710. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, de ordine Cartuſianorum agentia, adducit.

(1302.) Anecdota, ſiue hiſtoria Europae arcana, cui adiuncta eſt *ratio ſtatus Dauidis, Iudaeor. regis. Coſmopoli* 1715. in 8. Auctor eſt *Adamus* EBERUS, *Prof. Francofurt.* uti haud obſcure colligi poteſt ex iis, quae producuntur *in den Gedancken über die Journale im 15. Stücke* p. 224.

(1303.) Anglia, *de laudibus legum Angliae* (a) Auctor

Schelhornii literariis continentur, a me impetrare non potui, quin potiora ſingulorum Tomorum momenta deſignarem, quod lectoribus haud ingratum fore putabam, ſi cognitis tam iucundis & utilibus materiis, ad lectionem ipſarum amoenitatum incitarentur.

(*a*) Continet ſimul Seldeni & aliorum obſeruationes in Anglorum hiſtoriam, antiquitates & leges cum praef. Seldeni, quam ſequitur uerboſa alia hiſtorica praefatio & praefatio

Auctor huius ſcripti eſt eques *Iohn* FORTESCUE, *cancellarius magnus quondam Henrici* VI, qui illud anglice ſcripſit, ſed nuper ex anglico in latinum ſermonem eſt translatum. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1737. n. 57. p. 498.

(1304.) Animaduerſiones in Ioach. Hoppii Examen inſtitutionum Iuris, Lipſ. 1715. in 12. 9. pl. Auctor eſſe dicitur D. Trier, *Prof. Herald. Lipſ.* recenſetur hoc ſcriptum in Actis eruditor. Lipſienſ. lat. 1715. menſ. Ianuar. art. 10. & in actis eruditorum germanicis part. 33. art. 3. add. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 8. & 166.

(1305.) Animaduerſiones chronologicae *(a)*. Auctor eſt *Dan.* ZWICKERUS, *Medic. Doct. Dantiſc.* Socinianae ſectae fauens. uid. Sagittarius in introductione in Hiſt. eccleſ. p. 686.

fatio primi editoris it. Summae equitis Racul de *Hengham*, primi iudicis ſub Eduardo I, quae uulgo *Hengham* magna & *Hengham* parua uocantur, cum annotationibus Seldeni & uerboſo indice in fol. Editor nouus eſt SAYER, celeb. *ICtus*, qui in praef. uitam auctoris, originem eius nominis & ſtirpis & catalogum editorum ſcriptorum, cum breuibus ſuper illa iudiciis ſuppeditat. Londini 1737. Haec *die Leipz. gel. Zeit.* 1737. n. 68. p. 594.

(*a*) Egit auctor in hoc ſcripto contra Sam. *Mareſium* & praeſertim contra eius librum, cui tit. *Iohanna Papiſſa reſtituta.* Sagittarius l. c. etiam aliud *Berneggeri* ſcriptum anonymum indicat, nimirum *collectanea ad hiſtoriam Iohannae Papiſſae*, quae tantum proſtanr ſub nomine uiri clariſſimi. Sagittarius autem nititur potiſſimum fide Wittenii, qui ZWICKERUM auctorem illarum animaduerſionum nominauerat in *Diario* ſuo *biographico* 1678. d. 10. Nou.

(1306.) Animaduerſiones erga Simonem. Richard Simon in epiſtola ad Ezechiel. Spanhemium, quae adhuc exſtat ſub calcem Tomi 2. epiſtolarum criticarum Richardi Simonii, putat, non *Ezechielem* SPANHEMIUM, ſed fratrem eius *Fridericum*, eſſe harum animaduerſionum auctorem, cum ueroſimile non ſit, Ezechielem Spanhemium, uirum quippe dexterrimum incidere potuiſſe in eiusmodi errores. De *Simonio* uideatur *Wolfius* celeb. in *Bibliotheca hebraica* uol. 4. p. 9. ubi de eo iudicat, contemnere illum ea & tantum traducere, quae ſolide ab ipſo confutari non poterant.

(1307.) Animaduerſiones in prolegomena biblica du Pinii, quae adhaerent Tomo 3. *Criticae Richardi Simonii*, confecit *Stephanus* SOUCIET, *Ieſuita*, qui etiam edidit DIARIUM ERUDITORUM. uid. *Wolfii* cel. *Biblioth. hebr.* uol. 4. p. 13. & 17.

(1308.) Animaduerſiones in bibliothecam Fratrum Polonorum *(a)* per A. V. i. e. *Andream* VOLANUM. Amſtel. 1681. in fol. uid. *Hiſtoriam biblioth. Fabric.* part. 2. p. 72.

(1309.) Animaduerſiones *in Tractatum ſingularem de Regaliis, gallice editum a Franciſco Pinſſon.* Hae animaduerſiones ſunt publicatae a *Celeſtino* SFONDRATO, *Cardinali* quondam, & inſertae ſunt appendici *du Traité general de la Regale*

(*a*) In quibus *Volanus* praeſertim Sp. ſ. perſonalitatem & Chriſti praeexiſtentiam iuxta Arianorum placita adſtruere nititur.

Regale p. 380. in 4. ex typographia ſancti Galli 1702. uid. le Long l. c. num. 2793. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum his animaduerſionibus conferenda, habet.

(1310.) Annales (Laureshamenſes dicti) Regum Francorum (a) *Pipini, Caroli & Ludovici* ab anno 741 - 829. Qui annales impreſſi ſunt in Freheri collectione hiſtoricorum Franciae, part. 2. p. 381. Quidam hos annales tribuunt ADELMO, uel, ut alii uolunt, ADEMARO, Monacho Benedictino. uid. le Long Bibliotheque hiſtorique n. 6773.

(1311.) Annales litterarii Meclenburgenſes. Auctores horum annalium ſunt M. *Erneſtus Ioh. Frider.* MANTZEL & *Philippus Fridericus* HANE. Specimen 1. horum annalium prodiit 1722. in 8. pl. 18. & eius contenta paucis exhibentur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1722. p. 568. & p. 628. ubi multa memoratu digna de controuerſia, auctoribus propter hos annales mota, occurrunt.

(1312.) Annaliſta Saxo, *ab initio*
 regni

(a) *Placcius* quidem n. 1107. inter anonym. meminit *Annalium Francorum*, qui ab EGINHARDO eſſent confecti. Sed hi *annales Francorum* comprehendunt hiſtoriam ab anno 1241. ad annum 1328. ut habet Placcius. Annaliſta etiam Saxo tantum pertingit ad annum 1139. adeoque Annales Francorum & Annaliſta Saxo non unus idemque liber eſſe uidetur, licet auctorum utriusque libri nomina magnam inter ſe conuenientiam habeant, nam annalium

regni Francorum usque ad annum 1139. *res geſtas enumerans*, qui liber inſertus eſt *corpori hiſtorico medii aeui* n. 10. tribuitur autem cuidam, nomine EGGEHARDO, qui Sec. 12. primus abbas fuit in monaſterio S. *Laurentii*, *Herbipoli* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1723. p. 739. (*a*).

(1313.) Annotationes ad C. G. Angeli hiſtoriam graecam, *ſiue de conſtitutionibus, dogmatibus, moribus graecorum circa ſacra gr. & lat.* fecit G. F. (i. e. G. FEHLAVIUS) *Francoſ.* 1720. in 4.

(1314.) Annotationum ad Witteramum, a Paulo Merula editum, auctor eſt Pancratius CASTRICOMIUS. IC. & Syndicus Groeningenſis. uid. *Ioh.* DIECMANNUS *in ſpecimine Gloſſarii MSt. Latino-Theodiſci* p. 3.

(1315.) Anti-didagma. Auctor huius libri eſt *Ioh.* GROPPERUS, uid. *Sleidanus* lib. 15. fol. 367. a. b. oppoſitus eſt hic liber Martini BUCERI *ſcripto de reformando epiſcopatu Colonienſi*, de quo uid. ſub uoce *Colonienſis*.

(1316.) Anti-Nicenifmus, (vel potius *Ante-Ni-*

---

lium Francorum auctor uocatur *Eginhardus*, & *Annaliſtae Saxonis Eggehardus*. Ad annales autem Francorum conferri forſitan meretur *Francorum annalium fragmentum* ab anno 741. ad 793. quod fragmentum inſertum eſt *Caniſii lectionibus antiquis* ex editione *Iac. Baſnagii* Tom. 1.

(*a*) *Annaliſtam Saxonem* omnia ex Ottone Friſingenſi exſcripſiſſe & continuatore Reginonis, eorumque errores propagaſſe, perhibet auctor uindiciarum arboris genealogicae auguſtae gentis Carolino-Boicae p. 148. cf. *die nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reich.* Part. 1. p. 30.

te-Niceniſmus) ſiue teſtimonia patrum, qui ſcripſerunt ante Concilium Nicenum, unde colligi poteſt ſenſus ecclesiae catholiae quoad articulum de trinitate, Coſmopoli in 8. pl. 5. ubi p. 67. lit. F. 2. compareret *breuis reſponſio ad D. Georgii Bulli defenſionem fidei Nicenae*, in qua praecipua capita defenſionis refutantur p. 137. lit. h. 5. & ibi ſequitur p. 139. uera & antiqua fides de diuinitate Chriſti, aſſerta contra D. D. G. Bulli iudicia eccleſiae, per anonym. 1695. Quidam ſtatuunt, CRELLIUM, Polonum, V. D. Miniſtrum eſſe huius Anti-Niceniſmi auctorem, qui etiam *cogitationes nouas de primo & ſecundo Adamo euulgauit* ſine nomine ſuo addito. uid. *Marchand* in notis ad *Lettres de Mr. Bayle* p. 930. Sed in *Parrhaſianis* Tom. 1. p. 406. legitur, *Gilbertus* CLARCKE eſt auctor *Anti-Niceniſmi*. Hic *Anti-Niceniſmus* ualde rarus eſt.

(1317.) Anti-Socinus. Auctor eſt *Innocentius* GENTILETTUS. uid. *Hiſtor. Biblioth. Fabric.* Part. 2. p. 74. & *Gentilettus* praeter alios Socini aduerſarios e. g. *Franc. Puccium, Eraſmum Iohannis, Ioh. Wiekum, Martin. Seidelium, Ioh. Palaeologum, Andr. Volanum, Ioh. Niemoiovium, Iac. Covetum, Ioh. Cutenum, Othonem Caſmannum*, acerrimus Socini hoſtis fuit.

(1318.) Antiquitas *(a)* romanae, ſed non catholicae religionis ſine loco 1632.

 Au-

(*a*) Auctor perelegantor docet, Pontificiorum ſacra partim ab Ethnicis, partim a Iudaeis mutuo eſſe accepta, atque hinc non ſine omni ratione dici poſſe antiqua.

Auctor fuit M. *Heinricus* CHRISTIANUS, ut docet Prologus p. 3. cum eo, qui hanc ſecundam editionem procurauit, non confundendus, qui, quem *Chriſtianus* ante plures annos emiſerat libellum *Hiſtorico - Polemicum*, acceſſionibus quibusdam locupletatum, denuo prodire iuſſit, idque ut ipſe in praefat. p. 3. ſcribit, inter tot armorum ſtrepitus. uid. cel. *Reimanni catal. literar.* p. 288.

(1319.) Antiquitatum Etruriae, *ſeu de ſitu Clanarum fragmenta hiſtorica, Senogalliae* 1696. in 4. Auctor eſt *Fr.* DINUS. uid. *catalogum Bibliothecae clariſſimi cuiusd. uiri Lipſienſis* part. I. pag. 8.

(1320.) Antitheſis de praeclaris Chriſti & indignis Papae facinoribus 1557. in 8. pl. 6. profectus eſt hic liber ſine dubio a *Simone* ROSARIO. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen* 1716, p. 578.

(1321.) Aphoriſmata philoſophica, *ſiue ſpecimen philoſophiae eclecticae, nuper gallice editum, nunc demum in peregrinorum commodum multo emendatius auctiusque latinitate donatum.* (a) *Pars* 1. complectens Logicam, Metaphyſicam, Mathematicam, Geneuae 1713. in 12. pagg. 70. *Pars* 2. exhibens Phyſicam iuxta nouiſſimas regiae Pariſ. acad. obſeruationes. ib. 1714. pagg. 76. *Pars*

(a) In hac translatione latina uitia grammaticalia, nullo modo excuſanda, occurrere dicuntur. uid. *les Nouvelles de la republique des lettres* 1717. menſe Iul. & Aug. n. 8. & exinde *die Leipz. gel. Zeit.* 1717. p. 631.

Pars 3. complectens phyſicae alteram partem & Ethicam ib. 1715. pagg. 81. Auctor eſt Mr. LE SAGE. Prodierat iamdum Londini 1711. editio latina huius libri in 12. pagg. 72.

(1322.) Apographum epiſtolae Alethophili cuiusdam, *ſcriptae ad amicum, in qua continentur uariae obſeruationes criticae, pertinentes ad hiſtoriam romanam, a R.R. P. P. Catrou & Rouille, Societatis Ieſu Presbyteris, gallice condi coeptam*, ſine loco & anno impreſſionis in 4. pl. 8. Auctor eſt ſine dubio *monachus Italus*, GRANARA. Recenſetur hoc ſcriptum in *Actis eruditor. Lipſienſ. lat.* menſ. Nouemb. n. 8.

(1323.) Apologeticus pro Chriſtianiſſimo rege, *aduerſus factioſae G. G. R. admonitionis calumnias in cauſſa principum foederatorum* in 4. *Pariſiis* 1626. Auctor eſt *Nicol.* RIGALTIUS. Eadem apologia germanice prodiit in 8. 1626. uid. *le Long* (*a*) l. c. num. 11885. & uid. in Bibliotheca mea pſeudonymorum ſub uoc. *Aedui.* ubi liber cum hoc conferendus. Adde etiam ſupra tit. *Admonitio* n. 1292. (β).

(1324.) Apologia pro ueteri Auentio, (*urbe Heluetiae in comitatu (Canton) Bernenſi.*) *Amſtel.* 1709. in 12. pl. 22. Auctor eſt *Marquardus* WILDIUS, natione *Heluetus.* add. *acta eruditor. Lipſienſ. lat.* 1711. p. 27. & 1710. p. 268. it. *Clericus* in Tom. 20. *de la Bibliotheque choiſie* p. 438. ubi hoc ſcriptum recenſetur.

(1325.) Apologia pro Iohanne Baſilide (*Baſi-*

(*a*) Cuius numeri praecedentes & ſequentes etiam libros (cum hoc conferendos, continent.

(*Baſilio* habet Fabric. l. c.) II, magno duce Moſcouiae, *Viennae* 1711. in 4. Auctor eſt *Gottlieb. Sam.* TREUERUS, *Prof. Helmſtadienſis* quondam, nunc *Goettingenſis*, natus 1683. De ceteris eius ſcriptis uerboſe agit *Fabricius in Hiſt. bibl. ſuae* part. 5. p. 9.

(1326.) Apologia pro Henrico II. contra Caeſarianos, (*a*) *in qua de cauſſis belli, inter regem & caeſarem orti, agitur* in 4. *Pariſ.* 1552. Auctor eſt *Pierre* DANES, *Evêque de Lavaur*, qui mortuus 1577. uid. *Anton. Teiſſier dans ſes Additions aux Eloges de M. de Thou.*

(1327.*a*) Apologia (*b*) pro Iulio Caeſare Vanino, *Neapolitano, Coſmopoli* (i. e. *Amſtelodami*) in 8. pl. 7. 1712. exarata eſt a *Petro Frider.* AR-

(*a*) Prodiit etiam gallica huius libri uerſio ſub tit: *Apologie contre les calomnies des Imperiaux ſur les entrepriſes de Turc & ſur la declaration de la Guerre* in 4. *Paris* 1552. Prodiit etiam Apologia altera pro rege Chriſtianiſſimo contra Caeſarianos in 4. *Pariſ.* 1552. ab eodem ſine dubio auctore confecta, & gallicam quoque illius libri uerſionem, ſub tit: *Seconde Apologie contre les calomnies des Imperiaux ſur les cauſes & ouvertures de la Guerre* in 4. *Paris* 1552. editam, indicat *le Long dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 7621. & 7622. eadem Apologia prodiit in Germania 1552. in 8.

(*b*) Praeter Arpium iam Arnoldus *in der Kirchen und Ketzer-Hiſtorie* Part. 2, p. 602. & Obſeruatores Halenſes Tom. 1. obſ. 21. & Tom. 5. obſ. 1. 2. it. Tom. 6. obſ. 26. nec non auctores *des vertrauten Briefwechſels vom Weſen der Seele* 1713. (cuius ſcripti auctores ſunt Weſtphal, Med. D. & Hocheiſelius, Prof. Gymnaſ. Vratislavienſis quondam, de quorum ſcripto uid. anonymos german. uoce *Brief-*

ARPIO, qui etiam *Theatrum fati* (*a*) edidit & quondam *Kilonienſis ICtus* fuit. Illuſtris *Struuius in introduct. in notit. rei litter.* p. 6. ignorat aucto-

Brief-Wechſel) Vaninum defendere & excuſare conati ſunt, quo autem ſucceſſu id factum fuerit, alii iudicent. Arpii defenſio eo redit, ut concedat, Vaninum neglexiſſe uulgaria argumenta & ſemper ſingularia quaeſiuiſſe, ſine cauſa rationem & theologiam commiſcuiſſe, & uarios errores fouiſſe, ſed Atheum illum non fuiſſe. Apologia eius praeſertim eo quoque tendit, quod Vaninus comburi non debuiſſet. Perperam ceterum dicit, Vaninum fuiſſe Pomponatii diſcipulum, qui tamen 1512. mortuus eſt, adeoque Vaninus annorum 116. eſſe debuiſſet moriens, qui tamen in flore aetatis combuſtus eſt. 2) contendit Arpius, Vaninum noluiſſe ipſum 2 libros ſuos prelo ſubiicere, ipſi hos libros ſubductos & impreſſos eſſe, ſed mere coniectura eſt hoc aſſertum. 3) reiicit ſine ratione Patini Grammondi de Vanino relationes 4) ſine fundamento affirmat, Vaninum in rabie mortuum eſſe, ideoque blaſphema uerba ipſi imputari non poſſe, ſed haec rabies probari nequit. uid. *die Unſch. Nachr.* 1712. p. 93. Auctor *der neuen Bibliothec, die zu Halle heraus kommen*, ſemper defendit Arpium *im* 21. *Stück* p. 64. & palam profitetur, quod eiusdem cum illo ſit ſententiae. cf. *Journal des Savans* 1713. menſ. Mart. p. 319. & Acta Eruditor. Lipſ. lat. 1713. p. 173.

(*a*) De Theatro fati, ab Arpio Roterodami 1712. in 8. pl. 17. edito, hic ὡς ἐν παρόδῳ addo, uaria in illo ſcripta (& fere optima) de fato, ante editionem Theatri ſui iam publicata, omitti e. g. DIPPELII *fatum fatuum*, Amſtel. in 8. germanice editum. it. *Iac.* THOMASII diſſ. quae reperitur in eius tractatu *de ſtoica mundi exuſtione* & agit *de fato ſtoico*, it. aliam eiusd. auctoris differt. omiſit, quae *de alio fatorum genere* agit, p. 99. etiam *Ioh.* SCHMIDIO, Norimbergenſi dicagrapho, diſſertationem *de fatalitate temporum perperam* tribuit, quam tamen confecit *Ioh.* SCHMI-

auctorem huius Apologiae. *Arpius (a)* ſibi propoſuerat 1728. nouam euulgare huius Apologiae editionem, ad quam Mr. *de la Forcade, Procurator generalis Toloſanus (Toulouſe)* acta, propter *Vaninum* collecta, communicare uolebat cum Arpio, ſed neſcio, num Mr. *de la Forcade* & *Arpius* promiſſis ſuis ſteterint. uid. *la Bibliotheque raiſonnée* Tom. 1. part. 2. art. 12. p. 461. Arpii Apologia cum laude recenſetur *in der neuen Bibliothec* uol. 3. p. 64. cum cenſura autem in *Actis eruditorum Lipſienſ. lat.* 1713. p. 173. contenta potiora huius apologiae adducit Fabricius in hiſtoria bibliothecae ſuae part. 6. p. 329. & de uita Arpii etiam & ſcriptis eius ibidem agit. Varia de *Arpii Apologia* iudicia, notatu digna, uid. in cel. *Coleri* nota ad illuſtris *Struuii introduct. in notit. rei litter.* p. 802. Notandum etiam eſt iudicium cel. *Reimanni in catal. bibl. theol.* p. 1033. qui ita de Arpio: *Scriptor non inuenuſtus & in operibus, tum eius, cuius cauſam tuetur, tum eorum, quibuscum altercatur, non perfunctorie uerſatus. Sed qui obſcuritate interdum infuſcat orationem, dum primum ſectatur eius calamiſtros & carnis & oſſium ita curam gerit, ut neruorum fere obliuiſcatur. Quod, credimus, emendabit auctor in editione ſecunda, quam prelo ſe paratam habere*

SCHMIDIUS, Prof. Eloquent. quondam Lipſ. ordinar. & theol. extraordinar. Recenſionem Theatri fati uid. in cel. Reimanni catal. biblioth. theol. p. 1034.

(a) De ſcriptis Arpii his & aliis uid. Pe. Frider. Arpii ferias aeſtiuales, ſeu ſcriptorum ſuorum hiſtoriam, Hamburgi 1726. editam.

bere ſcribit, in ſcriptorum ſuorum hiſtoria §. 48. p. 32. *Ubi & Epitomen exhibet huius opuſculi, & Patino Grammondo ſimul dicam impingit, quod hunc Vaninum Neapolitanum confuderit cum alio Vanino Fauentino, qui Ferrariae* 1550. *ob Lutheraniſmi ſuſpicionem combuſtus, ad rogum deductus, crucem ligneam capeſſere detrectauit. Quod crimini ipſi datum a papicolis, a Grammondo in hunc Neapolitanum fuerit translatum.* Contra Arpium conferri meretur auctoris anonymi (quem DURANDUM eſſe ex praefatione & initio libri colligi poteſt) *Vie & les ſentimens de Lucilio Vanini* à Rotterdam 1717. pagg. 298. Auctor in hoc ſcripto refutat ea, quae Arpius in Apologia Vanini & Bailius dans les Penſées ſur le Comete ad defenſionem Vanini protulerant, & quia Durandus hiſtoriam hanc ex ipſius Vanini ſcriptis extraxit, ſimul uarios errores, in hiſtoria Vanini ab aliis commiſſos, detegere potuit. Clericus dans la Bibliotheque ancienne & moderne Tom. 8. part. 1. n. 6. ubi hoc ſcriptum recenſet, illud lectu digniſſimum iudicat.

(1327. β) Apparatus literarius, *(a) ſingularia,*

(a) Quia hae collectiones non multos emtores reperiebant, ideo auctor coactus fuit, mutare titulum & illas edere 1722. ſub tit. Icon omnis generis doctrinae. Francof. in 8. & cum nec ſic emtio huius apparatus ex uoto ſuccederet, 1729. denuo nouus titulus amoenitatum literariarum illis praefixus eſt. Disquiſitiones, in hoc apparatu contentae, ſunt hiſtoricae, philoſophicae, philologicae, theologicae &c. Paradoxicae interdum, & a uulgari ſemita erudito.

laria, noua, anecdota, rariora depromens, ſtudio ſocietatis colligentium. (*a*) Collectio I. Witteb. 1717. Secunda ibid. 1718. 2. uoll.

inter ſe inuicem modum agendi in curia romana acerbisſime perſtrinxerint, ſe inuicem ad pertinaciam erga illam curiam incitauerint, pecuniam ad cauſam communem tuendam procurauerint.

Accuſatur etiam *Quesnellius*, quod pleraque confecerit in ultimis ſcriptis, quae ſub nomine *Arnaldi* prodierunt, quod notiſſimae Hiſtoriae Congregationis de auxiliis ultimam ſaltim manum impoſuerit, quod libros *la Foi & l'Innocence du Clergé d' Hollande, La Tradition de l'Egliſe, Defenſe de deux Brefs, Etat de la Faculté de Louvain, Cauſam Arnaldinam, Teſtamentum ſpirituale Arnaldi*, & alios eiusmodi libros ſcripſiſſet, & uel ſine nomine ſuo addito, aut ſub falſo nomine edidiſſet, quod in illis contra papam, Cardinales & epiſcopos, contra regem Galliae & Hiſpaniae, contra regimen Montenſe &c. contumelioſe ſcripſiſſet, & condemnatas Ianſenii propoſitiones docuiſſet, & hoc multis excerptis ex eius ſcriptis probatur. Conſtituiſſe etiam apud ſe dicitur, magnam collectionem omnium ſcriptorum, quae ab initio controuerſiae in cauſa Ianſeniana prodierant, numero 150. euulgare.

Arnaldus in iisdem Actis pro Rebelle declaratur. *Archiepiſcopus Sebaſtenſis* & eius cauſa etiam p. 105. ſq. p. 160. 335. ſub examen uocatur & ipſe aeque ac ſucceſſor eius in Vicariatu, *Ioan. Neercaſſel* pro Ianſeniſtis declarantur, quem in finem eorum epiſtolae ſaepiſſime adducuntur.

Quesnellius Defenſionem contra haec Acta, ſiue

 cau-

cauſam Queſnellianam ſub tit. *Idée generale du Libelle à la Haye* in 12. edidiſſe dicitur.

1369.γ) Cauſa Arnaldina. Auctor eſt *Paſchaſius* QUESNELL, *Ianſeniſta*, uid. numer. praecedentem not. (b).

(1370.) Cauſae forenſes celebriores & utiles diiudicatae, *una cum ſententiis exhibitae a M.. Aduocato Parlamenti*, Tomi II. *Pariſ.* 1734. in 12. Tom. 1. 1. Alph. pl. 1. Tom. 2. 1. Alph. Auctor eſt *Gayot* de PITAVAL, qui in duobus aliis Tomis & forte adhuc pluribus laborem ſuum, cum applauſu exceptum, proſecutus eſt. Dubito, num hic liber primum latine, uel gallice prodierit, prius enim indicare uidetur p. 103. *der Leipz. gel. Zeit.* 1734. Poſterius p. 916. ib.

(1371.) Celeuſma ad Theologos Hierarchiae Anglicanae. Auctor huius libri eſt IENCHINUS uid. *Hectoris Godofredi Maſii* diſſ. *de contemtu concilii Dordraceni in Anglia ſect. I. generali* §. 6.

(1372.) Cenſura (*a*) orientalis eccleſiae de A. C. *e graeco in latinam linguam uerſa & annotationibus illuſtrata a Stanislao Socolovio Colon.* 1582. THEOLIPTUS, *Archimandrita eccleſiae graecae*, graeco ſermone hanc cenſuram ſcripſit, uid. cel. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 412.

(1373.)

(*a*) Hanc cum aliis, ad idem hoc argumentum ſpectantibus monumentis, ediderunt poſtea 1584. in fol. Wittebergae *Theologi Würtenbergenſes* in *Actis ſuis cum Ieremia, Patriarcha Conſtantinopolitano*, in quorum praefatione & hanc uerſionem *Socoloſii* & praefationem & annotationes reuocant ad Lydium lapidem.

(1373.) I. M. V. D. M. Cenſura (*a*) tractatus theologico-politici, *Ultrajecti* 1671. Auctor eſt *Ioh.* MELCHIOR, apud *Vbios* eo tempore *Miniſter V. Div.* poſtea S. S. *Theolog. Doct. & Superintend. Dillenburgenſis.* (*b*)

(1374.) Chirurgia completa. Auctor eſt POUPARTUS. uid. *Acta eruditor. lat.* 1712. p. 154. ubi paucis uita Pouparti deſcribitur.

Chronici Ottonis Friſingenſis continuatio. uid. infra *Continuatio.*

(1375.) Chronicon Finnlandiae. Quidam hunc librum tribuunt MESSENIO, ſed incertum hoc eſt. Primum hoc Chronicon prodiit in lingua Suecica. Verſio autem latina cum notis quibusdam recenſetur *in der Schwediſchen* Bibliothec Part. 1. n. 4.

(1376.) Chronicon (*c*) Franckenbergenſe confeciſſe dicitur *Weigandus* GERSTENBERGERUS, alias *Büdenbender*, ſiue VIETOR dictus,

(*a*) De hoc ſcripto ita iudicat cel. Reimann. in *catal. bibl. theol.* p. 984. *Opuſculum non indoctum, ſed iniucundum lectu ob genus dicendi lutulentum & incultum & confragoſum & ordinem rerum ita turbatum, ut ſubinde hiet & interſiſtat & quaſi laboret diſſertatio.*

(*b*) Prima uice prodiit hoc ſcriptum *Francof. ad Moen.* 1671. recuſumque eſt eodem hoc anno *Ultraiecti*, ſed mutilum & praefat. auctoris truncatum & mendis typographicis quam plurimis commaculatum.

(*c*) Prodiit hoc Chronicon *Heidelbergae* 1619. in fol. & ad libros rariores pertinet. Commendatur a multis eruditis viris, uid. b. *Burcardi Gotthelf* Struvii *Biblioth. hiſt.* cap. 24. §. 5.

dictus, qui ex uita exceſſit anno 1522. d. 27. Aug. aetatis ſuae anno 65.

(1377.) Chronicon ſiue epitome dierum de mundi fabrica fol. qui liber etiam prodiit germanice ſub tit. Kurtze Beſchreibung des Wercks der ſechs Tage vom Geſchöff der Welt. 1493. Auctor huius libri, qui aſſeruatur in *bibliotheca Thorunenſi*, eſt *Hartmannus* SCHEDELIUS, *medicus Norimbergenſis.* uid. Petr. Iaenichii *notit. biblioth. Thorunenſis* p. 15.

(1378.α) Chronicon e MStis nunc primum editum *a Godefrido Guilielmo Leibnitio, Lipſ.* in 4. 1698. ap. *Forſterum.* Incipit hoc Chronicon ab Adamo & pertingit usque ad annum Chriſti 1241. Agit de Hiſtoria imperii, Franciae & Angliae, & ex pluribus Chronicis compilatum uidetur. Reperitur quoque hoc Chronicon in Tomo 2. *acceſſionum hiſtoricarum Leibnitii.* Illuſtr. *Leibnitius* hoc *Chronicon* tribuit ALBERICO, (a) *Monacho trium fontium,* quia

(a) *Albericus* autem fuit *monachus Ciſtercienſis in monaſterio trium fontium*, exſtructo 1118. in dioeceſi *de Chalons ſur-Marne.* Le Long autem *dans la Bibliotheque hiſtorique* n. 7103. ex uariis indiciis probare uidetur, *Albericum* fuiſſe *Canonicum regularem noui monaſterii de Huy près de Liege.* Auctor etiam *Albericus* plus fauet Germanis, quam Gallis, unde colligit *Le Long*, illum uixiſſe ſub imperio Germanorum, non Gallorum. MStum *Chronici* huius aſſeruatur *à Arras* in Bibliotheca Capucinorum. uid. Sanderus in *Bibliotheca MStorum Flandriae* part. 2. p. 168. Quidam laudant hoc *chronicon* propter accuratam in ueritates hiſtoricas inquiſitionem, propter multa ſingula-

quia 5 MStis nomen huius uiri inſcriptum deprehenderat.

(1378. β) Conradi (*a*) Epiſcopi Chronicon rerum Moguntinarum ab anno 1142-1251. in fol. *Baſileae* 1525. 1532. in 8. *Baſileae, Hervagii* 1555.

(1378. γ) Chronicon Gotvvicenſe, (*b*) *ſeu annales liberi & exemti monaſterii Gotvvicenſis,* ordi-

gularia in illo contenta, propter accuratas Genealogias familiarum illuſtrium, propter ſelecta loca, ex aliis chronicis decerpta, & nunc deperdita, & quia auctor ſequeretur ſolidiorem & meliorem aliorum hiſtoricorum ſententiam, Alii autem cenſent, *Albericum* ſaepe a ueritate hiſtorica recedere & in Chronologia parum accuratum eſſe, praeſertim in Chronologia regum Franciae primi ordinis.

(*a*) Nonnulli quidem hoc *Chronicon* tribuunt *Conrado*, ſed quia in plurimis editionibus tantum addita eſt littera C. ideo Nicolaus Serrarius in *Hiſtoria Moguntina* hoc Chronicon ideo CHRISTIANO II. *Archiepiſcopo Moguntino* adſcribit, qui a dignitate epiſcopali remotus eſt 1651. quod uariis ualidis argumentis comprobat. Inſertum eſt hoc *Chronicon collectioni hiſtoricorum germanicorum*, *per Reuberum editae* Tomo 1. it. *collectioni Hiſtoricorum germanicorum per Urſtitium* Tom. 1. p. 566. *Voſſius* in lib. 2. *de hiſtoricis latinis* cap. 59. p. 479. coniicit, quod hic *Conradus* ille eſſe poſſet *Archiepiſcopus Colonienſis*, de quo agitur in hoc ipſo *Chronico* ad annum 1249.

Idem *Chronicon* cum notis & additionibus *Georgii Helvvichii* prodiit *Francof.* in 8. 1630. uid. le Long l. c. num. 3572. qui num. 3570-3594. uaria adhuc ſcripta, de hiſtoria Moguntina agentia, adducit.

(*b*) *Tomus prodomus* continet 4. libros & duas ſectiones. In 1 critica recenſio eſt *codicum antiquorum MStorum in Bibliothecis Germaniae*; in 2 tractatio *de diplomatibus*

ordinis S. Benedicti inferioris Auſtriae, faciem Auſtriae antiquae & mediae usque ad noſtra tempora, deinde eiusdem monaſterii fundationem, ſtatumque hodiernum exhibens ex codicibus antiquis membranis & inſtrumentis tum domeſticis, tum extraneis depromtum, pro quorum faciliori intellectu Tomus prodromus de codicibus antiquis MStis, de Imperatorum ac regum Germaniae Diplomatibus, de eorundem palatiis, villis, & curtibus regiis atque de Germaniae medii aeui pagis praemittitur, & ea quae ad caeſareorum regiorumque Germaniae diplomatum antiquitatem, materiam, ſtilum, ſcripturam, monogrammata, ſigilla, ſubſcriptiones, notasque chronologicas atque ad palatiorum & uillarum regiarum paparumque Germaniae mediae ſitum pertinent, explicantur & adiectis ſpeciminibus tabulisque, aeri inciſis illuſtrantur. Typis monaſterii Tegernſeenſis Ord. S. Benedicti. 1732. in fol. mai. 11. Alph. pl. 1. *cum* 38. *fig. aeneis &* 38. *Char-*

---

tibus imperatorum & regum Germaniae; in 3 commentatio de *palatiis & uillis regum atque imperatorum*, quorum 126. ordine alphabetico recenſentur; in quarto agitur *de Germaniae mediae pagis*, quae difficilis eſt materia. Recenſetur hic Tomus prodromus in parte 187. *actorum eruditorum german.* n. 1.

Tom. 2. deſcribit *Auſtriam mediam & antiquam, originem & ſtatum monaſterii Gottwicenſis, uitam fundatoris Altmanni & hiſtoriam abbatum huius monaſterii*, praeter antiquum *fragmentum Hieronymi Megiſeri charta geographica Bajoariae*, ſeu *Noricorum ducatus, Marchiarum ſeptentrionalium ſupra Aneſum & Atheſin & ducatus Alemannorum* additur.

Tom.

Chartis geographicis. Auctor eſt GODOFREDUS (*a*), *reuerend. abbas huius monaſterii (b).*

(1378. δ) Chronicon Fiſcanenſe *(c) in Caletenſi Pago, a Chriſto nato ad annum* 1220. Auctor eſſe dicitur ROBERTUS, *Monachus Fiſcanenſis*, qui floruit circa annum 1280. uid. Voſſius *de hiſtoricis latinis* lib. 3. cap. 7. p. 325. Le Long l. c. num. 4987. & ſequentibus uaria ſcripta, *de hiſtoria Fiſcanenſi* agentia, habet.

Tom, 3. continet *probationes* i. e. plura quam 1300. Bullas papales, diplomata imperatorum & regum & alia antiqua ſcripta, ſub finem plura quam 700. ἐκτυπωθα ſigillorum ad illuſtrandam Germanorum Heraldicam elegantibus figuris, aeri inciſis, comparent.

(*a*) Promiſit etiam auctor in praefatione *Gloſſaria Theodiſca* & *Nummophylacium Gottƀicenſe*, monetas a Carolo M. usque ad Carolum VI, cuſas, continens it. *codicem Traditionum Lauriſsheimenſium* ex uetuſtiſſimo autographo deſcriptum & *Chronicon Laurisheimenſe*, a *Frebeхiano* ualde diuerſum. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1734. p. 124. 125.

(*b*) Scopum auctor cum *Mabillonio de re diplomatica* (opus egregium) habet eundem. Huius autem opus continet diplomata a Conrado I usque ad noſtra tempore. *Gottƀicenſe* autem diplomata regum Merovingenſium & Carolingenſium. *Chronicon Gottƀicenſe* iure ſyſtema artis diplomaticae pro Germania uocari poteſt. Splendidum hoc opus caeſari, Car. VI. in ſtudio diplomatico non parum uerſato, dedicatum eſt. *Mabillon* regulas, ad diiudicanda diplomata adhibendas diſperſas habet; ſed in hoc opere regulae iſtae ad examinanda diplomata *a Conrado* I usque ad *Fridericum* II uno loco propoſitae ſunt, ut ars de diplomatibus accurate & ſecundum certa principia iudicandi, uno obtutu perſpici poſſit.

(*c*) Inſertum eſt hoc *Chronicon* Tom, 1. *Bibliothecae MStorum nouae*, *a Labbeo editae* p. 325.

(1378.ε) Chronicon Autiſſiodorenſe, *ſeu Anonymi Monachi ſancti Meriani Autiſſiodorenſis Chronologia ſeriem temporis & hiſtoriam rerum in orbe geſtarum omnium, ab eius origine usque ad annum a Chriſti ortu milleſimum ducenteſimum duodecimum, cum appendice ad annum 1223. primum edita: opera & ſtudio Nicolai Camuſati,* in 4. *Trecis* ap. *Moreau* 1608. Auctor eſt Frater ROBERTUS, (*a*) qui ipſo in opere circa finem, ſub anno 1211. indicatur per haec uerba : *Huc usque perduxit Chronicon Frater Robertus.*

(1378.ζ) Chronicon Abbatum monaſterii Beccenſis, (*b*) *ab ipſa Fundatione anno 1034. ad annum* 1467. Le Long l. c. num. 4853. refert, in MSto quodam huius *Chronici*, in Abbatia Beccenſi aſſeruato, hoc Chronicon tribui ROBERTO *de Torrigny*, *ou du Mont Saint-Michel*, ſed quia hic mortuus eſt anno 1184. ab alio auctore hoc *Chronicon* continuatum ſit oportet. Le Long l. c. uaria ſcripta, ad Hiſtoriam *abbatiae Beccenſis* ſpectantia, & cum hoc Chronico conferenda, adducit.

Clau-

(*a*) Mirandum igitur eſt, quod *Camuſat*, editor huius Chronici, in titulo non indicauerit nomen auctoris. Auctor anonymus appendicis dicit, mortuum eſſe auctorem Chronici huius 1212. Chronicon ipſum ſatis accurate & diligenter exaboratum eſt. Auctor *appendicis* & *Chronici* fuerunt *Canonici Regulares*, *monaſterii ſancti Meriani*, qui ad ordinem Praemonſtratenſium pertinent. uid. le Long l. c. num. 7059.

(*b*) Hoc *Chronicon* inſertum eſt p. 1. *appendicis Operum Lanfranci* in fol. *Pariſiis* 1648. editorum.

Claudii Imperatoris ſiue Henr. II. Bibliographia. uid. ſub uoc. *Biographia.*

(1379.) Clauis Homerica. Auctor eſt PERKINS. uid. Fabricii *Biblioth. graec.* lib. I. c. 29. §. 12. p. 175. & lib. I. c. 33. 22. p. 230.

(1280.) Clauis Gemarica. Auctor eſt R. *Eliakim* PANZI, *Rhodiginus* & prodiit haec clauis cum uerſione latina & notis *Chr. Henr.* RITMEIERI 1697. in 4. uid. cel. Reimanni *catal. biblioth. theol.* p. 886.

(1381.) De Clericis, praeſertim Epiſcopis, *qui participarunt in diuinis ſcienter & ſponte cum Henrico Valeſio* (*a*), *poſt Cardinalicidium T. P. aſſertio eiusque illuſtratio* in 8. *Pariſiis*, ap. *Gorbin* 1589. Hic *Theologus Pariſienſis* nullus alius eſt, quam *Gilbert* GENEBRARD, magnus ſectarum & diſſidiorum amator. Secunda editio ſub nomine *Theologorum Pariſienſium* prodiit ibid. 1589.

(1382.) Clericorum defenſio contra Thomam Martinum 1562. Auctor eſſe dicitur *Matthaeus* PARKERUS. uid. M. Joh. Chriſtian Kochs Tract. cui tit. Das in der Lehre von der Prieſter-Ehe wieder ſich ſelbſt zeugende Pabſtthum. p. 105.

(1383.) Coeleſtinorum gallicae congregatio-

(*a*) Idem liber in linguam gallicam tractus ſub tit: *Excommunication des Eccleſiaſtiques, qui ont aſſiſté au Service divin avec Henri de Valois apres le maſſacre du Cardinal de Guiſe* in 8. 1589. *Reſponſio* ad hunc tractatum prodiit eod. anno in 8. uid. *le Long* l. c. num. 2413.

gationis Ord. S. Benedictini monaſteriorum fundationes, *uirorumque uita, aut ſcriptis, illuſtrium elogia.* Auctor eſt P. BEQUET, qui famae fundatorum *Coeleſtini ordinis* hoc libro conciliare ſtuduit perennitatem. Recenſetur hoc ſcriptum *dans les Mémoires de Trevoux* 1721. menſ. Aprili n. 4. & laudatur ob auctoris modeſtiam, breuitatem & accurationem.

(1384. α) Cogitationum nouarum (*a*) de primo & ſecundo Adamo, *ſiue de ratione ſalutis per illum amiſſae, per hunc recuperatae compendium. Amſtelodami* ap. *Irenaeum Aſpidium.* (*b*) 1700. in 8. pagg. 184. Auctor eſt *Sam.* CRELLIUS inter *Socinianos*, in *Boruſſia* uiuentes, miniſterio ſacro clam functus & in praedio quodam, non procul a Berolino aliquandiu commoratus (*c*).

(1384 β)

(*a*) celeb. Reimann. in *catal. bibl. theol.* p. 670. notat *hypotheſium auctoris nouarum fragilitatem, argumentorum, ex libris apocryphis interdum & dictis Scr. ſ. correctis dicam, an corruptis? petitorum uanitatem, Paradoxorum cumulum & manifeſtum Socinianiſmi ſtudium.* Adeoque ita rationem ducit, hoc Neo-Syſtema ad nouum diſſidium, in eccleſia excitandum, quam ad harmoniam uniuerſalem, in ea parandam, eſſe accommodatius, quam tamen auctor praef. ſcribit ſe pro ſcopo habuiſſe.

(*b*) Hic *Aſpidius* eſt ſine dubio notiſſimus ille bibliopola *Amſtelodamenſis Reinerius* LEERS, quo cum familiariter uixit CRELLIUS. uid. *Ioh. Laurent. Moshemii* diſſ. *de raptu Chriſti in coelum* p. 14.

(*c*) Hic libellus perrarus eſt, eius compendium ſiſtunt *Acta Eruditor.* in *Supplement.* Tom. 3. p. 489. ſq. ipſi *Ioh. Schmidius, Prof. Lipſ.* paulo poſt peculiarem oppoſuit diſſertationem.

1384.β) Cogitationes quaedam de cauſſis & diſſidiis ſummorum aliquot Europae imperantium 1728. in 4. Perelegantis huius ſcripti, quod ſubinde *conſiliario* cuidam *caeſareo* tribuitur, auctorem nonnulli eſſe aiunt Lib. Baronem de KIRCHNER, *Imperatori romano ab intimis conſiliis & Concomitarium Ratisbonenſem.*

(1385.α) Cohors Muſarum, *ſiue Hiſtoria rei litterariae*, *Traiecti ad Rhenum* 1715. cura *Wolpherdi van Bueren. Ioh. Georgius* GRAEVIUS non eſt auctor huius libri, licet illius nomen huic libro ſit praemiſſum & *Burmannus in praefat. Graeuii orationibus praemiſſa*, indignatur, *Graeuianum* nomen inſcriptum eſſe paedagogici ingenii libro (*a*). Verus autem huius libri auctor eſt *Ludolfus* KÜSTERUS, uti apparet ex p. 301. huius libri, ubi etiam ſaepe *Hiſtoria librorum nouorum, uel rariorum*, a Küſtero edita, paſſim laudatur. cf. ſumme reuerendi *Chriſtoph. Aug.* Heumanni *uiam ad hiſt. litterar.* p. 10.

(1385.β) Collectanea ad hiſtoriam Iohannae Papiſſae *per uirum Clariſſimum.* Auctor eſt

(*a*) b. *Colerus, concionator* quondam *aulicus Vinarienſis in notis ad illuſtris Struvii introduct. in notit. rei litterariae* p. 129, perhibet, multa inepta atque ieiuna eſſe in iſta *cohorte Muſarum.* add. *acta eruditorum Lipſienſ. latina* 1716. p. 522. cui iudicio fere adſtipulatur magnif. *Walchius* noſter in *hiſtoria critica lat. linguae* p. 265. in nota; *quamuis fatear*, inquiens, *ingenue, multa eſſe praetermiſſa & ita propoſita, ut ingenio celeb. Graeuii haud digna eſſe uideantur.*

eſt *Matthias* BERNEGGERUS. uid. ſupra in *hac biblioth. mea.* n. 1305. not. (a).

(1386.) Colloquium de tribus primis theſauri antiquitatum graecarum uoluminibus, 1702. in fol. cum fig. Auctor huius ſcripti eſt *Laurentius* BOEGERUS.

(1387.) Colloquium Middelburgenſe, quod a b. *Ioh. Müllero* in *iudaiſmo detecto* ſub nomine *Iudaei Luſitani* affertur, ſine dubio auctorem habet MENASSE BEN ISRAEL uti coniicit celeberrimus *Fabricius*, cuius coniectura uel inde confirmatur, quod *Menaſſe* ben ISRAEL teſte *Pocockio* in uita eius (*Menaſſe* ben ISRAEL) *Middelburgi* ſub uitae finem uerſatus, ibique fatis functus fuerit, uid. celeb. *Wolfii bibliothecae hebraicae* uol. 4. p. 903.

(1388.α) Colloquium de Lenonum & Lenarum dolis, *quod ex Hiſpanico ſermone latine reddidit* BARTHIUS, ſub tit. *Pornobodidaſcali latini Francof.* 1624. in 8. ipſe BARTHIUS in *animaduerſionibus ad hunc librum* ſcribit, duos eſſe huius libri ſcriptores, alterum rerum, qui fuerit uel *Ioh.* de MENA, uel *Rodericus* COTA; alterum, qui interpolauerit deinde hoc ſcriptum, *Ferdinandum* DE ROIAS.

(1388.β) Commentarius (a) de auctoritate Concilii generalis ſupra Papam, *ex reſpon-*

(a) Impreſſus etiam eſt hic *commentarius* cum operibus *Simon Vigoris* in 4. *Pariſiis* ap. *Aubouin* 1683. editis. uid. le Long l. c. num. 2472. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

reſponſione ſynodali Baſileenſi, Oratoribus Eugenii IV in 8. *Coloniae*, ap. *Francum* 1613. Auctor eſt *Simon* VIGOR, *Conſiliarius magni Conſilii*, qui mortuus eſt 1624.

(1389.) Colonienſis Epiſcopatus de reformando illo liber. Auctor primarius eſt BUCERUS, cui deinde adiuncti ſunt MELANCHTON & PISTORIUS. uid. *Sleidanus* lib. 15. fol. 367. (*a*)

(1390.) Commentatio de Deo, mundo & homine atque fato, (*a*) *quae iudicium ſincerum de controuerſia Ant'-Wolffiana exhibet, adiiciuntur Holmanni obſeruationes elenchticae in controuerſia Wolffiana, Francof. & Lipſ.* 1726. in 4. 1. Alph. pl. 2. Auctor huius commentationis eſt MÜLLERUS, olim *Norimbergae* & *Altorfii* degens, qui in hoc ſcripto cel. *Wolffium* omni conatu defendit. uid. die 6ſte Sammlung der Fränckiſchen Actorum eruditor. n. 8.

Commentatores in Pſalmos. Regensſpurg 1711. in 8. 1. Alph. 16. pl. uid. inter anonymos germanic. ſub uoce *Perſonalia*.

(1391. *a*) Commercium litterarium aſtro-

(*a*) Recenſetur hoc ſcriptum *in den Jenaiſchen monatlichen Nachrichten von gelehrten Leuten* n. 4. & in *Actis eruditorum Lipſienſ. latinis* 1726. menſ. Oct. n. 8. Potiora huius ſcripti momenta exponuntur quoque *in den Leipz. gel. Zeit.* 1726. p. 968. HARENBERGIUS, *Rector quondam Gandersheimenſis*, etiam edidit: *Commentationem de Deo, mundo & homine*, quod ipſe fatetur in *hiſtoria Gandersheimenſi*. Neſcio igitur, num haec commentatio eadem ſit cum commentatione *Mülleri*, an non. uid. part. 77. *der auserleſ.* Theolog. Bibliothec. p. 579.

aſtronomicum, *Norimbergae* 1734. inceptum, dirigitur a *Michaele* ADELBURNERO, (*a*) *mathem. Cult. Norimb.* qui magnum commercium litterarium cum Aſtronomis celebribus habet, quorum opera adiuuatur.

(1391.β) Comparatio Cardinalium Richelii & Mazarini ſine temp. & loc. in 4. cel. Reimann. (*b*) *in catal. literar.* p. 311. auctorem huius Parallelismi *Conr. Sam.* SCHURTZFLEISCHIUM eſſe hariolatur.

(1391.γ) Compendium hiſtoriae ciuilis *ab orbe condito ad finem ſeculi* XVIII. *Vratislaviae* 1709. in 8. Auctor eſt *Gottlob* CRANZIUS, *Rector* quondam celeb. *Gymnaſii Vratislauienſis, Profeſſ. & Bibliothecarius.*

(1392.) Compendium de multiplici Pariſi-

(*a*) Inuitauit 1733. peculiari ſcripto omnes Aſtronomiae fautores ad incrementum rei aſtronomicae, communi conſilio inſtituendum. Prodierunt plagulae 12. inter quas praeſertim numerus 12. notandus eſt, nam in illo agitur *de ratione corrigendi typos & calculos eclipſium Solis & Lunae, mapparumque geographicarum conſtructiones, ab Aſtronomis & Geographis in hypotheſi telluris ſphaericae hactenus adhibitas, ſecundum ueram eius figuram ſphaeroidalem* plag. 10. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1734. p. 677. & 864.

(*b*) Idem l. c. iudicat, *magnae difficultatis rem eſſe, indicare de ſemetipſo, maioris de alio, ſed longe maximae duos etiam cottidiani commatis homines, nedum duos heroas inter ſe comparare, & uter alteri & quibus in rebus ſit praeferendus, uel poſtponendus, pronunciare. Quod non inuita Minerua, nec reluctante Venere auctorem feciſſe arbitratur.*

riſienſis Uniuerſitatis magnificentia, *dignitate & excellentia eius, mirificoque ſuorum Suppoſitorum ac officiorum ac Collegiorum nomine.* in 4. *Pariſiis* 1517. Auctor eſt *Robert* GOULET, *Profeſſor Theologiae*, qui eo tempore florebat. uid. le Long l. c. num. 16845. qui etiam in numeris ſubſequentibus uaria ſimilia ſcripta, de laudibus Uniuerſitatis Pariſienſis agentia, allegat.

(1393.) Compendium Hiſtoriae eccleſiaſticae (*a*) a C. N. ad noſtra usque tempora. *Singulorum ſeculorum eccleſiae ſtatum in communi, incrementa, lumina, aduerſitates externas & internas, harumque remedia, concilia ſiſtens, Lipſ. & Lauban.* 1733. in 4. 1. Alph. pl. 6. laudatur hoc compendium ualde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1732. p. 676. ubi tamen auctor non detegitur, eſt autem ille ſine dubio cel. *Gottlob* CRANZIUS, *Rector* quondam *Vratislavienſis* meritiſſimus, *Prof.* & *Bibliothecarius* uid. part. 75. *der auserleſ.* Theolog. Bibliothec. p. 391. ubi b. (*Colerus*) iudicat, *hoc compendium eſſe reuera indi-*

(*a*) Recenſetur hoc compendium magno cum elogio *in der Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen* 1733. p. 1106. propter ſelectum, breuitatem & perſpicuitatem, defenditur etiam auctor contra iniuſtum *Holſati* cuiusdam, *nouorum litterariorum collectoris*, iudicium, qui hoc compendium foetum ſuperfluum eſſe iudicauerat. Prodiit deinde *uberior hiſtoria eccleſiaſtica a Chriſto nato ad noſtra usque tempora, ex Cranzii autographo* edita, a D. *Ioh. Caſparo* GEMEINHARDT, Lipſ. 1736. in 4. 6. Alph. quod opus recenſetur in part. 210. *Actor. eruditor. germanicor.* n. 6.

cem tantum rerum eccleſiaſticarum, memoria digniſſimarum, quae adhuc explicatione indigerent.

(1394.) de Conceptione immaculata (*a*) uirginis glorioſae diſputatio breuiſſima *in florentiſſimo ſtudio Lipzenſ., die Martis poſt feſtum Sancte Lucie uirginis in ſcholis Iuriſtarum publice facta & pronuntiata anno Domini* MCCCCLXXXIX. Auctor eſt D. *Ioh.* DE BREITENBACH, *Fac. iurid. Lipſ. Ordinar.* uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen* 1718. p. 372.

(1395.) Concilium Theologiſtarum. Auctor eſt HUTTENUS. uid. *Obſeruationum Halenſium* Tom. 4. obſ. 9. §. 16. p. 159.

(1396.) Concluſiones de Fundamento Sapientiae Theoretico-Practicae, *Koenigſtein* 1646. in 12. Auctor eſſe uidetur *Abrah.* von FRANCKENBERG. uid. *catal. biblioth. theol.* Reimann. p. 772.

(1397.) Concordantiae literarum L.B.V.E. & Henr. Graſper, Liege. 1709. in 4. pl. 20. Continet epiſtolas, quas *Ianſeniſta Batauus* GRASPER & alii contra papam ad diuerſos Proteſtantes

(*a*) Contra hanc diſſ. etiam ſine nomine addito monachus quidam *Dominicanus*, *Georgius* de FRICKENHAUSEN edidit diſp. cui tit. *Repetitio diſputationis de immaculata conceptione uirginis glorioſe in florentiſſimo ſtudio Lipzenſi* in 4. pl. 4. alia ſcripta anonyma D. de BREITENBACH & FRICKENHAUSEN adducuntur *in der fortgeſetzten Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen.* 1718. p. 375.

tes principes ſcripſiſſe dicuntur. Editor eſt P. DESIRANT. uid. *die Unſch. Nachr.* 1710. p. 565.

(1398.) Concordia rationis & fidei. Auctor huius libri eſt STOSCHIUS. uid. *Sagittarii introduct. in hiſt. eccleſ.* p. 881. 919. 922. ubi refert, auctorem propter hunc infauſtum foetum in magnas multasque incidiſſe calamitates. *Placcius* quidem inter anonym. n. 687. (β) librum hunc adducit, ſed auctorem non diſerte nominat.

Concordia conſtans, uid. uocem *Conſtans*.

(1399.) Concordia anglicana. Auctor eſt *Richardus* HARRIS, qui hanc *Concordiam* oppoſuerat *Martini* BECANI *diſſidio anglicano.* Sed *Becanus* HARRISIO reſpondit in *Examine Concordiae Anglicanae (a)*, quod inſertum eſt *Becani* operibus, Moguntiae 1649. editis, p. 1181.

(1400.) Confeſſio orthodoxae fidei, Regiomonti 1566. in 4. Auctor huius ſcripti eſt *Nic.* Paezius, (Epiſcopus Kijovienſis) uid. *Catalogum Biblioth.* Haſeanae. p. 102.

(1401.) Confeſſio piae doctrinae, *quae nomine Chriſtophori, Principis Würtenberg.* 1552. *Tridentini concil. congregationi propoſita eſt* in 8. Auctor eſt *Ioh.* BRENTIUS. uid. *catalog. Bibliothecae Haſeanae.* p. 448.

Ggg 2 (1402.)

(*a*) *Becanus* l. c. dicit, ſe in hac Concordia deprehendiſſe tria potiſſimum uitiorum genera 1) *calumnias & mendacia* 2) *falſas & depranatas citationes* 3) *lites & diſſidia inteſtina.* uid. Ioh. Fabricii *hiſtoriam biblioth. ſuae* part. 2. p. 98.

(1402.) Confeſſio naturae contra Atheos. Auctor eſſe cenſetur *Godofr. Guil.* LEIBNITZIUS; inſerta autem eſt haec Confeſſio *Spizelii tractatui de Atheiſmo.* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1717. p. 375. & illuſtris *Struuii acta litteraria* Tom. 7. p. 68.

(1403.) De Confirmatione Papae in 8. Huius libri auctor eſt *Simon* SCHARDIUS, *peritus hiſtoricus & conſiliarius imperatoris aulicus.* Sed in hoc libro Papae potius, quam imperatoris partibus fauit.

(1404.) Coniecturae de haereſi Valentinianorum, (a) *quibus illius origo ex Ægyptiaca Theologia deducitur*, *Londini* 1711. in 4. pl. 4. cum fig. aen. Auctor harum coniecturarum eſt *Georg.* HOOPERUS, S. S. *Theol.* D. olim *eccleſiae Cantuarienſis Decanus*, tandem *Bathonienſis & Wellſenſis epiſcopus*, ſatis celebris, uid. *die neue* Bibliothec Tom. 2. p. 649. Recenſentur hae coniecturae *in Actis eruditor. Lipſ. latin. und in teutſchen Actis Eruditor.* part. 1. p. 78.

(a) Auctor in dicto ſcripto probare contendit, *Valentinianorum Aeonas & ſimilia, in quibus explicandis hucusque multa egregia ingenia plus deſudarunt, quam ſubſtrata materia meretur, ex Aegyptiorum idololatria & mythologia ſuam originem habere*, & *Bythus* nihil aliud eſſe, quam *occultum centrum*, uel Aegyptiorum *Cneph*; reliquos uero Aeonas etiam eſſe ſimilia idola, λόγον & ζωὴν *Oſiridem* eſſe & *Iſidem.* *Sige* eſſe matrem Deorum, *Horus* eſſe *Taaut*, uel *Hermes.* uid. *die*

die Unſch. Nachr. 1712. p. 288. & 719. Promiſit etiam auctor peculiarem commentarium in Tertulliani librum *de Valentinianis.*

(1405.) Coniecturae de benedictione Patriarchae Iacobi (*a*) Gen. 49. Oxon. 1728. in 4. pl. 7. Auctor itidem eſt HOOPERUS, modo nominatus, editor autem eſt Th. *Hont.* uid. *die Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen* 1730. p. 933.

(1406.) Conſenſus orthodoxus Helueticus (*b*) 1578. prodiit ſine auctoris nomine, in prae-

(*a*) Auctor putat, Patriarcham Iacobum in benedictione ſua ubique ad nomina filiorum ſuorum alludere, quod quidem certum eſt in nomine Dan & Iudae, a quibus etiam auctor forſitan occaſionem deſumſit, ſed de caeteris non uerum eſt, unde etiam nullus interpres hanc opinionem habuit. Si igitur auctor iſtam alluſionem non poteſt probare ex lingua ebraica, ad arabicam confugit, & Scr. ſ. illicito modo detorquet, cuiusmodi exempla uaria auctores *der Samml.* l. c. adducunt, hoc modo Papiſtis ſuos conatus approbans, qui Scr. ſ. cerei naſi inſtar eſſe cenſent. Auctores autem *der Samml. von alten und neuen Theol. Sachen.* 1730. p. 933. ſq. has coniecturas non approbant, neque cum editore illas maxime probabiles eſſe cenſent, ſed perſpicuitati Scr. ſ. derogare putant auctoritatem.

(*b*) Multi Caluiniani falſam patrum in hoc orthodoxo conſenſu allegationem ideo ea ex cauſſa incruſtare non erubuerunt, a JCto quia eſſet hic conſenſus conſcriptus, mirum igitur nemini debere uideri, hac in re ſi erratum interdum fuerit, quia hoc opus non Theologum, ſed ICtum haberet auctorem. *Placcius* quidem n. 691. (α) inter anonymos hoc ſcriptum adduxit, ſed quia plurima, a nobis tradita, omiſit, denuo illius mentionem iniiciendam eſſe putauimus.

praefat. autem indicatur, multorum uirorum opus eſſe hunc conſenſum, ideo labores Caluinianorum & Zwinglianorum clam HERDESIANO, ſiue *Ambroſio* WOLFIO miſſos, ab hoc compilatos & diuulgatos eſſe cenſet D. *Iac. Andreae*, *Praepoſitus Tubingenſis* in der kurtzen Erinnerung von etlichen Schrifften und Büchern, ſo zum Theil unter Ambroſii Wolffii und Chriſtophori Heſſiandri Nahmen, zum Theil ohne Nahmen in öffentlichen Truck zu Verfälſchung Augſp. Confeſſion und Ausbreitung der Zwingliſchen und Calviniſchen falſchen unreinen Lehre ausgegangen. Tübingen. 1584. in 4. pl. 3. Hunc HERDESIANUM exinde gloriam editi libelli captaſſe, quod ipſi transmiſſus fuerit.

(1407.) Conſenſus Pauli & Iacobi, *ſiue de iuſtificatione ex fide & operibus breuis tractatio, in duas partes diuiſa anno domini 1620.* (ſine mentione loci impreſſionis, uel typographi, aut bibliopolae) in 8. pagg. 340. 22. philyris conſtans Auctorem habet J.] BATTELERIUM, ſicut dorſo uoluminis, erudito cuidam uiro Amſtelodamo allati, inſcripſerat prior poſſeſſor eius.

(1408.) Conſilium, Gregorio XV exhibitum, *cum praef. & cenſura* G. I.V. i. e. *Gerardi Ioh.* VOSSII, *Lugd. Batav.* 1623. in 4. Ipſe autem filius *Voſſii* confeſſus eſt *Colomeſio*, patrem ſuum eſſe huius libri, nunc paulo. rarioris, auctorem. uid. Colomeſii *melange curieux* in operibus Colomeſii. p. 820.

(1409.) Conſpectus nouus medicinae, *ubi ex ſanguinis circuitus anomaliis, ſecretionum crea-*

creata, *miſcellanea ſuccorum & humorum adulteria deducuntur*, *Pariſiis* 1722. in 12. *Tom.* 1. pagg. 400. *Tom.* 2. pagg. 538. Auctor eſt *Mr.* HEQUET *(a)*.

(1410.) Conſpectus controuerſiarum praecipuarum theologicarum in 8. pl. 9. ſine auctoris, loci & anni indicio. Auctor eſt *Ioh. Andreas* SCHMIDIUS, *Profeſſor* quondam *Theologiae Helmſtadienſis*.

(1411.) Conſtans concordia concors. Auctor huius libri eſt OLEARIUS, *iunior.* uid. *Uhſenium de ſcriptoribus* ſec. 17. p. 844. Sed *Pippingius in introduct. in libros ſymbolicos* cap. 2. §. 25. p. 32. OLEARIUM, *ſeniorem*, huius libri auctorem eſſe cenſet, cum tamen hic obierit iam 1623, opus autem illud prodiit demum 1665. ut ipſe fatetur *Pippingius*.

(1412.) Conſultatio de horis canonicis. Placcius in *Theatro anonym.* n. 754. inter anonym. tradit, a quibusdam hunc librum tribui *Hugoni* GROTIO, ſed Colomeſius *dans la bibliotheque choiſie* p. 464. inter opera *Colomeſii*, a *Claudio* JOLY, *Canonico* quodam, profectum eſſe

 hoc

(*a*) Cuius ſtilum & eruditionis apparatum laudant auctores *des Mémoires de Trevoux* 1722, menſ. Dec. n. 8. & auctores *du Journal des Savans* edit. Amſtelod. 1723, menſ. Aprili n. 11. & in part. 98. *Actor. eruditor. germanicor.* n. 5. Secundam huius conſpectus partem recenſent auctores *des Mémoires de Trevoux* 1723. menſ. Febr. n. 9. & monent, Mr. DE SENAC ad hanc partem multa contuliſſe. Pars haec ſecunda recenſetur quoque *dans le Journal des Savans* 1725. menſ. Mart. n. 5. edit. Amſtelod.

hoc ſcriptum affirmat, quod tandem Pariſiis iuſſu iudicii aulici, uel Parlamenti ſit combuſtum.

(1413.) Continuatio ad Simonis Majoli dies caniculares. Auctor illius eſt *Georg* DRAUDIUS, paſtor quondam *Davernheimenſis in Haſſia.* (*a*)

(1414.) Continuatio in Ottonis Friſingenſis Chronico ab anno 1140-1210. per *Ottonem* de S. BLASIO, *Sueuum & monachum monaſterii S. Blaſii* confecta putatur. uid. Urſtiſii *praefation. ad appendicem Chronici Ottoniani.* Nam OTTO *Friſingenſis* ipſe hanc continuationem conficere non potuit, quia anno 1158. mortuus eſt.

(*a*) Cauſſa, cur auctor nomen ſuum ſuppreſſerit, forſitan fuit, ut hic liber, qui *Majoli*, epiſcopi papalis, nomine inſignitus erat, eo facilius in Papiſtarum terris emeretur, quod ſperandum non fuiſſet, ſi *Draudius*, Lutheranus, ſuum addidiſſet nomen. uid. *Iac.* THOMASIUS in diſſ. *de Nigello Wireckero* §. 16. *Georg. Matth.* KOENIGIUS *in Bibliotheca Vet. & Noua* p. 496. auctor acceſſionum ad diſp. *Thomaſii* de PLAGIO *litterario* p. 7. & DRAUDIUS ipſe in *catalogo uniuerſali* p. 349. & 1076. (has paginas allegat celeb. REIMANN l. citando, ſed ego in his paginis nihil inuenio, quod huc ſpectet, uerum p. 813. catalogi librorum latinorum fatetur DRAUDIUS, ſe continuaſſe *Majoli* opus.) Conſtat autem eius continuatio, uel ſupplementum 7. colloquiis politicis utplurimum atque hiſtoricis, iucundis pariter atque admirandis cura propemodum M. G. *Draudii* abſolutum & prodiit iſta continuatio *Francof.* ap. *Schonffet* 1609. in 4. *Duplicem continuationem dierum canicularium* prodiiſſe, apparet ex Draudii *Biblioth. Claſſica* lat. p. 813.

(1415.) Controuerſiae memorabilis (*a*) inter Paulum V Pontificem M. & Venetos, de excommunicatione, *contra eosdem Venetos, Romae promulgata* XVII. Aprilis MDCVI. Acta & Scripta uaria (*b*) *ſumma fide ex italico in latinum ſermonem conuerſa, prout Romae & Vene-*

(*a*) De hac controuerſia ſequentia habet cel. Reimannus in catalogo biblioth. theologicae p. 55. *Opus hoc eſt rarum* (*Ideo etiam merito huius collectionis in catalogo ſuo libror. rarior. meminit Cel.* Voigtius p. 452, *alia licet ſit editio*) *curioſum, accurate lectitandum, tum ob controuerſiam illuſtrem, tum ob memorabilem euentum, quem Ioh. Dallaeus lib. 1. de uſu patrum cap. 3. n. 45.* ſq. *recitat. Scilicet Paulus V. rempublicam Venetorum, uſu ſacrorum excluſerat, quod legibus publicis prohibuiſſet fundos uendere Clericis, aut Monaſteria magiſtratu inſcio condere, & quod eos, qui ad Eccleſiam ſpectarent, ſi quod flagitium admiſiſſent, a magiſtratu ciuili ſanciuiſſet plectendos. Sed parum curabat hoc fulmen Sereniſſ. Reſpublica. Et incidebant tempora, quibus abolere Pontifex has ſuas exſecrationes & Venetos in conuictum Chriſtianorum rurſus adſciſcere cogebatur. Idque ſine ulla ſatisfactione, ſibi praeſtita. Quod ne in praeiudicium rapi poſſit a poſteris, ſubornatus eſt quidam* CATELLUS, *Protonotarius Apoſtolicus, qui documenta, quaſi a Venetis confecta* (*ergo hic liber etiam ad libros ſuppoſititios referendus eſt*) *exarare iuſſus eſt, quibus reſpublica oraſſe ueniam & impoſitam ſibi poenam humiliter recepiſſe, eleganti fraude conficta eſt. Atque haec in tabulario romano recondita, ad palpum poſteris impingendum, ex MSto Veneti cuiusdam uiri optimi l. c. Dallaeus memorat.* Hanc controuerſiam totam ſcite etiam proſequitur *Thuanus* lib. 137. ut ſolet, lectu plane dignus.

(*b*) Continent autem haec Acta 1) *Breue excommunicationis P. Pauli V.* contra Venetos p. 3-14. 2) *Literas ducis Venetorum* ad Eccleſiaſticos dominii p. 14-16. 3) *Literas*

Venetiis excuſa prodierunt. In villa Sanvincentiana ap. Paulum Marcellum ſumtibus Caldorianae ſocietatis MDCVII. in 8. 2. Alph. pl. 19 (*c*). Publica-

---

ras reipubl. & Senatus Venetor. ad ſubditos p. 16 - 20. 4) diſſertationem *de iuribus Reip.* authore Antonio Quirino p. 23-80. 5) *Conſiderationes* P. *Pauli Veneti* in cenſuras Pontificis p. 81-168. 6) Tractatum *de Interdicto* p. 168-242. 7) Cardinalis *Baronii Paraeneſin ad Remp. Venet.* p. 1-65. (NB. paginae hic denuo incipiunt, quaſi cum hoc ſcripto, ſecunda pars horum actorum inchoaretur) 8) *Epiſtolas duorum Iuriſconſ.* & ſententias *Cardinalis Baronii & Columnae* p. 69-84. 9) *Reſponſionem Doctoris Theologi* (auctor uerus eſt *Paulus* SARPIUS. uid. *Placcii Theatrum* anonym. n. 693. (*a*) p. 85-104. 10) *Reſponſionem Bellarmini* ad eundem libellum p. 105-171. 11) *Defenſionem Io. Marſilii* in fauorem Reſponſi, octo propoſitiones continentis, aduerſus quod ſcripſit *Bellarminus* p. 173-425. 12) *Tractatum & Reſolutionem circa ualorem excommunicationum*, auctore *Ioh.* GERSONE, *Theol. Cancellario Pariſienſi* p. 426-439. 13) *Reſponſionem Bellarmini ad Gerſonem.* p. 441-475. 14) *Apologiam Gerſonis*, auctore P. *Paulo Veneto* p. 479-640. (NB. hoc opuſculum non debuiſſet inſcribi *Apologia P. Pauli*, nam titulus ambiguus eſt, & etiam ab imperito controuerſiae accipi poteſt, quaſi ſit *Apologia pro Pontif. Paulo*, cum tamen ſit *Apologia pro Gerſone*, a P. *Paulo Veneto* ſcripta.) 15) *Epiſtolam Thomae Bouii, Veronenſis*, ad Pontificem p. 663-682. 16) *Canticum Ironicum italicum in Paulum V.* p. 669-672.

(*c*) Huic tamen collectioni meruiſſet inſeri *Conſilium ſuper controuerſia, uertente inter Paulum Papam V. & Rempubl. Venetam*, Venet. 1606. in 4. quod Goldaſtus *Monarchiae Imperii* Tom. 3. p. 439. ſub tit. *Pariſii* cuiusdam inſeruit, addens, auctorem perhiberi Iac. *Leſchaſſerium*, ſiue *le Chaſſier*, Aduocatum regium, de cuius quibusdam aliis libris, ſatis raris, in Bibliotheca Iohannea Hamburgenſi exſtantibus,

blicauit haec Acta quidam CATELLUS, *Protonotarius Apoſtolicus* (*d*).

(1416.) Controuerſiae de electione. Auctor eſt D. HUNNIUS. uid. Schmidii diſp. *de Sam. Hubero*. p. 19.

(1417.) Conuiuales ſermones, *utilibus & iucundis hiſtoriis atque ſententiis referti & ex optimis auctoribus collecti. Baſil.* 1561. *Tomi* 3. in 8. Auctor eſſe putatur *Ioh.* GASTIUS. uid. *catalog. Biblioth. Haſeanae*. p. 460.

(1418.) Conuiuium dialogicum ſeptem Phyſicorum, quod prodiit 1593. *Treviſii* (*Tre-*

bus, agit Placcius in *Theatro anonym.* n. 693. *a*) idem etiam aliam editionem *Actorum controuerſiae inter Paulum V & Venet. Rempubl.* adducit Francof. 1607. in 4. editam, quae plura & alia ſcripta continet, quam editio, a nobis adducta.

(*d*) Num autem hic italice primum, uel latine haec acta euulgauerit, non ſatis mihi conſtat, quod & *Placcio*, qui uaria utilia, cum relatione noſtra conferenda, tradit, latet. Maxima cum uoluptate & utilitate etiam huc conferri poſſunt illi ſcriptores, quos cel. Chriſti. Gryphius *in apparatu de ſcriptoribus hiſtoricis Sec.* XVII. p. 457-462. magno eruditionis apparatu adducit. Inter illos, qui hanc controuerſiam illuſtrant, Hiſtoricos, praeter *Thuanum* alios antecellit *Paulus* SARPIUS in *Hiſtoria Interdicti, ſeu cenſurae pontificiae*, 7 libris conſtante & magno cum iudicio ſcripta, ſeorſum edita & etiam Tom. 4. operum *Sarpii*, Mirandulae, aut potius Genevae, editis inſerta.

Praeter *Gryphium* conferatur etiam b. Struuius in *Bibliotheca Hiſtorica* p. 709 - 711. edit. 1705. in 8. Miror ceterum, doctiſſimum Baylium *dans ſon Dictionnaire* neque de Paulo V. neque de illuſtri hac controuerſia uel uerbulum habere.

(*Trevise*) in 4. confeciſſe dicitur *Bartholomaeus* BURCHELAT, *medicus* quidam *italus*. uid. Mr. Bayle *dans la réponſe aux queſtions d'un provincial* cap. 2. p. 16. ubi etiam p. 17. quaedam de ſcopo libri habet.

(1419.) Copernicus triumphans, *ſiue de parallaxi orbis annui tract. epiſtolaris ad celſiſſimum ac Sereniſſimum principem ac dominum, dominum Chriſtianum, Daniae & Norvvegiae haeredem, Hafniae* 1728. in 4. pl. 7. 1. fig. aen. Auctor eſt HORREBOW, cuius ſcriptum recenſetur in *actis eruditor. Lipſ. latin.* 1729. menſ. Febr. n. 5. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1729. p. 270.

(1420.) Corona regia. Eſt Satyra contra regem *Iacobum* 1615. edita, in qua auctor panegyrico quodam laudibus cuehere uidetur *Iacobum*, ſed reuera eius natales perſtringit, adeoque libri titulus fallit, laudem *Iacobi* prae ſe ferens, cum tamen ſcriptum contineat potius *Iacobi* uituperium. Auctor huius ſcripti eſt *Caſp.* SCIOPPIUS (*a*).

(1421.) Coronis ad collationem Hagienſem.

(*a*) Quidam tribuerunt iſtam PUTEANO, ſed hic ſuſpicionem hanc a ſe amolitus eſt in ſcripto quodam, cui tit. *Periurium Ruffi & Gibboſi.* uid. Morhoſius in *polyhiſtore* lib. 1. cap. 8. p. 78. *Ioh.* BARCLAIO etiam aliquandiu tributus eſt hic liber, uid. Bullart *dans l'academie des ſciences* Tom. 1. p. 198. Haec *corona regia* non idem ſcriptum eſt cum *dono regio Iacobi*, cuius meminit *Placcius* n. 1438. inter anon.

ſem. Auctor eſt AMESIUS, qui in hoc ſcripto refutat & deſtruit reſponſiones, quas Arminiani publicauerant ad obiectiones miniſtrorum Hollandiae infringendas. uid. Baylii *Dictionnaire* uoce *Eliſabeth* not. B.

(1422.) Corpus & ſyntagma confeſſionum fidei, *in diuerſis regnis & nationibus* authentice editarum, Genev. 1612. Collector huius ſyntagmatis eſſe dicitur SALNAR, uel HALNAR, *miniſter eccleſiae Caſtrenſis*. uid. *catalog. Biblioth. Haſeanae* p. 347.

(1423.) Critices morales regulae. Auctor eſt *Dominicus* GUILIELMINI (*Medic. Doct. Bononienſ.*) uide uitam huius auctoris, eius operibus, Geneuae 1719. in 4. editis, praemiſſam. add. *die Leipz. gel. Zeit.* 1723. p. 157.

(1424.) Crudelis iniquitas Synodi Dordracenae, conſcripta eſt a *Simone* EPISCOPIO & inſerta Tom. 2. operum *Epiſcopii* Part. 2. p. 5. ubi & pag. 18. reperitur eiusdem *Antidotum*, uid. D. *Ioh. Frider.* Mayeri commentat. *de electione romani pontificis* p. 293. praeſertim annexam *diſſertationem Anti-Grotianam*: *Num dogma Papiſtarum ſit, Pontificem romanum eſſe Deum.*

(1425.) Cynoſura Hiſtoriae biblicae. *(a)*. Dresd. 1724. in 8. pl. 10. Auctor eſt *Martin* GRU-

(a) Auctor ſuppeditat epitomen hiſtoriae biblicae usque ad Chriſti aſcenſionem & ſimul Hiſtoriam Scr. ſ. & librorum biblicorum usque ad fin. Sec. I. agit etiam tandem de uulgata, Lutherique uerſione & ſimilibus momentis. uid. *die Sammlung von* Theolog. *Sachen*, 1731. p. 737.

GRULICH, *Pomeranus*, qui in titulo tantum poſuit literas M. G. P.

D.

(1426.) Declarationes ſuper conſtitutiones Societatis Ieſu. Harum declarationum auctor eſſe dicitur *Iacobus* LAINEZ, (*a*) qui 1558. creatus eſt *Procurator Generalis huius Societatis*.

(1427.) Decretum Archiepiſcopi Mechlin. *notis illuſtratum.* Auctor eſt P. *Gabriel* GERBERON, qui ſe defendit contra *Archiepiſc. Mechlinienſ.* poſtquam hic librum eius, belgica lingua ſcriptum, ſub tit. *Korte en nodige Ondervvyſinge voor alle Cathol. von Nederland* condemnauerat. uid. *die Unſch. Nachr.* 1712. p. 187. add. ſub anon. belg. uoc. *Ondervvyſinge.*

(1428.) Decreta eccleſiae Gallicanae, confecit *Laur.* BOUCHEL, *ICtus* ſec. 16. & 17. *Advocatus Parlamenti Pariſienſis*, de quo uid. *Journal des Savans* 1722. menſ. Ianuar. p. 92.

(1429.) Dedicatio & praefatio, quae praemiſſae ſunt *Ioh.* MALDONATI *operibus theologicis* 1677. editis, auctorem habent abbatem

(*a*) Huic auctori declarationes iſtas tribuunt *Queſnellus* & *Theophilus Raynaldus*. Sed *Richard* Simon Tom. 3. *de la Bibliotheque critique* cap. 7. p. 79. docet, earum auctorem eſſe ipſum *Ignatium* LOIOLAM, *Societatis Ieſu fundatorem*, idque probari poſſe cenſet per conſtantem *Societatis Ieſu* traditionem, quae has declarationes ad *Lojolam* referat, & per autographum, quod *Lojolae* eſſe putatur & adhuc Romae in Tabulario *Societ. Ieſu* aſſeruatur.

tem DU BOIS, *doctorem Sorbonnicum*, teſte Simonio, Tom. 4. *Biblioth. critique epiſt.* 10. p. 75. 76. 77.

(1430.) Deductio, ex *qua probatur clariſſimis argumentis, non eſſe ius deuolutionis in ducatu Brabantiae, nec in aliis Belgii Prouinciis, ratione Principum earum, prout quidam conati ſunt aſſerere;* in 4. (*Bruxellis* 1665.) Auctor eſt *Petr.* STOCKMANNS, *Conſiliarius regius in Collegio Brabantiae, Maître des Requêtes.* uid. le Long l. c. num. 11990. qui in numeris antecedentibus & ſequentibus ſimilia ſcripta, & cum hoc conferenda, habet.

(1431.) Defenſio Trinitatis *per noua reperta logica contra epiſtolam Ariani* i. e. *Wiſſovvacii, Socini nepotis.* Auctor huius defenſionis eſt *Godofr. Guil.* LEIBNITZIUS. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1717. p. 375. defenſio haec inſerta eſt *apparatui litterario,* ſpecimini 12. p. 226.

Defenſio Clericorum contra Thom. Martinum. uid. *Clericorum defenſio.*

(1432.) Defenſio Pariſienſis Curiae *pro Libertate Eccleſiae Gallicanae, Ludouico XI. Regi oblata.* uid. inter anon. gallicos in hac bibliotheca ſub uoc. *Remontrances.*

(1433.) Defenſio, Ioannis Montlucii, (a) *Epiſco-*

(a) Prodiit haec defenſio cum *Zachar.* FURNESTERI (i. e. *Hugon.* DONELLI, ICti) *Defenſione aduerſus huius ipſius defenſionis* (*Sebrei*) *calumnias pro innocente tot millium animarum ſanguine, in Galliam effuſo* in 8. 1573. uid. Placc. in pſeudon. ſub uoc. *Fürneſterus.*

Epiſcopi Valentini, *pro illuſtriſſimo Andium duce aduerſus calumnias quorundam.* Auctor eſſe dicitur *Michel* SEVRE, *Chevalier de Malthe* uid. *Iac. Auguſtus Thuanus* lib. 53. *hiſtoriae ſui temporis* ſub anno 1575.

(1434.) Defenſio ſancti Maximini *Trevirenſis*; in fol. *in Abbatia ſancti Maximini* 1638. Auctor eſt *Nicol.* ZYLLESIUS, *Prefet des offices de cette Abbaie.* uid. le Long l. c. num. 4324. qui etiam in numeris antecedentibus quaedam ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(1435.α) Defenſio Auguſtini Cantabrigienſis *contra Phereponum* (qui eſt *Clericus*) Auctor eſt eruditiſſimus *Anglus* IENCKINS, qui *Clericum* refutat. uid. magnif. Loeſcheri *theolog. annales* 1707. p. 364.

(1435.β) Δειπνολογία 1550. Amſtel. in 12. Auctor eſt *Paulus* FELGENHAUER. (a) uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen* Theolog. *Sachen* 1712. p. 228. ubi haec δειπνολογία recenſetur.

(1436.) Delectus epigrammatum latinorum *& ſententiarum graecarum*, *hiſpanicarum & italarum. Pariſiis* 1659. in 12. collector horum epigrammatum eſt NICOLLE uid. Baylius in *dictionnaire* uoce *Nicolle* not. E. ubi plura de hoc auctore & eius ſcripto tradit.

(1437.α)

(a) De *Felgenhaueri* origine, perſona, ſcriptis nefandis, falſa doctrina & fanaticiſmo agit b. Dieckmann *in ſeinen teutſchen Schrifften* Part. 2. p. 68. ſq. ubi etiam p. 88. refert, multos *Felgenhaueri* libros combuſtos eſſe.

(1437. α) Demonſtratio breuis, *Pontificios ſua dogmata & ritus eccleſiae auctoritate minime tutari poſſe, & quaeſtionem de eccleſia, quae illa ſit, aut apud quos, plane non eſſe neceſſariam. Euangelicis etiam controuerſiam de uerbi dei miniſtris moueri non poſſe,* ſine loc. & temp. Quod ſchediasma (ut cel. Reimann. in *catal. bibl. theol. ſuo* p. 658. tradit) nihil aliud continet, quam tractatum *Fauſti* SOCINI *de eccleſia*, ſed ſcrupulorum ſolutione & locorum quorundam Scr. ſ. explicatione, quae editioni Racouienſi 1611. editae acceſſerant, deſtitutum, & alio indice, uel titulo exornatum. De qua Metamorphoſi literaria *Chriſtoph.* Sandius in *Biblioth. Anti-Trinit.* ne γρῦ quidem habet.

(1437. β) Demonſtrationis Allegoriae Hiſtoricae V. & N. T. *& reuelationis Scr. ſ. Triados Pars* 1. & 2. *Groeningae* 1690. Architectus huius ſcripti putatur *Hermann.* DEUSINGIUS I. V. D. *in Batauia*, cui diuinationi nec fidem demendam, nec addendam cenſet cel. Reimannus (*a*) *in catal. bibl. theol.* p. 1004.

(*a*) Idem l. c. iudicat, *auctorem famae & nomini optime conſuluiſſe, quod nomen omiſerit. Edicto enim publico Procerum Groeninganorum hoc opuſculum eſſe prohibitum. Nec iniuſte.* Statuit enim auctor, Scr. ſ. uniuerſam utriusque federis eſſe allegoricam. S. S. Trinitatem eſſe Allegoriae ſacrae fundamentum. Nulla dari in S. S. myſteria, rationi humanae inacceſſa, uel incomprehenſibilia & alia eiusmodi axiomata magno apparatu defenduntur. Quod praecipuum eſt Lib. 1. §. 39. p. 30. Mundus diſerte Dei corpus & Deus mundi anima dicitur. Quod aeque

(1438.) Denarii antiquiores pontificum romanorum, *nunc primum in lucem editi, notisque illuſtrati, Romae ap. Rocchum Barnabejum* 1709. in 4. pl. 10. cum fig. aeneis. Auctor eſt *Ioh.* VIGNOLIUS (*a*).

(1439.) Deſcriptio (Chorographica) *Prouinciarum & Conuentuum Ordinis Minorum Sancti Franciſci, Ordinis Capucinorum: quorundam fratrum labore & induſtria delineata & impreſſa* in 4. *Romae* 1643. *André Roſſeto*, monachus Ciſtertienſis ordinis, in *bibliotheca ordinis ſui* appellat auctorem huius operis *Jean* DE MONTCALLIER, qui fuit *Generalis ordinis Capucinorum.* uid. *le Long* l. c. num. 279. & p. 895. in ſupplementis.

(1440.) Deſcriptio Daniae & Noruegiae 1656. in Batauia. Auctor eſſe dicitur ZEILERUS. uid. Chriſti. Gryphius in *commentat. de ſcriptorib. hiſtoric. Sec.* XVII. p. 537. qui & ibi uaria ſcripta ſimilis argumenti allegat.

(1441.) Deſcriptio Victoriae & triumphi Steppenſis, *anno 1213. contra Henricum I, comitem Lovanienſem, auctore anonymo.* Auctor eſſe dicitur HERNAND, *Archidiacre de Liege.* Haec

pandit uiam ad Spinoziſmum, quam Allegoromania ad Libertiniſmum, Pyrrhoniſmum, Phantaſiaſmum.

(*a*) Qui in multis *le Blancum*, etiam de monetis pontificum agentem, refutat, & de pondere quoque diuerſo denariorum agit, antiquiſſimasque pontificum monetas ſec. 9. & 10. quae alioquin pro Carolinis habitae ſunt, illuſtrat. uid. uerboſam huius ſcripti recenſionem *in Actis eruditor. Lipſ. lat.* 1710. p. 29. ſq.

Haec deſcriptio autem inſerta eſt Tom. 2. *des Hiſtoriens des Evêques de Liege* in 4. *Auguſtae Eburonum* 1616. per *Chapeauville* edit. uid. le Long l. c. num. 15602. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſimilia ſcripta adducit.

(1442.) Deſponſatio & Coronatio Sereniſſ. domini, domini Imperatoris Frider. tertii (*a*) & eius Auguſte Sereniſſime Domine Leonore. Auctor eſt *Nicol. Lanckmann* de FALCKENSTEIN, *Capellanus Caeſareus & orator miſſus in Portugalliam.*

(1443.) Dialogiſmus de fide. 1523. in 4. pl. 12. Auctor eſt *Ulricus* BURCHARDI, *(b) concionator aulicus epiſcopi Bambergenſis*, cui etiam liber dedicatus eſt.

(1444.*a*) Diarium romanae urbis *ſcriptum a Steph. Infeſſura, Scriba* S. P. Q. R. *ex bibliothecae Eſtenſis codice quodam MSto.* parti 2. Tomi 3. *ſcriptorum rerum Italicarum, per Murato-*

(*a*) Cel. *Struuius* in editione noua *Marquardi Freheri rerum germanicarum ſcriptorum* hunc librum nunquam editum eſſe cenſuit, ſed P. *Bernhardus* PEZIUS per literas doctiſſimum *Struuium* certiorem fecit, iam anno 1503. *Auguſtae* in 8. editum eſſe hoc diarium. uid. *die teutſchen* Acta Eruditor. part. 53. p. 320. 371. add. *Petr.* Iaenichen in *notitia de Bibliotheca Thorunenſi* p. 33.

(*b*) BURCHARDI uixit tempore reformationis & ſobrie de fide iudicauit: nos nimirum *ſola fide iuſtificari, fidem a ſolo deo dari, & hanc ſemper in bonis eſſe operoſam*, quae ſententiae teſtantur, auctorem ueritatem euangelicam in medio papatu agnouiſſe. uid. *die Unſch. Nachr.* 1705. p. 811.

rium 1737. *Mediolani* in fol. editae, inſertum, non ab aliis ſimul e. g. *Lael.* PETRONIO & *Paulo* de MASSONIS, quos cel. *Eccardus* in *corpore hiſtorico medii aeui* INFESSURAM iuuaſſe putat, ſed a ſolo *Infeſſura* exaratum eſt, ut ex certis argumentis hiſtoricis affirmat *Muratorius* l. c. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1738. n. 10. p. 85.

(1444.) Diarium eruditorum. Auctor eſt *Steph.* SOUCIET, Ieſuita. uid. ſub uoce *Animaduerſiones*, n. 1307.

(1445.) Dictionarium omnium religionum *ueterum & recentiorum, iudaicarum, gentilium, chriſtianarum & Mahometanarum.* Anglice primum hic liber prodiit *Londini* 1704. in 8. Auctor autem eius eſſe dicitur COLLERIUS, uel COLERIUS. uid. *acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1706. p. 139. coll. pag. 138. Idem COLLERIUS *Lexicon Moreri* magno & accurato labore in anglicam linguam transtulit.

(1446.) Diploma Fridericianum, *quo nobilibus Heinrico Sen. & Heinrico, iun. Aduocatis de Plauen, ius monetandi ac metalli fodinarum conceditur, integritati ſuae reſtitutum, uariisque obſeruationibus ad uſum iuris publici illuſtratum, Graitzae* 1731. in 4. pl. 2. editor huius diplomatis & auctor obſeruationum ad illud eſt *Ioh. Gottfried* BÜCHNER. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1731. p. 493.

(1447.) Diploma Caroli M. *(a)* Imperatoris

(a) Recenſetur hoc ſcriptum in part. 52. actor. eruditor. ger-

toris de Scholis Osnabrugenſis eccleſiae graecis & latinis, *critice expenſum ab* A. I. 1717. in 4. *Hannou.* pl. 6. Auctor huius ſcripti eſſe dicitur *Ioh. Georg.* ECKARDUS, *(a) Conſiliarius aulicus & Hiſtoriographus Hannoueranus*, cuius argumenta, contra hoc diploma prolata (quod *νοθείας (b)* conuincere ſtudet auctor) examinantur,

germanicor. n. 3. & in Actis eruditor. latinis 1718. menſ. Sept. n. 11. ubi auctoris opera laudatur. ECKARDUS autem celeberr. in hoc ſcripto contra illuſtris Struuii *Syntagma Hiſtor. german.* (qui hoc diploma genuinum eſſe cenſet) probatum it, *hoc diploma Caroli M. eſſe ſpurium & ſuppoſititium, ex Caroli M. Caroli Craſſi & Ottonum aliquot aliis praeceptis paulo poſt Ottonis II. tempora conſarcinatum.* uid. pluribus *die Leipz. gel. Zeit.* 1718. p. 88. ubi ſcopus huius ſcripti indicatur. cf. p. 141. huius anni. *Iac.* Burcardus in Part. 2. *commentarii de linguae lat. in germania fatis* c. 3. p. 36. etiam perhibet, celeberr. ECCARDUM cenſeri huius ſcripti auctorem.

(*a*) Exſtat haec *charta Carolina* in Ferdinandi Epiſcopi *monumentis Paderbornenſibus* p. 299. edit. Francof. 1713. Nec cottidiani ſunt commatis, iudice cel. Reimanno *in catal. liter.* p. 202. quae *Eccardus* priuilegio iſti Carolino opponit. Digna ſane, quae ſemel & iterum legantur, ob uarias obſeruationes criticas, ad artem hiſtoricam & criticam ornandam perneceſſarias. Sed coniecturis ſuis indulget nimium & cauillis & puritatem dictionis tam parum curat, ſcriptorum chartis medii aeui innutritus, ut omnes fere paginae barbariſmis & ſoloeciſmis ſint inquinatae e. g. in cenſurae Apologia *genuior* p. 59. 69. *ignorantior* p. 68. *genuitas* p. 48. *pleniter* p. 68. *Archiuium* p. 59. aduerſus aliquem *uitilitigare* p. 59. Vereor, haec tela obtuſa eſſe & non *feritura* p. 48 Difficulter ad hoc *reſpondi* poteſt p. 46. &c.

(*b*) Iodocus autem *Hermannus Nunnighius*, *Canonicus & Scho-*

tur, & uaria dubia celeb. *Eccardo* reponuntur in part. 6. *der abgeſonderten* Bibliothec n. 2.

(1448.) Diſceptatio de uerbo Dei. Auctor eſt *Ioh. van der* WAYEN. uid. ſupra ſub tit. *Bilibra ueritatis*. n. 1353.

(1449.) Diſciplina uetus monaſtica (a), *ſeu Collectio auctorum ordinis S. Benedicti, maximam partem* ineditorum Pariſ. 1726. in 4. 3. Alph. 20. pl. Auctor a quibusdam eſſe dicitur P. *Vinc.* THUILLIER, ab aliis autem maiori iure P. *Marquardus* HERRGOTT auctor habetur, qui etiam in praefixo priuilegio tanquam auctor adducitur. uid. magnif. Loeſcheri *theolog. annales* 1726. p. 434. n. 276. add. *Journal des Savans* 1727. menſ. Mart. n. 5. *Hiſtoire litteraire de l'Europe* 1726. menſ. Nou. n. 4. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1726. p. 305. *Acta Eruditor. german.* part. 121. n. 1.

(1450.) Diſcurſus de ſucceſſione feminea in regna & prouincias auſtriacas, *occaſione*

& Scholaſticus Werdenſis hoc diploma defendit, cui *Eccardus* oppoſuit *Cenſuram diplomatis Carolini de Scholis Osnabrugenſibus, ab obſeruationibus uindicatam* a *Ioh. Ge.* Eccardo *Helmſt.* 1721. in 4.

(a) Auctor accurate agit de uita monaſtica, non coecus fabulas ciuium ſuorum admittit, ſed ſaepe illas refutat, ideo de eius ſinceritate eo minus eſt dubitandum. Latinitatem barbaram Monachorum etiam aliquis ex iſto libro poteſt cognoſcere, & quid uelint, intelligere, in indice enim uoces eiusmodi barbarae diligenter explicantur.

ſione ſanctionis pragmaticae, 1724. *conſtitutae*, in 4. pl. 7. 1733. ſine mentione loci & typographi. Auctor eſt b. STRUVIUS *(a) (Burcard Gotthelff) Prof. iuris & Hiſt. acad. Ienenſ.*

Diſputatio breuiſſima de immaculata conceptione uirginis glorioſae. uid. ſupra ſub uoce *Conceptio*.

(1451.) Diſputatio politica, *Hanoviae.* 1613. edita, oppoſita *Bellarmino*, qui contra *Flacium* ſcripſerat. Quidam hanc diſputationem tribuunt GOLDASTO & FREHERO.

(1452.) Diſquiſitio iuris publici de bonis eccleſiaſticis 1687. in 4. Auctores ſunt fratres ITTERI, *Ioh. Chriſtianus* & *Ioh. Wilhelmus.* Prior edidit 1679. (alia editio eſt anni 1685. & recentior huius tractatus editio prodiit 1698.) eruditum tractatum *de gradibus academicis*, uid. Thomaſii *monatliche Unterredungen.* 1689. p. 1006. & 1011.

(1453.) Diſquiſitio de Sibyllis, *Londini.* 1662. in 8. Auctor eſt *Rob.* BOYLE, *Anglus.*

 uid.

(*a*) Qui tam *ſanctionem pragmaticam* ipſam, quam *priuilegium imperatoris Friderici* I. num. 1156. addidit ſub fin. in quo Auſtria ex Marggrauiatu ducatus pronuntiatur, qui defectu ſtirpis uirilis ad ſexum femineum tranſire poteſt. Auctor theſes ſuas tam ex genuinis documentis, quam ex Hiſtoriae connexione & exemplis ſufficientibus probat. Recenſetur hoc ſcriptum in ſect. 5. Tomi I. *ſupplementor. ad noua acta eruditor.* n. 6.

uid. b. Fabricii *Bibliothecam graec.* lib. 1. c. 29. §. 12. p. 175. & lib. 1. c. 33. §. 22. p. 230.

(1454.) Diſquiſitio Doctoris Theologi epiſtolica de licito concubinatu, (a) *illorum opinioni, qui licitum dicunt, opponenda. Freyſtadt* 1714. in 4. pl. 13. Auctor eſſe dicitur *Ioh.* DREYERUS, *abbas Guelpherbytanus.*

(a) Scripta in utramque partem, in controuerſia de concubinatu edita, adducunt auctores *der Unſch. Nachr.* 1715. p. 1047. ſcil. pro illo defendendo Thomaſii diſp. *de Concubinatu* it. Marci Pauli Antonini, Philoſophi Tribocci, *confutationem dubiorum, quae contra ſchediaſma de Concubinatu mota ſunt* 1714. in 4. pl. 5. Contra Concubinatum autem Ioh. Guſtav Reinbecks Tract. von Natur des Eheſtandes und Verwerfflichkeit des Concubinats. Berlin 1714. in 4. pl. 11. eiusd. Nochmahligen Beweiß zu Berlin 1715. in 4. pl. 9. contra *Thomaſium* & appendix 1) contra Petri Encratitae *epiſtolam ad abbatem Breithauptium de Concubinatu* 1714. in 4. pl. 4. editam, in qua *Thomaſium* & *Breithauptium* conciliare uoluerat. *Breithauptius* enim ediderat diſſ. contra *Thomaſium de Concubinatu, a Chriſto & apoſtolis prohibito.* 2) contra *Marci Pauli Antonini* ſcriptum.

Iaegerus etiam diſputationem *Thomaſio* oppoſuit. Quam deinde Grammlichius edidit ſub tit. *Examinis Philoſoph. Theolog. diſſ. Thomaſ. de Concubinatu, Tubingae* 1713. in 4. & cum Pſeudonymus ille *Marcus Paulus Antoninus* in ſcripto ſuo *Iaegerum, Breithauptium, Zieroldum* (nam & hic contra

contra *Thomaſium* diſputationem ediderat) & *Grammlichium*, ſub *Iaegero* reſpondentem, refutare conaretur, hic edidit *defenſionem examinis ſui contra Antoninum* & ſimul cum *examine* denuo publicauit ſub tit. *Tract. Philoſoph. theolog. de moralitate Concubinatus. Francof. & Lipſ.* 1716.

Contra Concubinatum etiam directa eſt *Diſquiſitio*, hoc numero a nobis adducta, & Stoltzii *reſponſio ad quaeſtionem, an concubinatus ſit tolerabilior polygamia? Lübbenae* in 4. pl. 3. in qua autem praeter confuſam auctorum farraginem uix quicquam notatu dignum occurrit. Add. de hac controuerſia Tom. 6. *Supplem. ad A. E.* p. 87.

(b) Miror ergo, quod, concubinatu tam ſolidis argumentis oppugnato & deſtructo, *Putoneus* tamen, ſiue D. *Meinig* Lipſ. nuperrime adhuc in *Enunciatis, ſiue Conſiliis iuris*, Thomaſii ueſtigia legerit, quem ideo notant auctores *der Unſch. Nachr.* 1733. p. 250. & M. *Chriſtian* Gerberus *in appendice ſecunda* zur Hiſtoria der Wiedergebohrnen in Sachſen, uerbis Arnoldi, male etiam affirmat: Der Concubinat könne aus chriſtlichen Urſachen geführet werden.

(1455.) Diſquiſitio hiſtorica de re ueſtiaria hominis ſacri, *uitam communem more ciuili traducentis*, *Amſtelod.* (ſed uerius *Rothomagi* (*Rouen*,) ut quidam putant, typis Ioh. Ludou. de Lorme, Bibliopolae. 1704. in 12. Auctor eſſe dicitur Abbas BOILEAU, (hic autem ſe auctorem eſſe negat) *Doctor Sorbonnicus*, qui etiam edidit *hiſtoire des Flagellans*; ſtilus quoque huius ſcripti cum

hiſtoria Flagellantium in multis conuenit, ut iudicant auctores *der Unſch. Nachr.* 1705. p. 69. Confirmat etiam *Richard* Simon Tom. 3. *de la Biblioth. crit.* cap. 31. p. 322. (*a*).

(1456.) Diſquiſitio Theologico-iuridica *ad illuſtriſſimos Galliae epiſcopos, ſuper Declaratione Cleri Gallicani, facta* 19. Martii 1682. *per quendam S. Th. Profeſſorem* in 4. *Leodii* 1682. Auctor eſt *Nicolas du* BOIS, *Profeſſor Theologiae.* uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 2522. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit. cf. etiam ſcriptum anonymum huius auctoris, huc pertinens, ſub uoce *Reſponſio.*

(1457.) Diſſertatio Theologi Saxonici de Facultatis Theologicae Leydenſis (*b*) Syllogiſmo falſo in approbatione Iudicii *Synod. Goudae* 1723. *habitae de Roellianiſmo damnan-*

(*a*) Improbat ueſtes longas, & mauult, ut Clerici breuibus ueſtibus utantur, cuiusmodi Chriſtus apoſtoli & patres primitiuae eccleſiae, ex eius opinione, uſi eſſent.

(*b*) Auctor librum, cui tit: *Philoſophia Interpres Scr. ſ.* laudat, quod in eo ratio non ut a *Mareſio* & Rob. *Baronio* pro ancilla, ſed pro domina habeatur. Scripturam interdum ruſtice & ad uulgi captum loqui dicit. Varios theologos fidei ſuae uehementer perſtringit e. g. Taco Hajo *van den Honnert* primum in fulmine bruto; *Leydeckerum* furioſum & *Melchiorem* non diſſimilem hoſtem rationis uocat. Roellianus eſſe non uult, attamen in nota quadam uerboſa *Roellium* ſaltim excuſat in doctrina *de generatione filii Dei.* Fuſe recenſetur hoc ſcriptum *in der Sammlung von Theolog. Sachen* 1727. p. 398-403.

damnando & radicitus euellendo. Freyberg. 1724. in 4. pl. 2. dat. Saxenburgi d. 1. Aug. 1724. Nomen loci propter libertatem, qua auctor in ſcribendo utitur, aſſumtum uidetur. *Saxenburgum* autem, quia auctor uiuit in Saxonia. Auctores *der Samml. von* Theolog. *Sachen* 1727. p. 399. dicunt, ex hypotheſibus & methodo D. VAN BASHUYSEN facile coniici poſſe, quod hic ſit auctor & ſub nomine *Theologi Saxonici* lateat, ſub finem etiam ſe ipſum, in tertia licet perſona, nominat, dicens: Dominum *van Bashuyſen* ſemper in hac ardua quaeſtione (*de generatione filii Dei*, quam aeternam eſſe *Roellius* negat) ſuſpendiſſe iudicium.

(1458.) Diſſert. de Febribus. *per* A. V. L. *Med.* D. *Lugd. Bat.* 1688. in 8. *dans les nouvelles de la republique des lettres* 1686. menſ. Febr. p. 229. haec diſſ. quae forſitan iam antea prodiit, tribuitur *Theodor.* CRAAN. Sed ad hunc litterae non quadrant. *In actis eruditor. Lipſ. latinis* 1686. p. 555. & 1688. p. 537. auctor idem eſſe cenſetur, qui notas edidit ad *Regii praxin.*

(1459.) Diſſertatio de ſancto Servatio in 8. *Leodii* 1684. Auctor eſt *Guillaume* SLUZE, *Canonicus du Liege.* uid. le Long l. c. num. 3406. Qui etiam in num. 3404. ſcriptum *Henſchenii* DE SERVATIO num. 3405. *uitam Seruatii* per *Ioh.* LEURENIUM. num. 3407. *uitam eiusdem* per *Jean* HELIN, *Ieſ.* num. 3408. *compendium uitae Seruatii per anonymum.* n. 3409. *uitam eius* per GIRY (*Franc.*) num. 3410. *uitam*

tam eius per *Adrian.* BAILLET. num. 3411. *uitam eius* per *Sebaſtien* LENAIN DE TILLEMONT recenſet.

(1460.) Diſſertationis, Fauſti Socini operibus praemiſſae. 1636. in 4. Auctor dicitur *Sam.* PRZIPCOVIUS. uid. *catalog. Biblioth. Carpzouianae* part. I. p. 127.

(1461.) Diſſ. hiſtorica & apologetica pro doctrina Lutheri de Miſſa contra abbatem Cardemojum a. D. Caſp. *Sagittario edita.* Auctor eſt illuſtris SECKENDORFFIUS, qui Sagittarium iuſſit, edere hanc diſſertationem.

(1462.) Diſſertatio de mirabili Hiskiae ſanatione, quae inſerta eſt faſc. 6. *Bibliothecae Bremenſis*, ab *Hermanno von der* HARDT exarata uidetur. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen.* 1719. p. 173.

(1463.) Diſſ. de modo infallibili conuincendi Lutheranos per I. T. H. Auctor obſcure indicatur in *nouis litterar. Hal.* 1709. p. 71. clarius autem eius nomen detegitur *in dem neu beſtellten* Agenten 1709. p. 762. ſq.

(1464.) Diſſertatio de origine & proceſſu iuris ciuilis romani. *Ultraiecti* in 8. mai. pagg. 135. Auctor eſt *Franciſc.* HESSELIUS, *ICtus*, id enim coniicere licet ex additis eiusdem huic diſſertationi poematibus. uid. *die* Maendelyken Uittrekſels 1721. menſ. Nou. n. 3. & ex illis *die Leipz. gel. Zeit.* 1722, p. 197. ubi etiam paucis argumentum huius libri exponitur.

(1465.) Diſſertatio de renuntiatione ſucceſſionis linearis cognaticae, *qua occaſione ſimul*

mul iura Philippi V. Sereniſſimi Hiſpaniarum Monarchae, in regna & prouincias Hiſpanicas illuſtrantur 1711. in 4. Auctor eſt *Ioh. Henr.* FELSIUS, *Prof. Argentoratenſis*, iniuſtus ſaepe uenerabilis *Buddei* Ariſtarchus.

Diſſertatio graeci theologi. uid. ſub tit. *Graeci* infra.

(1466. α) Diſſertatio monitoria ad D. Matthi. Hoe directa. *Francof.* 1616. in 12. celeb. Reimann in *catal. bibl. theol.* p. 535. ex harmonia ſtili & argumenti illectus, quae eſt inter ipſam diſſ. & *Anatomiam uniuerſalem* Chriſt. *Becmanni*, quam ſub ficto nomine *Chriſt.* MASSONII edidit, hunc auctorem eſſe coniicit, praeſertim cum haec diſſertatio *Anatomiae uniuerſalis* quaſi prodromus ſit.

(1466. β) Differt. epiſtolica ad amicum de recentiorum medicorum ſtudio 1687. Auctorem huius diſſertationis *Ioh. Henr.* SBARALEAM *Prof. Anatomiae Bononienſem* eſſe, docet Leporinus in *uitis ſuis eruditor. Part.* 8. *Supplem.* p. 828. qui etiam monet, hanc diſſert. contra *Ioh. Bohnium* fuiſſe editam, SBARALEAM autem ſe demum 1692. eius auctorem profeſſum eſſe. Add. Ludou. *Supplem. ad hiſt. Uniuerſ.* p. 362. *und die 14. Oeffnung des neuen Bücher-Saals.*

(1467.) Diuinationes in Tabellam marmoream Arelatenſem per P. G. M. in 4. *Arelati* 1693. Scriptum hoc duobus tantum foliis conſtans tribui ſolet *Guilielmo* MARCELLO, *Toloſano*, qui mortuus eſt *Arelati* 1709. *Commiſſaire des Claſſes*. uid. le Long l. c. num. 15313.

qui

qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta huic ſimilia & cum hoc conferenda, adducit.

(1468.) De diuiſione naturae libri 5. In quibus agitur *de natura, quae creat & non creatur*, 2) *de natura, quae creatur & creat* 3) *de natura, quae creatur & non creat*, 4) *de natura, quae nec creat, nec creatur*. Liber hic diu ſine nomine auctoris exſtitit, & *Trithemio*, Ioh. *Scoto*, *Mailroſio* perperam tributus eſt. Sed *Wilbelmus Malmesburienſis* & alii hiſtorici *Ioh.* ERIGENAE, *Scoto*, uindicarunt, idque merito, ſub cuius nomine etiam prodiit *Oxonii* 1681. in fol. & recenſetur in *Actis eruditor. latinis* Lipſ. 1683. p. 190. ſq.

(1469.) Doctrina, quam de primatu, auctoritate & infallibilitate romani pontificis tradiderunt Louanienſes Theologi, *Declarationi Cleri Gallicani de eccleſiaſtica poteſtate oppoſita per* D. I. A. A. S. *Th. Prof.* in 4. *Leodii ap. Hoyaux* 1682. Auctor eſt *Jean Antoine* d' AUBREMONT, *ex ordine Praedicatorum*, qui mortuus 1682. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 2523. qui ibidem plura ſcripta, cum hoc conferenda, adducit, adde etiam in hac mea Bibliotheca uocem *Mantiſſa*.

(1470.) Doctrinae Ieſuiticae praecipua capita. *Rupellae* 1589. in 8. 6. uoll. Continet ſcripta plerumque non anonyma, ſed quorum auctores nominantur. e. g. *Chemnitii* (Mart.) P. *Boquini*, *Dom. Gotuiſii*, *Academiae Remanſenſis*, *Bidenbachii*, *colloquium Ieſuiticum inter P. Flori-*

Florinium & Chr. Francken. Edm. Campiani, W. *Whitakeri, Laurent. Humfredi, Anonymi characteres Ieſuitarum, Ioh. Foxi, I. I. Grynaei, Anonymi* 4. diſpp. *contra Ieſuitas, Ioh. Serrani, Gratianum Anti-Ieſuitam, Andr. Volani, D. Chytraei. I. Raynoldi.* Quorundam anonymorum ſcripta contra Ieſuitas. 'Quorum omnium ſcriptorum tituli integri adducuntur *in den Unſch. Nachr.* 1707. p. 165. ſq. Sed editor & collector adhuc latet.

(1471.) Doctrina moriendi ad mortem, feliciter oppetendam *Pariſ.* 1520. in 4. Auctor eſt *Iodocus* CLICHTOVAEUS. uid. *catal. Bibliothecae Haſeanae* p. 761. *Placc.* n. 1939. β. inter anonym. librum eiusdem fere tituli adducit, ſed illius auctorem eſſe tradit *Iodocum* ANDRIES, *Ieſuitam.*

(1472.) Δοκιμαςής, *ſiue de librorum circa res theologicas approbatione (a) disquiſitio hiſtorica. Antverpiae* 1708. in 12. Auctor eſſe dicitur abbas BOILEAU, qui etiam ſcripſit *Hiſtoire des Flagellans.*

(1473.)

(a) Inde ab annis 180. Pariſiis de iure libros cenſendi diſceptatum eſt, quod ius ſibi ſoli Sorbonna pro magna auctoritate ſua uindicauit, & a nullius uoluntate dependere uoluit. Epiſcopi, praeſertim Pariſienſis, hoc illi non prorſus concedere uoluerunt. Tandem regii miniſtri idem ius ſibi arrogarunt, & quia Hiſpania in Belgio cenſores librorum regios conſtituit, hoc etiam Gallia fecit. In hoc tractatu iura Sorbonnae defenduntur, & oſtenditur, quot grauiſſimos errores cenſores regii huc usque commiſerint. uid. *die Unſch. Nachr.* 1709. p. 312.

E.

(1473.) Eccleſia anglicana, a Papiſmo libera. Auctor eſt D. *Georg.* HOOPERUS. S. S. Th. Doct. olim *eccleſiae Cantuarienſis Decanus, tandem Bathonienſis & Wellenſis epiſcopus.* uid. *acta eruditor. Lipſienſ. lat.* 1712. p. 184.

(1474. α) Eccleſiae britannicae origo. Auctor huius ſcripti eſſe dicitur ELUANUS AVALONICUS (*Scriptor eccleſiaſticus* Sec. 2. poſt Chriſti natiuitatem) uid. Lambecii *prodromum hiſt. litterar.* p. 242. Placcius n. 1067. inter anonymos librum *de antiquitate eccleſiae Britannicae* allegat, ſed auctorem eiusdem uocat *Ioh.* IOSSELINUM, ideo diuerſus liber a noſtro uidetur, cuius hic mentionem fecimus.

(1474. β) Eccleſia Pariſienſis uindicata *aduerſus Bartholomaei Germonii e ſocietate Ieſu duas diſceptationes (quarum ſecunda prodiit Pariſiis* in 12. ap. *Rigaud* 1706. *tertia autem Ruinarti & Iuſti Fontanini uindiciis oppoſita.* ibid. ap. eund. 1707. de *Fontanini* ſcripto uid. le Long l. c. num. 12404. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus ſcripta, cum hoc conferenda, indicat.) *de antiquis Francorum diplomatibus* in 12. *Pariſiis* ap. *Muguet.* 1706. Auctor eſt *Theodoricus* RUINARTUS, *monachus Benedictini ordinis ex congregatione S. Mauri,* qui mortuus eſt 1709. uid. le Long l. c. num. 12403.

(1475.) De Eccleſiae chriſtianae iure & auctoritate, *quo ſcripto omnis eccleſiaſtica poteſtas ciuili tribuitur magiſtratui.* Auctor huius

ſcripti

ſcripti eſt TINDAL, *Doctor Iuris.* uid. *ſupplementa ad acta erudit. Lipſ. latina* Tom. 5. pag. 301. fin. add. p. 302. Contra hunc librum ſcripſerunt *Georg.* HICKESIUS, *Guil.* WOTTONUS & *Ioh.* TURNERUS, *Theologi Anglicani, Londini* 1707. & 1708. Secuti ſunt hos *Sam.* HILLIUS & duo anonymi, quorum ſcripta contra librum *Tindali* prodierunt 1709. POTTERUS & HOADLEY etiam TINDALUM refutarunt, qui, forſitan intelliguntur per duos anonymos.

(1476.) Electa iuris publici (*a*), *in quibus res ſtatus Europae, praeſertim Germaniae ex celeberrimis actis publicis, cum annexis epiſtolis, memorialibus, concluſis* &c. *uel integris, uel excerptis recenſentur cum annotationibus* 1706 - 1716. Tomi 9. uoll. 9. in 8.

(1477.) Elementorum proprietas. Liber hic perperam tribuitur ARISTOTELI, cum ſit ſcriptoris cuiusdam arabis. uid. Bocharti *Hierozoicon* lib. 2. cap. 23.

(1478.) Elementa iuris, quae uulgo *Sam.* PUFFENDORFFIO tribuuntur, ab *Erhardo*

Iii WEI-

(*a*) Liber ipſe germanica lingua eſt confectus & hunc titulum gerit. Electa iuris publici worinnen die Staats-Affairen in Europa beſonders in Teutſchland aus den berühmteſten Actis publicis mit Beyfügung der Schrifften, Memorialien, Concluſorum &c. in forma, oder durch Extract recenſiret werden mit Anmerckungen. Auctor huius operis eſſe putatur LUDOLFUS, *Conſiliarius* quondam *aulicus Iſenacenſis.* uid. Paulini curieuſes *Bücher* - Cabinet part. 1 introitu 4. p. 653. add. part. 62. *der auserleſ. Theologiſch. Bibliothec* (b. Coleri.)

WEIGELIO profecta eſſe cenſet Schurtzfleiſchius *in actis Sarcmaſianis* p. 20.

(1479.) Elementa iurisprudentiae. Auctor eſt *Richardus* ZOUCHEUS.

(1480.α) Elogium Simonis Pietraei, (*a*) *Pariſienſis, Doctoris Medici:* auctore *Papirio* MASSONO. Non MASSON, ſed *Guido* PATINUS, qui mortuus eſt 1672. teſte *Colomeſio* p. 93. *de ſes Melanges hiſtoriques* in 12. *Utrecht* 1682. eſt auctor huius elogii, quod paginae 93. opuſculorum *de Loiſel* inſertum eſt in 4. *Paris* 1652. editorum. uid. le Long l. c. num. 17110.

(1480.β) Elogium Cardinalis Richelii *in noua Ciaconii de uitis Pontificum Romanorum & Cardinalium, quam breui Romae pollicetur editione ſuo loco addendum*, in 4. *Pariſiis* 1629. Auctor huius elogii eſt *Claudius* DE VALLES, *Chevalier de l'Ordre du Roy, qui étoit de Chartres,* ſed habitabat *Lugduni in Gallia (à Lyon)* Editio *Ciaconii* comparuit 1630. uid. le Long l. c. num. 13942. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus multa alia ſcripta, de Cardinale *Richelio* agentia, adducit.

(1381.α) Enarrator diſcordiae Ianſenianae. Auctor eſt P. *Gabr.* GERBERON, *Ianſeniſta.* uid. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1705. p. 245.

(1481.β) Enchiridion (*b*) mathematicum

(*a*) Qui mortuus eſt 1618.

(*b*) Pauca in hoc enchiridio mutauit *Sam.* KOLESER, *Secretarius caeſareus in Tranſyluania*, qui hoc *Enchiridion* 1723. una cum *axiomatibus* ſuis *iuris naturae de offi-cii-*

cum Scheuchzerianum, *protographiam uniuerſae Matheſeos complectens*, *uſui Tranſyluanorum accommodatum*, *Claudiopoli Tranſylv.* 1723. in 8. pl. 3. Auctorem habet ipſum *Ioh. Iacob.* SCHEUCHZERUM.

(1482.) Ephemerides Sanctorum Patrum. 1708. in 4. pl. 6. *Ianuarius & Februarius.* Auctor harum *Ephemeridum* eſt D. KOCHIUS, *praepoſitus Appenradenſis in Holſatia.* uid. die auserleſenen Hälliſchen Anmerckuncken über allerhand wichtige Materien und Schrifften. Part. 5. p. 4. und die Unſch. Nachr. 1708. p. 360. *(a)*

(1483.) Epicriſis apologetica *(b)* *(ordinis Theo-*

---

ciis iuſti, honeſti & decori edidit, & uſum genuinum huius *Enchiridii* oſtendit. uid. *Acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1723. menſ. Dec. n. 5. ubi hoc *Enchiridion* recenſetur.

(a) Auctor contra *Arnoldum*, *Dippelium* & *Boehmerum Halenſem* diſputat p. 38. ex *Irenaeo* probat, *Chriſtianos ſymbola habuiſſe*, & oſtendit, *Arnoldum* uerba *Athenagorae* & *Tatiani* minus recte intellexiſſe. *Iuſtinum, Ignatium* & *Irenaeum* iam inter *Clericos & Laicos diſtinxiſſe* p. 23. In menſ. Febr. probatur, *patres falſam doctrinam pro haereſi reputaſſe & uaria Irenaei loca contra Arnoldum uindicantur* p. 33. probatur, *patres etiam contra haereticos diſputaſſe, adeoque Elenchum exercuiſſe.* Refutat etiam *Arnoldum*, qui *Marcionitas* defenderat, oſtendens ex patribus, *Marcionem multis criminibus fuiſſe onuſtum & iure ex eccleſia expulſum.* uid. *die Unſch. Nachr.* 1708. p. 361. Ediderat hic *Kochius* anno 1708. *Ephemeridum S. Patrum, bono cum Deo edendarum, Inſtitutum & ſcopum. Flensburgi* in 4. etiam ἀνωνύμως.

(b) Auctor hanc epicriſin direxit contra magnif. D. Ern.

Theologorum in academia Fridericiana) in partem aliquam Hiſtoriae eccleſiaſticae recentioris, in compendio Gothano nouiſſime continuatae, Halae 1725. in 8. pl. 11. Auctores der fortgeſetzten Sammlung von alten und neuen Theolog. Sachen 1725. p. 826. ex ſtilo huius ſcripti coniiciunt, D. LANGIUM eſſe auctorem, & illud forſitan cum approbatione totius Facult. theol. prodiiſſe

Ern. Sal. Cypriani *Continuationem in compendio Hiſt. Eccleſ. Gothanae* Part. 3. §. 5. quae tamen continuatio a pleriſque Theologis, Politicis & Hiſtoricis, neutrius partis ſtudioſis, non poteſt non approbari. Vehementiſſime Theologos Wittebergenſes, it. D. Val. Ern. *Loeſcherum* & D. *Cyprianum* perſtringit, ipſisque multa falſa impingere dicitur. conſtat haec Epicriſis ex §. §. 56. in quibus auctor magnif. *Cyprianum* accuſat, quod Theologos Halenſes ex obliquo aggreſſus ſit, defendit etiam in uariis D. *Spenerum*. Pietiſmum pro fabula haberi cupit. Appendix conſiſtit ex uariis extractis illorum ſcriptorum, quae olim ad defendendos theologos Halenſes prodierunt e. g. D. *Speners* Beantwortung gegen den Unfug der Pietiſten & epiſtola D. *Moebii ad D. Olearium* p. 98. p. 103. Extracta ex Seckendorffii: Bericht und Erinnerung über die Schrifft imago Pietiſmi, in quo nomen Pietiſtarum aboleri cupit & *Spenerum* in quibusdam defendit, ſed contra *Seckendorfſium* epiſtola D. *Olearii* d. 14. Mart. 1692. tota inſerta eſt p. 127. p. 132. Extract aus *Auguſt Hermann* Franckens Fürſtellung der ungegründeten Beſchuldigung und Unwahrheiten, ſo in den Leipziſchen Pfingſt⸗Programmate (Hrn. D. *Carpzovii*) enthalten edit. 1691. p. 159. Extract ex famoſo illo Informato vom Pietiſmo, an noua Secta ſit, uel non, quod Lic. *Klettſtich*, Mühlhuſanus, 1710. ſub nomine *Fac. Theol. Lipſienſis* accepit p. 163. ſq. Extract aus dem 1700. zu Cölln an der Spree edirten Bericht deſſen, was wegen der zwiſchen den Evangeliſch Lutheriſchen

iiſſe, additamenta ſaltim ſine conſenſu iſtius ordinis non publicata eſſe.

(1484.) Epiſtola Franciſci I. *ad Paulum III. Pontificem maximum aduerſus calumnias Caroli V. imperatoris* in 4. *Pariſiis* ap. *Rob. Stephani* 1543. Cardinal *Jean* du BELLAY ſub nomine *Franciſci* I. ſcripſit hanc epiſtolam. uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 12784. qui etiam alia ſcripta, cum hac epiſtola conferenda, innumeris antecedentibus & ſubſequentibus adducit. Prodiit etiam haec epiſtola gallice in 4, *Pariſiis* 1543.

(1485.) Epiſtola Capituli Antegauenſis *pro ſancto Renato, Epiſcopo Andegauenſi, aduerſus diſputationem duplicem Ioannis Launoii* in 8. *Andegavi.* 1658. Auctor eſt *Jean* EVEILLON, *canonicus eccleſiae Andegauenſis.* uid. le Long l. c. num. 4270.

(1486.) Epiſtola ornatiſſimi uiri *ad Sta-*

ſchen Geiſtlichen von der Univerſität und Stadt Miniſterio in Halle geſchwebten Differentien durch die von Sr. Churf. Durchl. zu Brandenburg gnädigſt angeordnete Commiſſion abgehandelt und zur Beruhigung in Göttl. Seegen ausgerichtet worden. (De qua commiſſione etiam die Samml. von Theolog. Sachen 1725. p. 832. agit) Additamenta ad hanc *Epicriſin* praecipue notanda ſunt, quia ex illis cognoſci poteſt, quid *Spenerus*, *Seckendorffius*, Prof. *Francke* & alii de motibus illius temporis & generatim de Pietiſmo ſenſerunt. Verboſiſſime ceterum hoc ſcriptum recenſetur in der Sammlung von Theolog. Sachen. 1725. a p. 826-843. & contra *Langium* diſputatur; alia eiusd. ſcripti recenſio inſtituitur in eben derſelben Sammlung 1728. p. 574-576.

niſlaum Heluidium, *Kalendis Octobris publicata* anno 1572. *de rebus gallicis; & ad hanc reſponſio, Kalendis Ianuariis* anni 1573. Reſponſio latine & gallice in 4. *Pariſiis* 1573. Auctor eſt *Guy du Faur*, *Sieur de* PIBRAC, qui mortuus eſt 1584. *Pierre* BURIN reſponſionem ad hanc epiſtolam confeciſſe dicitur, ut perhibet Monſ. *de Thou.* Inſertae ſunt hae epiſtolae Tom. I. *des Mémoires du Regne de Charles* IX. p. 600. eaedem litterae gallice prodierunt in 8. *Basle* ap. *Couſin* 1574. conf. etiam in hac ipſa bibliotheca mea anonymor. ſub uoce *Praeſcriptio*, it. ſub tit. *Defenſio pro Andium duce* num. 1433.

(1487.) Epiſtola dedicatoria, *ſecundae editioni libri Richardi Simonii, cui tit. les ceremonies & coutumes, qui s' obſervent au jourd' hui parmi les Juifs* 1681. *praemiſſa*, non ab ipſo SIMONIO, ſed a domino *Fremont* d' ABLANCOURT exarata eſt, quod ipſe teſtatur Simonius Tom. 4. *de la Biblioth. critique.*

(1488.) Epiſtola, qua mendacium nunquam licitum eſſe demonſtratur, *oppoſita epiſtolae Anonymi, quae in Diario Gallico, Hagae Comitum edito* Tom. 5. Part. 2. ſect. 2. *inſerta* deprehenditur. Auctor illius epiſtolae, qui ſe ſub litteris Ph. N. P. E. M. occultare uoluit, eſt ſine dubio *Philippus* NAUDAEUS, *Profeſſeur En Mathematique.* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1719. p. 502. Recenſetur iſta epiſtola *in faſc.* 4. *Biblioth. Bremenſ.* n. 5.

(1489.) Epiſtola critica ad Franciſcum Hare, S. T. P. *Decanum Vigornienſem, in qua Hora-*

Horatii loca aliquot & aliorum ueterum emendantur, *Cantabrigiae* 1723, in 8. pagg. 172. Auctor eſt *Ieremias* MARKLAND, *Socius Collegii S. Petri Cantabrigienſis.* Recenſetur haec epiſtola *dans les Mémoires litteraires de la grande Bretagne* Tom. 15. n. 1. & auctori laus doctrinae, acerrimi iudicii & modeſtiae tribuitur.

(1490.) Epiſtola ad amicum, *in qua de Adolphi Clarmundi uitis, ibique contenta uita & icone Ge. Schubarti diſſeritur*, *Ienae* 1704. in 4. pl. 1. Auctor huius epiſtolae eſt M. *Georg. Nicol.* KRIEGK, *Rector* quondam *Scholae*, uel *Gymnaſii Ilefeldenſis.*

(1491.) Epiſtola ad Ioh. Crotum Rubeanum, *(a)* quae ſine auctoris nomine prodiit & 1720. in 8. pl. 2. iterum notis eruditiſſimis illuſtrata eſt a *Ioh. Chriſtoph.* OLEARIO, *Superint. Arnſtadii*, auctorem habere dicitur *Iuſtum* IONAM, & primum prodiit 1532. uid. *die fortgeſetz-*

(a) De nominis eius deriuatione uaria adducunt *die* Auctores *der Unſch, Nachr.* l. c. Natus eſt circa annum 1480. & cum *Luthero Erfurti* literis dederat operam eiusque amicus optimus fuerat, & monachos, epiſcopos & Cardinales ſaepius ludibrio expoſuerat melius adhuc quam *Lutherus* & *Eraſmus*. Pag. 30. cel. *Olearius* probat, quod huic *Croto* totus liber 1. *epiſtolarum obſcurorum uirorum* tribuendus ſit, cetera uolumina *Hutteno* & eius amicis uid. Burchardi *uitam Hutteni* part. 1. p. 165. ſq. & in *Analectis* ad part. 1. p. 25. b. ſq. *Lutherus* uarias epiſtolas ad *Crotum* ſcripſit, quae reperiuntur in Tom. 1. & 2. *epiſtolarum Lutheri*, & *Crotum* ſaepe laudauit ipſumque etiam Spalatino ad *Decanatum ap. eccleſiam omn. Sanctor.* commendauit 1530.

ſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen. 1720. p. 646.

(1492.α) Epiſtola ad D. Salom. Deylingium de noua Bibliotheca biblica Lutherana. *Lipſ.* 1716. in 8. pl. 3. Auctor eſt M. LIEBE. uid. *die Unſch. Nachr.* 1717. p. 150.

(1492.β) Epiſtolae 4. Theologo morales, *aduerſus diſſertatorem Ieſuitam, Veronae* 1734. in 4. 1. Alph. pl. 2. Auctor, qui tantum apponit literas P. B. P. V. eſſe dicitur P. BALLERINI, (a) *Presbyter Veronenſis*, qui diſputat contra celeb. Ieſuitae *Segnerii* epiſtolam de probabilitate, hic enim denuo artificioſe Probabilitatem Ieſuiticam defendere uoluit.

(1493.) Epiſtolae ad Lucam Loſſium exara-

1530. erat eo tempore CROTUS *Prof. S. literar. Erfurtenſis & Rector.* Propter Peſtem reliquit *Erfurtum* & ſe in *Boruſſiam* contulit. Paupertate coactus & ex leuitate animi in aulam Cardinalis & Archiepiſcopi Moguntini atque Magdeburg. *Alberti*, Marchionis Brandenburgici ſe contulit & conſiliarius factus eſt, exque ueteri & inſanabili Lutherano repente pulcherrimus Papiſta. Quia in *Apologia* quadam Cardinalis conatus defendebat Halae 1531. in 4. & Lipſ. impreſſa, anonymus hic, ſcil. *Iuſtus* IONAS eum hanc ob cauſſam in hac epiſtola publice reprehendebat, ipſi coecam eius Apoſtaſiam exprobrans. Lutherus hunc *Crotum* ſaepe uocat *des* Cardinals *zu Mayntz Tellerlecker, und* Dotter Kroete.

(a) Contra hanc *Ballerini* reſponſionem, *Ieſuita* quidam, *Prof. Theol. Moralis Veronenſis* refutationem auditoribus ſuis in calamum dictauerat, ad quam hic in 4. epiſtolis reſpondetur 1) agit *de ignorantia inuincibili* 2) de *conſcientia dubia* 3) de *probabili* 4) de *peculiaribus hypotheſibus, quae imputabantur Ballerino.* p. 67. auctor promittit etiam *Hiſtoriam Probabiliſmi.* Neruum huius con-

exaratae. Hamb. 1728. in 8. 1. Alph. pl. 16. Editor eſt *Adam. Henr.* LACKMANN, qui ex *Loſſii*, dexterrimi quondam *praeceptoris in ſchola Lüneburgenſi* hereditate has epiſtolas, plerumque de *Crypto - Caluiniſmo* agentes, ſelegit & praecipuas edidit, multas quoque epiſtolas *Duraei*, *Boecleri* &c. addidit, & diſſ. *de ſtudio epiſtolico* praemiſit. uid. *die Samml. von Theol. Sachen* 1731. p. 232. n. 1377.

Epitome dierum de fabrica mundi. uid. ſub uoce *Chronicon.*

(1494. α) Errores atrociſſimi Ruthenorum 1508. ſine loc. in 4. eſt compendium ex *Ioh.* SACRANI, qui quondam fuit *Canonicus Cracovienſis in Polonia* Elucidario errorum Ruthenorum. Errores hic adducti 40. ſunt triplicis generis 1) ſunt *ueritates* 2) *adiaphora* & nondum aperti errores 3) *errores reuera tales.* uid. *die Samml. von Theol. Sach.* 1731. p. 867.

(1494. β) Evangelium infantiae I. C. 1699. in 8. Fabuloſum quidem, antiquum tamen & a Muhammede ipſo compilatum. uid. cel. Reimanni *catal. biblioth. theol.* p. 252.

(1494. γ) Euſebii Pamphili Demonſtrationis euangelicae libri X. *cum confutatione Hieroclis, libris 2 contra Marcellum & III. de eccleſiaſtica theologia.* Omnia ſtudio R. M. i. e. *Richardi* MONTACUTII. uid. *Labbeum* Part. 1. p. 307. & *Caveum* p. 94.) latine facta & notis illuſtrata *Colon.* 1688. *iuxta editionem Pariſinam*

trouerſiae indicant auctores *der Samml. von Theol. Sachen* 1735. p. 620.

anni 1628. in fol. Recenſetur uerboſe haec editio in *Hiſtoria bibibliotb.* Ioh. Fabricii uol. 1. p. 91. de ceteris *Montacutii* ſcriptis uid. *Fabric.* l. c. p. 93. cf. *Placc.* n. 728. anon. & 729 *a.*

(1494. *δ*) Examen Theologiae myſticae (*a*) 1730. in 4. pl. 21. Hoc ſcriptum antea titulum *Scrutinii ueritatis* habuit & auctor eſſe uidetur I. A. KROMAYER. uid. *die Samml. von alten und neuen Theol. Sachen.* 1732. p. 145.

(1495.) Examen doctrinae Caluinianae & Bezanae *de coena domini. Pariſiis* 1567. Beza (*b*) *Franciſcum* BALDUINUM pro auctore huius ſcripti habuit, ut refert Mr. *Ogier, Prior, dans le Jugement & Cenſure de la doctrine curieuſe de François Garaſſe* p. 92. ſq. (ſed *Bayle* in *Dictionnaire* uoc. *Beza* not. DD. fin. contra *Ogier* monet, *Bezam* non habuiſſe *Balduinum* pro praecipuo auctore *Examinis doctrinae Caluinianae*, quod compoſuiſſet *Claudius* de SAINCTES, ſed tantum credidiſſe, quod *Balduinus* huic doctori certas quasdam res ſuppeditauiſſet, quae non tam in uerbis, quam factis quibusdam indicatis conſtitiſſent.

(1496.)

(*a*) Praecipua fanatica & Crypto-fanatica dogmata hic examinantur & refutantur ſolide, in praefat. de theologia myſtica agitur.

(*b*) *Beza* deinde reſponſionis loco ad dictum examen edidit *Apologiam*, in qua, (ut uult *Ogier*) contra *Balduinum*, tanquam praecipuum *Examinis* auctorem detonat. *De Sainctes* autem paulo poſt edidit *Reſponſionem ad apologiam Theodori Bezae* &c. Gabriel *Fabricius* & defendit

(1496.) Examen modeſtum Corollariorum a) &c. 1713. in 4. *Flensburgi.* Auctor eſt *D.* KOCH b) *Appenradenſis*, uid. *die Unſch. Nachr.* 1713. p. 654.

a) *Franc. Erneſt. Vogt*, *Inſtitut. & Prax. Iuris Prof. Ordin. Kilonienſis* ediderat 1713. *diſſertationem de lytro incendiario*, cui adiunxerat 8 *Corollaria*, in quibus non adeo obſcure exſiſtentiam ſpectrorum negare uidebatur, & affirmat, illos maiorem rationem habere, qui nulla ſpectra crederent, quam qui crederent; docet etiam ibid. illos qui nulla realia in concionibus paſtorum ſuorum reperirent, illas miſſas facere poſſe, & quaedam docuerat, quae miniſterio eccleſiaſtico ignominiae & dedecori erant. Uniuerſitas igitur Kilonienſis publice in programmate diſſenſum ſuum teſtata eſt, & rem eo deduxit, ut corollaria a diſputatione reſecta, & alia ſubſtituta fuerint. In examine corollarii primi *contra Vogtium* ſententia I. F. Reinhardi defenditur, quod *inquinatio aquae baptiſmalis in baptiſmate Wenceslai praeſagium fuerit futurae calamitatis, quam Germania ſub eius imperio perpeſſa eſſet.* In Exam. coroll. 2. oſtenditur, *deum ex iuſtis cauſſis ſpectrorum apparitiones permittere.* In exam. coroll.

dit doctorem ſuum *Balduinum*, in ſcripto, cui tit. *Gabr. Fabricii reſponſio ad Bezam Vezeliam Ecebolium. Paris.* 1567. in 8. quod ſcriptum reuera eſt *Satyra Menippea*, ubi auctor *Bezam* uiuis & omnibus coloribus depingit, compellans illum ſemper nominibus femininis, & agens cum illo, quaſi cum femina impudentiſſima & abiectiſſima. uid. Bayle in *dictionnaire* uoc. *Beza* not. DD.

coroll. 3. agitur *de iure, quod habent laici, ſpiritus probandi.* In exam. coroll. 4. monſtratur, *nullum paſtorem ſine ſpeciali conceſſione Conſiſtorii alterius peccata ſpecialia nominata perſona debere perſtringere.* In exam. coroll. 5. *In quantum admitti poſſit, ſi quis tentationem praetendit, & ſe uſui ſacrae coenae ſubducit.* In exam. coroll. 6. oſtenditur, *odium erga incredulos utique locum habere & probandum eſſe.* In exam. coroll. 7. iudicium fertur *de deſcriptione bellorum domini, quam dederat Henninges.* In exam. coroll. 8. *refutantur argumenta, quibus Vogtius uoluerat probare, quod Politici ſaepius melius noſſent, quomodo cum incredulis ſit procedendum, quam Miniſtri eccleſiae*, auctor autem oſtendit, plerumque in hoc aſſerto a particulari concludi ad uniuerſale.

b) Vogtius Kochio 1714. oppoſuit *Kilonii* in 4. Kurtze Abfertigung des ungenannten Auctoris, welcher in ſeinem ſo getauften Modeſto examine corollariorum lauter ungereimte Gründe und boßhaffte Läſterung ausgekrahmet und auf dem Kieler Umſchlag feil bieten laſſen. In quo ſcripto *Kochium* contemtim tractat & aculeatis uerbis perſtringit, eumque ruditatis uult conuincere. Sed D. *Koch* reddidit Wiederſchall auf Voigts Läſter-Schall 1715.

c) *Vogtius* quaedam ſcandaloſa iam antea de libris ſymbolicis propoſuerat 1713. in tract. *de ſtudii iuris priuati utilitate*, in quo felicitatem eſſe reputat, quod ICti non ut theologi obligarentur iurare in libros ſymbolicos, cuius rei abſurditatem, (ſic malitioſe ſcribit Vogtius) ab aliis iam

iam fuſe oſtenſam, refellere nil opus. Explicare quidem uoluit mentem ſuam *Vogtius* in progr. quo indicat, ſe uelle legere in D. *Muhlii* Tract. *de eo, quod iuſtum eſt circa libros ſymbolicos*, Proteſtantes ICtos quidem obligatos eſſe ad Aug. Conf. ſed non ulterius. Uniuerſitas autem Kilonienſis in publico programmate merito teſtata eſt ſuam Vogtianorum dogmatum auerſationem, uid. *die Unſch. Nachr.* 1715. p. 710. *Vogtius* tamen ideo ad meliorem mentem non perductus eſt, ſed poſtea 1714. in diſſ. *de lytro* adhuc deteriora propoſuit.

(1497.) Exemplum Litterarum *ad Sereniſſimum Daniae regem, a Gallico per Germaniam legato ſcriptarum circa tractatum pacis in fol. Pariſ.* 1642. in 4. Auctor eſt *Claude de Meſme, Comte* D'AVAUX, qui eo tempore adhuc erat *legatus regis Galliae per Germaniam.* uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 13217.

(1498.) Exercitatio phyſico - medica de applicatione Mechaniſmi ad Medicinam, *Amſtelod.* 1722. in 8. 1. Alph. pl. 13. Auctor eſt *Gottlieb Ephraim* BOERNER, *Prof. Publ. Duisburgenſis.* Recenſetur haec exercitatio paruo cum laudis indicio in part. 87. *actorum eruditor. germanicor.* n. 2. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit.* 1723. p. 459.

(1499.) Exhortationum liber ſuper epiſtolas & euangelia pro uſu Meldenſi, gallice ſcriptus, auctorem habet *Iacob.* FABRUM, *Stapu-*

Stapulenſem. uid. Rich. Simonii *Biblioth. critiq.* epiſt. 15. p. 124. 125.

(1500.) Explicatio nummi Auguſti aenigmatici. Auctor huius ſcripti eſt *Ioh. Carol.* SCHOTTUS, *Regis Pruſſ. Conſil. Antiquarius & Bibliothecarius.* uid. *Acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1711. p. 327. Scripta eſt haec explicatio ad celeberrimum *Leibnitzium.* Publicata etiam ſunt ab iſto SCHOTTO *uaria antiquariorum iudicia. Berol.* 1711. in 4. pl. 4.

(1501.) Expoſitio Cantici Canticorum. Hanc expoſitionem edidit M. *Chriſtoph.* ECKMANN, *Paſtor Peucenſis in ducatu Olsnenſi* ſub nomine eines Chriſto Ergebenen, germanice prodiit haec epiſtola *Vratislaviae* 1720. in 8. uid. celeb. Wolfii *Bibliothecam hebraic. uol.* 4. p. 313. coll. p. 47. ubi idem *Wolfius* uaria notatu digna de *Eckmanno* habet.

F.

De Fabrica mundi Chronicon, uid. ſub uoce *Chronicon.*

(1502.) Facetiae Alphonſi. Auctor huius ſcripti eſt *Antonius* PANORMITANUS, uid. Tom. 2. Obſeruationum Halenſium obſeruat. 11. §. 13. p. 239.

(1503.) Faſti academiae Altorfinae. Auctor eſt KOELERUS *Prof.* nunc *Goettingenſis* celeb.

(1504.) Faſti electorales Brandenburgici. Auctor eſt *Ioh. Pet.* de LUDEWIG. *Prof. Hiſtor.*

Hiſtor. Halenſis. uid. Chriſti. Gryphius, *de ſcriptoribus hiſtoricis Sec.* XVII. p. 74.

(1505.) Faſti electorales Saxonici & ducales lineae Albertinae. Auctor eſt *Ioh. Erneſtus* TENTZELIUS. uid. Gryphius l. c.

De Febribus diſſ. uid. *diſſertatio.*

(1506.) Fecialis Gallus, 1689. in 12. p. 192. Huius libri auctorem obſcure indicat Thomaſius in ſeinen monatl. Nachrichten. 1689. p. 205. & dicit, eundem illum eſſe, qui ſcripſerit *uindicias imperii*, uocat etiam ſcriptum auctoris ualde doctum, cuius ipſum pudere non deberet.

(1507. α) Formula Conſenſus Eccleſiarum reformatarum in Heluetia Latino-gallica *cum notis ſine mentione loci & temporis.* Hanc Formulam 1675. confecit *Ioh. Henr.* HEIDEGGERUS iuſſu ſuperiorum, ut tradit Hofmeiſterus *in Hiſtoria obitus Heideggeri*, eamque *Amyraldo*, *Capello* & *Placaeo*, in Academia Salmurienſi eo tempore docentibus, oppoſuit, Librorumque ſymbolicorum numero ab eccleſiis Helueticis inſerta eſt, contradicentibus eccleſiis reformatis reliquis in Gallia, Germania, Anglia, Hollandia &c. Nec immerito (*a*).

(1507. β)

(*a*) Nam iudice celeb. Reimanno *in catal. bibl. theol.* p. 425. multa in ea ſunt Scr. ſ. & ipſis Reformatorum placitis oppido contraria. Multa de rebus imperuiis & inexplicabilibus decreta, quod accurate docet is, qui ſcholia ſubiecit auctor. Et ante eum D. Gilbert Burnet in ſeiner Reiſe durch die Schweiß &c. (ex anglico & gallico uerſa deſcriptio) Part. I. p. m. 157. ſq. Et tantum abeſt,

(1507. β) Fortuita ſacra, *(a)* quibus ſubiicitur commentarius *de Cymbalis*, *Roterodami* 1727. in 8. pagg. 371. uel 1. Alph. 3. pl. Auctor eſt *Richard* ELLISY, *membrum Parlamenti in Anglia*, qui ſe ex modeſtia non nominauit. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1728. p. 324. & dedicationem ad Ioh. Caſp. Suiceri *theſaurum eccleſiaſticum*. it. *die Leipz. gel. Zeit.* 1730. p. 54.

Illuſtrantur in his Fortuitis 29 loca difficiliora N. T. 1) Matth. 6. 7. de βαττολογία 2) ad eundem locum 3) de ſignificatione uocis ἀφανίζειν. 4) in v. 17. cap. 6. Matth. 5) ad Matth. 8, 28. cur Marcus & Lucas illos Gaderenos uocet, quos Matthaeus Gergeſenos nominat 6) de Herodianis 7) ad Marc. 7. 9. de uſu Miſchnah. 8) ad Luc. 1. v. 3. 9) ad Ioh. 1. v. 16. quid ſignificet χάρις ἀντὶ χάριτος. 10) ad Actor. 18. 23. de Athe-

abeſt, ut pax in eccleſiis Helueticis per eandem firmata ſit, ut potius magis ſit conturbata, & adhuc conturbetur. Licet multum hodie de rigore ſuo remiſerint eius Hyperaſpiſtae, & diſtinctione quadam, nouiter reperta, eidem non ut *Formulae fidei* ſubſcribendum eſſe uelint; Sed tantum modo ut *Formulae doctrinae*. Adde quod *Baſileae* & *Geneuae* amplius in uſu non ſit & *Schaphuſae* nunquam admiſſa.

(a) Recenſentur haec Fortuita ſacra *dans l' hiſtoire litteraire de l' Europe* 1727. menſ. Oct. n. 5. & auctor propter ſtili elegantiam, eruditionem in linguis, antiquitatibus, Patribus & Hiſtoria ualde laudatur. Alia huius libri recenſio extat in *Actis eruditor. Lipſienſ. latinis* 1728. menſe Febr. n. 7. Recenſentur quoque haec *Fortuita ſacra dans le Journal des Savans* 1729. menſ. Ianuar. n. 3. & in part. 34. *der auserleſ.* Theolog. Bibliothec n. 6.

Athenienſium ignoto Deo. 11) Ad Act. 19, 24. ſq. 12) ad 1 Cor. 15, 29. illuſtratur locutio Βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν ex loco parallelo Dionyſii Halicarnaſſ. 13) ad 2 Cor. 2, 16. 17. 14) ad uocem καπηλεύοντας. 15) ad Philip. 2. 6. 8. quid ſit μορφὴ θεοῦ. 16) ad Tit. 3, 8. Καλῶν ἔργων προΐστασθαι quid ſignificet. 17) noua translatio v. 10. & 11. in cap. 3. ad Tit. 18) quid ſignificet phraſis ad dextram Dei ſedere Hebr. 1. 13. 19) ad Iac. 4, 5. qui locus auctori omnium difficillimus uidetur. In Preſent State of the Republick of Lettres 1729. menſ. Majo n. 1. hic liber recenſetur & auctoris notitia in linguis originalibus & antiquitatibus laudatur, eiusque ſtilus elegans docet, quod & res theologicae eleganter exprimi poſſint. Licet tractatum Lampii *de Cymbalis* demum confecto opuſculo ſuo uiderit, tamen eius tractatio *de Cymbalis ueterum*, non minus, quam illuſtrationes locorum N. T. ualde egregia eſt.

Fragmenta regalia. uid. inter anonymos Gallicos uoce *Caractere*. n. 129.

(1508.) Fragmentum de Falſa regni Yvetoni narratione *ex maioribus commentariis* in 8. *Pariſiis* ap. *Martini* 1615. Auctor eſt *Antonius* MORNAC, *celebris ICtus*, qui mortuus eſt 1619. uid. le Long l. c. num. 14824. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria adhuc ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

(1509.) Francolinus uindicatus, *(a) Romae*

Kkk

(a) Scripſerat *Francolinus* contra ſic dictos Clericos *Rigi-*

mae in 12. Auctor eſt P. *Balthaſar* FRANCOLINUS, *Ieſuita romanus.* uid. *die Unſch. Nachr.* 1712. p. 670.

(1510.) Francorum regum ſequentium Continuatio *ad natiuitatem Philippi Auguſti e diuerſis & incertis per Compilatorem quendam minime recentem coagmentata & pro parte Aimoinii Hiſtoriae hactenus falſo obtruſa.* Auctor, alias non adeo notus, eſt *Robert* de CASSENOTTE, qui, uti tradit *du Bouchet*, uixit circa *annum* 1200. Eius continuatio incipit cum anno 840. a morte *Ludouici le Debonnaire* & finit 1165. cum *natiuitate Philippi Auguſti.* Auctor plerumque tantum uocari ſolet *Continuator Aimonii.* Eius continuatio reperitur in omnibus editionibus *Aimonii*, excepta editione *du Cheſne*, & etiam inſerta eſt haec continuatio parti ſecundae *Collectionis Hiſtoricorum Galliae, per Freherum* editae, p. 477. uid. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 7005. qui ibi toto articulo 5. Hiſtoricos multos, de rebus galliae ab anno 1137-1180. ſub regno Ludouici VII. agentes, a numero 6991-7011. adducit.

(1511.)

Rigidiſtas, (ita uocantur in Papatu a quibusdam illi, qui munus ſuum accurate in catechiſando & abſolutionem adminiſtrando rigide & ſecundum antiquos canones & conſcientiam ſuam adminiſtrant. Hoc nomen autem primum in Belgio hiſpanico ortum eſt, ubi Ianſeniſtae pro *Rigidiſtis* habiti ſunt) librum, cui tit. *Clericus romanus contra nimium rigorem munitus*, & quia alius refutationem acerbam huius libri edebat, *Francolinus* 1712. ipſi oppoſuit *Francolinum uindicatum.*

(1511.) De Origine *(a)* Francorum *(b)* diſquiſitio per G. G. L. in 12. Hannouerae ap. Foerſter. 1716. Auctor eſt *Godofr. Guiliel.* BARO DE LEIBNITZ *(c)* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* p. 164.

(1512.) Fridericus reſurgens 1683. in 8. pl. 1. Auctor eſt *Fridericus* BRECKLING. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen.* 1717. p. 1102.

(a) Gallus quidam (nimirum P. *Tournemine* cf. *Journal des Sabans* 1722. menſ. Febr. p. 212.) edidit: *Extrait d'une diſſertation latine de Mr. le Barón de Leibnitz ſur l'origine des François.* Quod ſcriptum recenſetur *dans les Mémoires de Trebouх* 1716. menſ. Ianuar. art. 1. ibid. art. 2. recenſetur aliud ſcriptum P. *Tournemine* contra hanc diſſertationem Leibnitzianam, in quo P. *Tournemine* contra *Leibnitzium* probare contendit cum *Bodino*, *Triborio* & P. *Laccary*, Francos originem ſuam habere a Gallis, qui ſub Segoveſo optimam Germaniae partem inter Rhenum, Albim & Moenum incoluiſſent.

(b) *Tournemine* alias magni aeſtimabat *Leibnitzium* & de hac controuerſia in epiſtola *au Journal des Sabans* 1722. menſ. Febr. p. 213. inſerta, ſcribit: *Ce ne fut donc qu'abec une extrême repugnance, que je me determinai à contredire ce grand homme & à refuter ſa diſſertation ſur l'origine des François, l'amour de ma Nation l'emporta, je ne pus me reſoudre à lui laiſſer ôter des ancêtres auſſi illuſtres, que ces braбes Gaulois* ſq. paulo poſt pergit, ſua argumenta, contra *Leibnitzium* producta, ab illo non eſſe deſtructa.

(c) Leibnitzius mortuus eſt 1716. auctor Francos proueniſſe putat ex oris maris Baltici & littoris Oderae. Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* dicit, LEIBNITZIUM ſententiam ſuam deſumſiſſe ex Geographo anonymo *Rabenatenſi*, quem edidiſſet *Placidus Porcheron*, monachus Benedictini ordinis.

Friſingenſis (Ottonis) chronici continuatio. uid. ſub uoce *continuatio.*

(1513.) Funebris pompa in parentalibus ampliſſ. & Rev. D. D. Caſtilione &c. *amore & dolore adornata auctore Patre anonymo eiusdem familiae Ciſtercienſis.* in fol. Auctor huius ſcripti, modeſtia ductus, ſe non nominauit, eſt autem P. *Alanus* MACULANI, *Placentinus, Lector Theologiae.* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1719. p. 131.

G.

(1514.) Gallia, ſeu de Francorum Regiis, Domaniis & Opibus Commentarius in 24. Lugduni Batauorum 1629. Auctor eſt *Jean* de LAET, qui mortuus eſt 1649. collegit ſua ex *Thuano, de Seiſſel, Botero, Bodino, Sammarthano, Papirio Maſſono & Mercurio Gallico.* Hic liber differt ab iſta collectione, quam auctor edidit 1626. ſub tit. *Respublica, ſeu Status regni Galliae.* uid. le Long l. c. num. 11379. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus ſcripta, cum hoc conferenda, adducit.

S. Genovefae uita uid. ſub uoc. *uita.*

Gallicae Coeleſtinorum congregationis ordinis S. Benedictini Monaſteriorum fundationes uid. uoc. COELESTINORUM. n. 1383.

(1515.) Geographia noua, ueterum locorum regnorumque nominibus & hiſtorica Synopſi aucta. *Opuſculum I, in quo liber II Europam, Liber III. Luſitaniam & Hiſpaniam deſcribit. Tyrnauiae typis acad. Soc. Ieſu* 1725. pl. 10. in 12.

in 12. Prof. TOSCH plurima in hac Geographia elaboraſſe dicitur; contulerunt tamen etiam ad illam ſuos labores ceteri Profeſſores iſtius academiae. Opuſculum hoc ob ordinem concinnum & ſtilum laudatur. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1726. p. 11.

(1516.) Germania Princeps, Auctor huius libri eſt *Ioh. Peter* de LUDEWIG, *Cancellarius & Prof. Iuris in academia Halenſi.*

(1517.) Geſta Treuerorum, (*a*) *anno ante conditam romam 1200 ad annum Chriſti 1132.* (*b*). Trithemius libro 2. *Annalium Franciae* bis mentionem facit GOLSCHERI, *Monachi S. Matthiae Trevirenſis*, qui florebat circa annum 1140. & refert, quod hic GOLSCHER ſcripſerit *Geſta urbis Trevirenſis.* (*c*)

(*a*) Haec hiſtoria inſerta eſt Tom. 1. *collectionis* G. G. *Leibnitzii*, quae titulum gerit: *Acceſſiones hiſtoricae* in 4. Hannouerae 1700. Eadem hiſtoria ab anno Chriſti 30 ad annum 1122. Hoc fragmentum inſertum eſt Tomo 12. *ſpicilegii Lucae D'Acheri*; ſed hic omiſit omnia illa, quae geſta ſunt ante annum Chriſti 30, quia haec pars hiſtoriae fabulis tantum repleta eſt. *Lambecius* Tom. 2. cap. 2. p. 977. exemplar quoddam allegat, quod usque ad annum 1146. pertingit. Hoc exemplar exſtat inter MSta Bibliothecae Imperatoris num. 164. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 15535. qui in numeris ſubſequentibus uaria adhuc ſcripta, de hiſtoria Treverorum agentia, allegat.

(*b*) *Placcius* quidem num. 1201. anonymor. titulum libri adducit, ſed auctorem ignorat.

(*c*) De his *Placcius* num. 1202. anonym. agere uidetur, ſed paululum confuſe.

(1518.) De Geſtis Caroli Magni *(a)* Libri duo *ad Carolum Craſſum, imperatorem, eiusdem Caroli pronepotem, ſcripti a quodam Monacho ſancti Galli ex relationibus Werimberti ſacerdotis & Adalberti Militis patris eius.* Quidam credunt, NOTKERUM, *le Begue* (blaeſum,) eſſe auctorem huius Hiſtoriae, qui floruit circa annum Chriſti 886.

(1519.) Gloſſa interlinearis V. & N. T. congruis Patrum ſententiis illuſtrans *(b)*. Auctor eſt ANSELMUS, *Laudunenſis, Eccleſiae Scho-*

(*a*) Stilus auctoris ſimplex eſt & rudis, immiſcet etiam interdum ſuis narrationibus fabulas, deprehenduntur tamen in illa uariae res, quae ſpectant ad hiſtoriam illius temporis, & quae alibi non facile inuenientur, ita iudicat Voſſius lib. 2. cap. 38. *de hiſtoricis latinis* p. 338. Hic *monachus ſancti Galli* aliquot annis poſt mortem *Eginharti*, anno 848. defuncti, conſcripſit hanc uitam. *Goldaſtus* ſcripſit, neſcio quo ex fundamento, quod NOTKERUS eſſet auctor huius uitae, cuius pars 1 agit *de pietate huius imperatoris;* altera *de eius actionibus militaribus.* uid. le Long l. c. num. 6719. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus multa ſcripta, de Carolo Magno agentia, adducit. Haec Hiſtoria inſerta eſt Tom. 1. *Lectionum antiquarum Caniſii* p. 358. ſed haec editio multa falſa immiſcet & in quibusdam locis mutila eſt. Iidem libri prodierunt, cum manuſcripto codice *Moiſſiacenſis Coenobii* diligenter collati. Inſerta quoque eſt haec Hiſtoria Tomo 2 *du Recueil des Hiſtoriens de France per du Cheſne* p. 107.

(*b*) Exſtat etiam haec gloſſa interlinearis cum *Gloſſa ordinaria Walafridi Strabonis, Monachi Fuldenſis & Nicol. de Lyra* 1528. in opere *Bibliorum gloſſatorum* ſplendido, per Leandrum, *Benedictini ordinis monachum* edito, *Antverpiae* 1634.

Scholaſticus & Decanus. uid. Gerhardi *Patrologiam* p. 514. & Olearii *Bibliothecam ſcriptorum eccleſiaſticor.* Tom. 1. p. 60.

(1520.) Graeci Theologi de Chriſto, Paſcha ſuum praemature, atque in pane fermentato celebrante, diſſertatio, *a Theologo latino cenſoriis notis diſpuncta & confutata* 1730. in 8. pagg. 50. *Theologus* ille *graecus*, eſt *Soſimus* PERASTIANUS, (a), *Cephalonienſis*; aduerſarius eius, ſiue *Theologus latinus*, eſt P. SERRY (b), qui ſingula *Peraſtiani* momenta potiora confutat. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1731. p. 379. *und die Samml. von Theolog. Sachen.* 1731. p. 111.

(1521.) De curandis Graecorum affectionibus. Auctor eſt THEODORETUS, qui ipſe hoc fatetur in *prima quaeſtione ſuper Leuiticum.* Colomeſius itaque miratur *dans la Bibliotheque choiſie* pag. 441. inter opera Colomeſii, quod *Gerardus Iob.* Voſſius *in theſibus hiſtoricis de inuocatione Sanctorum & Robertus* Cocus negent, *Theodoretum* eſſe huius libri auctorem.

(1522.) Grammatica hebraica, a punctis aliisque inuentis Maſorethicis (c) libera, Pariſiis.

(a) Hic in Germania literis dedit operam & affirmat, *Chriſtum die ante Iudaeos Paſcha celebraſſe in pane fermentato.*

(b) Hic aduerſarium ſuum κατὰ πόδα & ſimul *Voſſium*, uel potius eius aſſeclas refutat, qui in diſſ. ſua *de tempore paſſionis Chriſti* ſententiam Graecorum defenderat.

(c) In prolegomenis, dimidium fere libri explentibus, methodum ſuam multis uerbis probare nititur & ad aliorum, prae-

riſiis 1716. in 12. pag. 497. Auctor eſt *Franciſc.* MASCLEF, *Canonicus Ambianenſis*, (Amiens).

Henrici II. ſiue Claudi imperatoris Biographia. uid. ſub uoce *Biographia.*

(1523.) H. Grotius enucleatus, Sedini 1692. in 12. pl. 15. Auctor eſt *Ioh.* SCHEFFERUS, uid. praefat. ad hunc librum p. 4. (a) collata p. 2. (b) fin.

(1524.)

---

praeſertim P. de *Quadros, Ieſuitae Salamancenſis* obiectiones, contra hanc methodum prolatas, reſpondet. Sequi plerumque uidetur *Spinoſae* methodum. Recenſetur haec grammatica *dans le Journal des Saỽans* 1716. menſe Majo art. 2. & auctores huius diarii credunt, ſententiam *Maſcleſi* non eſſe lubricam. *Maſclefus* etiam apud ſe ſe conſtituerat, ex ceteris quoque linguis orientalibus uocales prorſus eiicere, earumque incommoda opuſculis quibusdam grammaticalibus oſtendere. uid. *Journal des Saỽans* 1716. menſe Aug. art. 8. ubi haec grammatica adhuc recenſetur. Alia recenſio huius grammaticae exſtat *dans les Mimoires de Treỽoux* 1719. menſ. Oct. n. 3. ubi auctor merito propter nouandi & uaria miſcendi pruritum futilesque ſuos conatus perſtringitur. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1719. p. 403. Alia huius Grammaticae recenſio eſt *dans le Journal litteraire* Tom. 9. Part. 1. p. 42. recenſetur quoque haec grammatica in part. 4. *der Wurtenberg. Neben - Stunden* n. 4. & adducuntur ea, quae cel. Wolfius Hamb. contra Maſclefum monuerat. add. *Petri* GUARINI (*Presbyt. & Monachi e congregatione S. Mauri*) lib. 3. *grammat.* ubi eſt principiorum, quibus innititur noua *Maſcleſi* grammatica, a punctis aliisque inuentis maſorethicis libera, deſtructio, & punctorum maſorethicorum, quantum ad eorum poteſtatem attinet, antiquitas uindicata ibidem. *Maſcleſi* ſententia de uocalibus Ebraeorum refutatur etiam *in Obſerỽ.* 196. *Miſcell. Lipſienſ.*

H.

(1524.) Heluetii, Galliae incolae, ad Gallum apud Heluetios uerſantem epiſtolae XII, Auctor eſt *Jean* de LA CHAPELLE, uid. omnino in hac ipſa Bibliotheca ſub tit. *Lettres d'un Suiſſe* num. 707.

(1525.) Herculis Chriſtiani Luctae XXIV. *Argentorati* 1615. in 12. pagg. 62. Auctor eſt *Ioh. Valent.* ANDREAE, qui in hoc libro luctam ueri chriſtiani deſcribit, liber recenſetur in part. II. *Bibliothecae Thomaſianae* art. 3. add. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 528.

(1526.) Hilarii operum, *a monachis Benedictini ordinis editorum*, praecipuus adornator & notarum ad illa opera criticarum auctor eſſe dicitur COULANUS, uid. Simonius Tom. 3. *Biblioth. crit.* cap. 11. p. 113.

(1527.) Hiſtoria morborum Vratislauienſium. Auctor eſt HELWICHIUS. uid. *den neuen Bücher-Saal.* Tom. 2. p. 632.

(1528.) Hiſtoria ſupplicii Valentini Gentilis. Auctor eſt *Benedictus* ARETINUS. uid. Baylii Dictionnaire in uoc. *Gentilis* (Ioh. Valent.) not. A. Quidam hunc librum tribuerunt *Theodoro* BEZAE.

Hiſtoria Europae arcana. uid. ſupra uocem *Anecdota* n. 1302.

(1529.) Hiſtoria de Maria, (*a*) *Scotorum* regi-

(*a*) *Maria Stuart*, uidua *Franciſci* II, regis Galliae, capi-

regina, totaque eius contra regem coniugem conſpiratione, foedo cum Bothuelis adulterio (a) &c. in 8. 1572. Auctor eſt *Georg* BUCHANAN, *Scotus* qui famoſiſſimam hanc ſatyram contra iſtam reginam compoſuit.

Hiſtoria Martyrum. uid. ſupra ſub anonymis gallicis. uoce *Martyrs* num. 737.

(1530.) Hiſtoriae Congregationis de auxiliis, ultimam manum impoſuiſſe dicitur *Paſchaſius* QUESNEL, *Ianſeniſta*. uid. ſupra ſub tit. *Cauſa Quesnelliana* not. (b).

(1531.) Hiſtoria Philoſophiae Sinenſis (b). *noua methodo tradita, & eruditorum omnium, ac in iis praecipue Ioh. Burchardi Menckenii ſq. iudicio ſubmiſſa. Praemiſſum eſt auctoris de Hiſtoriae Philoſophicae lacunis monitum, Brunſuic.* 1727. in 4. cel. Heumannus in *Conſpectu Hiſt. liter.*

---

capite plexa eſt 1578. uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 10029. qui & in numeris ſubſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, adducit, adde etiam in hac ipſa Bibliotheca mea ſub uoce *Innocence* num. 617.

(a) Haec hiſtoria etiam inſerta eſt *collectioni operum Buchanani* in fol. *Edimburgi* 1716. editis. Auctor eſt mortuus 1582. Prodiit etiam gallica huius hiſtoriae uerſio cum epiſtolis ad *Botuſſel* in 8. *Edimburg* 1572. quae uerſio inſerta eſt Tom. 1. *des Mémoires du Regne de Charles* IX. p. 110. in 8. *Middelbourg* 1578. Exſtat etiam anglica eiusdem libri uerſio in 8. 1651. edita.

(b) Conſtat ex 4 capitibus 1) eſt breuiſſimum & agit *de definitione & diuiſione Hiſtoriae Philoſophicae Sinenſis* 2) *de ſcopo & fine illius* 3) *de obiecto eiusdem* i. e. *Philoſo-*

liter. p. 207. ſcribit: *Iac. Frider.* REIMANNUS (*a*) an. 1727. ἀνωνύμως edidit *Hiſtoriam Philoſophiae Sinenſis* in 4. plagulis. uid. cel. Stollius *in der Nachricht von ſeiner* Bibliothec p. 224. ubi hoc ſcriptum recenſet, ſed auctorem ignorat, notans tamen in illo, quod uaria aſſerta non ſatis accurate probaſſet, & pro ratione tituli materiam nimis leuiter & breuiter pertractaſſet, amphoram coepiſſe illum inſtituere, urceum exiiſſe. Addenda quoque non magni momenti eſſe; apparere item ait ex hoc ſcripto, auctorem non eſſe Wolfii partibus addictum.

(1532.) Hiſtoria ſymboli apoſtolici *cum obſeruationibus eccleſiaſticis & criticis ad ſingulos eius articulos, ex anglico ſermone in latinum translata Lipſ.* 1706. in 8. 1. Alph. ap. *Thom. Fritſchium.* Auctor huius libri, anglice primum ſcripti, eſſe putatur *Petr.* KINGIUS, *eques & ICtus Anglus; Godofredus* OLEARIUS *theol. Lipſienſ.* autem eſt auctor latinae illius libri uerſionis. uid. *die 14te Oeffnung des neuen Bücher-Saals* 1712. p. 85. *und die Leipz. gel. Zeit.* 1735. n. 35.

---

loſophia ipſa Sinenſium 4) quod cum praecedente omnium eſt diffuſiſſimum agit *de mediis ad hiſtoriam huius Philoſophiae perueniendi.* Meminit etiam cel. Chriſti. Wolffii *orationis de Philoſophia Sinenſium practica*, quam ſumme reuer. D. Langius quoque cum annotationibus edidit.

(*a*) De ceteris plerisque ſcriptis cel. Reimanni uid. celeb. Stollius *in den Noten zu Heumanni Conſpectu reip. liter.* p. 481. de uita & ſcriptis eius uerboſe cel. Goetten *in dem jetztlebenden gelehrten* Europa Part. 1. p. 785-800, praeſertim p. 796. hoc ſcriptum Reimanno quoque tribuit.

n. 35. p. 273. Dornium in *bibl. theolog. crit.* Part. 2. p. 439. it. Chriſtoph. Matthaeum Pfaffium *in noua librorum ſymbolicorum editione latina.* 1731. c. 2. §. 2. (g) p. 26. ubi auctorem huius hiſtoriae etiam uocat KINGIUM & uerſionem latinam a *Godofredo* OLEARIO profectam eſſe dicit. add. quoque Rumpaeus in diſſ. *de morte naturali* 1728. p. 25. cel. Wolfius *in annotationibus ad Caſauboniana* elegantem uocat librum p. 319.

Prima libri anglicani editio prodiit Londini 1702. Secunda cum obſeruationibus eccleſiaſticis & criticis ad ſingulos eius articulos ibid. 1703. uid. *catalog. Biblioth. Haſcanae* p. 445.

b. ITTIGIUS in hac hiſtoria Socinianiſmi ſemina latere iudicauit. Statuit quoque KINGIUS diuerſum a coelo & inferno animarum ſeparatarum receptaculum, adeoque Papiſtarum purgatorio fauet. Auctorem huius hiſtoriae ignorat Hector Godofr. Maſius in diſſ. *de contemtu Concilii Dordraceni in Anglia*. §. 11. recenſetur hic liber in Tentzels curieuſ. Biblioth. *im dritt.* repoſit. p. 383. *in Actis erudit. Lipſ. lat.* 1704. p. 53. & in Clerici *bibliotheque choiſie* Tom. II. p. 420. In praefatione latinae uerſionis *Olearius* docet, ſcopum auctoris hoc in libro eſſe, *ut hiſtoricae atque criticae ſymboli enarrationis conamina proponat inueniatque, ſi fieri poſſit, auctores ſymboli atque architectos, tempus, cui ſuos ſinguli articuli debeant natales, eorum concinnatorum ſcopum atque occaſionem* &c. uid. Fabricii *hiſtoriam biblioth. ſuae* part. 6. p. 478. qui multa praeclara in hoc libro

occur-

occurrere dicit, praecipue explicationem articuli *de deſcenſu Chriſti ad inferos* ſecundum ſenſum antiquae eccleſiae. *Ioſeph.* BINGHAMIUS ſtilum ſuum contra KINGIUM exercuit. Cel. Reimannus, *in catal. bibl. ſuae theol.* p. 49. qui nomen angli auctoris & Translatoris latini ignorat, Anglum tamen contra b. *Ittigii* iudicium defendit, Socinifmi ſuſpicionem illi abſtergens, quo ipſum auctorem laborare putauerat Ittigius *in Hiſt. Eccleſ. Sec.* 1. *cap.* 3. §. 15. p. 98. Sed ſine cauſa. Patet enim, iudice cel. *Reimanno* l. c. ex p. 32. 64. 65. 111. 211. 259. &c. iſtius hiſtoriae, auctorem δὶς διὰ πασῶν a Socinianis diſſentire. Licet inficias non eat *Reimannus*, auctorem eſſe παραδοξόφιλον & ſubinde quaedam inſerere huic commentationi hiſtoricae contra ſententiam eorum, qui id ſibi credunt datum eſſe negotii, ut orthodoxia ſarta tecta conſeruetur. Ex quibus exſtantiora ſunt.

1) *Symboli* uocem petitam eſſe a ſacris gentilium, in quibus initiatis certae notae ac ſigna dabantur, quae appellabantur *Symbola*, quibus productis ad adyta iisdem patebat aditus p. 8.

2) *Senſum* Symboli apoſtolici non hauriendum eſſe ex Scr. ſ. ſed ex patribus & haereſium earum conſideratione, quibus articuli fuerunt oppoſiti p. 34.

3) *Deſcenſum Chriſti ad inferos* hoc ſibi uelle unice, quod anima eius, ad inuiſibilem mundum abierit, a ſpiritibus ſeparatis habitatum,

tatum, ibique iuxta Dei & naturae leges tranquille diem reſurrectionis exſpectauerit.

Reimannus etiam auctorem uocat omni genere doctrinae praeſtantem, graecis imprimis latinisue literis egregie eruditum, nec ebraicarum expertem, & in monumentis Patrum utriusque eccleſiae ita uerſatum, ut pauci.

(1533.) Hiſtoria diplomatica de ſtatu religionis euangel. in Hungaria, (*a*) 1710. in fol. 119. pl. & 10. fig. aen. auctor genuinus huius libri eſt Baro de HULDENBERG, uid. *cata-*

(*a*) Auctor hoc opus ſcripſit ad confirmandam pacem in Hungaria, in praef. ſecunda probat contra Ieſuitam *Szentiſani*, religionem Proteſtantium non eſſe cauſam belli Hungarici. Reformati per Crypto-Caluiniſmum in Hungariam peruenerunt. Comes Paulus *Perini* (quem *Iſtuanſius* auctorem religionis euangelicae in Hungaria fuiſſe putat, licet ante illum Martin. Cyriac. *Letſci*, Dionyſ. *Lincei*, Balth. *Gleba* &c. multos conuerterint) per conciones Steph. *Kopaczi* & Mich. *Szarai* conuerſus eſt. *Honterus* typographeo ſuo, in Hungaria conſtituto, Euangelicam religionem ualde adiuuit. 1610. a ſtatibus Hungariae 3 Superintendentes, unus ſuper comitatum *Liptouienſem*, *Aruenſem* & *Trenchinienſem*, alter ſuper comitatum *Thoroczenſem*, *Neogradienſem*, *Zolienſem* & *Hontenſem*, tertius ſupra comitatum *Barſienſem*, *Poſonienſem* & *Nitrienſem*; item 3 Germani Inſpectores ſecundum iſtam diuiſionem conſtituti ſunt. uid. p. 25. Tractatum iſtum in appendice contra uehementem Epiſcopi *Barzoni* librum confecit D. Sam. *Andreae*. Adhaeret etiam *Tranſyluanorum Hiſtoria diplomatica religioſa*, quae a Papiſta quodam confecta uidetur

catalog. Bibliothecae Cyprianae p. 39. Baro autem de HULDENBERG fuit *legatus electoris Hannouerani in aula caeſarea.* Omnia, quae in praefatione iſtius hiſtoriæ diplomaticae dicuntur, ad hunc Baronem quadrant, eſt enim ex regno Boruſſiae oriundus. Haec ſunt uerba Cypriani ſumme reuerendi l. c. D. Pfaffius in libro *de la verité de la religion proteſtante* CORTREIUM iſtius hiſtoriae diplomaticae auctorem eſſe cenſet. Alii Superintendenti KERNMANNO, fata ſatis aduerſa & infauſta experto, hunc librum tribuunt. uid. part. 70. *der auserleſenen Theolog. Bibliothec* p. 962.

(1534.) Hiſtoria epiſcopatuum foederati Belgii, *Lugduni* 1719. in fol. Auctor eſt *Hugo* DE HEUSEN, *Papiſta* quidam. uid. *fortgeſetzte Sammlung von Theolog. Sachen* 1719. p. 919.

(1535.) Hiſtoriae arcanae ſpecimen de uita Alexandri VI. Papae. Auctor huius ſcripti eſt celeb. LEIBNITZIUS, qui tantum adiecit litteras G. G. L. & hanc hiſtoriam *Hannouerae* edidit.

(1536.) Hiſtoria captiuitatis Franciſci I. Galliarum regis, *nec non uitae Caroli V. imperatoris in monaſterio. Addita relatio uitae mortisque Caroli infantis, Philippi II. regis Hiſpaniae filii*

---

detur & in plerisque conuenit cum anonymi: Nachricht vom bisherigen Zuſtand der Evangeliſchen Religion in Siebenbürgen, quae recenſetur *in den Unſch. Nachr.* 1709. Laudatur hic liber *Huldenbergii in den Unſch. Nachr.* 1710. p. 337. Potiora huius Hiſtoriae momenta ex MSto referunt auctores *der Unſch. Nachr.* 1709. p. 231-252.

filii ex auctoribus Prudentio de Sandoval, Epiſcopo Pampelonae & Ludouici de Crabera de Cordua, ex Hiſpanica lingua in latinam conuerſis, excerpta, Mediolani 1715. in 8. 1 Alph. Auctor huius uerſionis latinae eſt *Adam* EBERT, *quondam Prof. Iuris Francoſurti ad Oderam*, qui etiam *relationes ex Parnaſſo* edidit. Recenſetur haec hiſtoria in *actis eruditor. Lipſienſ. latinis* 1715. art. 11. ubi etiam alia adhuc huius auctoris ſcripta recenſentur, quae in MSto exſtant in Bibliotheca Berolinenſi. Recenſetur quoque haec hiſtoria *dans le Journal des Savans* 1717. menſ. Septembr. n. 2.

(1537.) Hiſtoria academiae Scientiarum, in latinum *(a)* uerſa a I. F. C. *Med.* D. Lipſ. 1715. in 8. pagg. 484. Auctor eſſe dicitur D. *Ioh. Frider.* CURAEUS, uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 429.

(1538.) Hiſtoria, typographorum (*b*) aliquot Pariſienſium uitas & libros complectens. Lond. 1717. in 8. Partes 2. pagg. 320. Au-

(*a*) Continentur tantum in hac uerſione articuli de phyſicis, anatomicis, chemicis & botanicis rebus agentes, omiſſi autem ſunt illi articuli, qui agunt de Mechanica, Geometria & Aſtronomia. uid. *le Journal des Savans* 1715. menſ. Aug. n. 4. & menſ. Dec. 1716. n. 4. priori loco haec uerſio commendatur propter perſpicuitatem & elegantiam. cf. Inter anonymos gall. uoc. *hiſtoire de l' academie roiale des ſciences*.

(*b*) Recenſetur quoque haec hiſtoria *dans les Mimoires de Trevoux* 1718. menſ. Iul. n. 9. & conſilium hoc loco ſuppeditatur, ut cum hac hiſtoria, ſi quis eam recte intelligere & de ſcriptis typographorum, quae hic recenſentur, recte

320. Auctor eſt Mr. MAITTAIRE, qui optat, ut typographi maiorem litteris dent operam, omiſit tamen multa illorum typographorum ſcripta, quorum libros quosdam recenſuit. uid. *le Journal des Savans* 1718. menſ. Majo n. 11.

(1539.) Hiſtoria philoſophica doctrinae de ideis. *(a) Auguſtae Vindelicor.* in 8. 1723. 1 Alph. (*b*) qua tum ueterum, in primis Graecorum, tum recentiorum philoſophorum placita enarrantur. Auctor eſt *Iacob.* BRUCKERUS, *Augu-*

---

probe erudiri uelit, coniungantur ſcripta a Mr. *Cheſalier* & *la Caille* publicata quondam de arte typographica. Auctor in hiſtoria hac typographorum deſcribit uitam *Sim. Colinaei*, *Mich. Vaſcoſani*, *Wilh. Morelli*, *Adr. Turnebi*, *Fed. Morelli I*, *Ioh. Benenati. Fed. Morelli II*, *Claud. Morelli I*, *Claud. Morelli II*, *Carol. Morelli* & *Ægidii Morelli*. Idem *Maittaire* edidit etiam 1709. *hiſtoriam Stephanorum.*

(*a*) Recenſetur haec hiſtoria *in actis eruditor. Lipſienſ. latin.* 1723. Menſ. Sept. n. 5. eiusd. anni. Alia huius libri recenſio exſtat in part. 96. actor. eruditor. germanicor. n. 5. p. 870. ubi auctor *Ioh.* BECK eſſe cenſetur, quod uero corrigendum & nomen *Iac.* BRUCKERI ſubſtituendum monet auctor *der Leipz. gel. Zeit.* 1724. p. 535. recenſetur quoque Pars 1. huius hiſtoriae cum elogio in Tom. 8. *de la Bibliotheque germanique* n. 12. & Pars 2. Tom. 9. n. 3.

(*b*) Supplementum 1. ad hanc hiſtoriam exſtat in Schelhornii *amoenitatibus literariis* Tom. 7. p. 173 - 250. *de conuenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis, harumque ex illis origine.* Auctor huius tractationis eſt *Iac.* BRUCKERUS quanquam non additum eſt eius nomen.

Supplementum 2. eiusdem auctoris, uaria paralipomena & illuſtrationes complectens, exſtat ap. eundem *Schelhornium* Tom. 8. p. 299 - 337.

Auguſtanus, ut indicant litterae initiales, praefationi ſubiectae.

(1540.) Hiſtoriae anglicanae Scriptores uarii, e *codicibus MStis nunc primum editi. Londini* 1723. in fol. Auctor huius collectionis eſt *Ioſeph* SPARKE, *Praebendarius Peterboroughenſis.* Scriptores, in hac collectione contenti, ſunt 1) *Vita S. Thomae, Cantuarienſis Archiepiſcopi, a Will, Stephanite* conſcripta. 2) *Chronicon Angliae* 3) *Hugonis Candidi, Coenobii Burgenſis Hiſtoria usque ad Henricum* III. 4) *Roberti Svvaphami Hiſtoria coenobii Burgenſis.* 5) *Walteri de Witleſey Hiſtoria coenobii Burgenſis* 6) *Hiſtoriae coenobii Burgenſis continuatio* & 7) *Hiſtoria coenobii Peterboroughenſis, uerſibus gallicis conſcripta.* uid. *Mémoires litteraires* Tom. 14. n. 6. ubi haec hiſtoria recenſetur.

(1541.) Hiſtoria Auentiae plene detectae. uid. uocem *Apologia* n. 1324.

(1542.) Hiſtoria Mediani, in monte Voſago Monaſterii, *Ord. S. Benedict. ex congregat. SS. Vitoni & Hidulſi. Argentor.* 1724. in 4. 2. Alph. pl. 13. conſtat haec hiſtoria ex partibus 4. & recenſetur in part. 6. *der auserleſ.* Theolog. Biblioth. n. 5. & *dans le Journal des Savans* 1725. menſ. Sept. edit. Amſtel. n. 3. Auctor eſt *Humbert* BELHOMME, *abbas huius monaſterii.* Contenta huius hiſtoriae paucis indicantur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1724. p. 984.

(1543.) Hiſtoria fratrum Sportulantium. *Francoſ. & Lipſ.* 1724. in 8. Auctor tantum litteras nominis ſui initiales titulo ſubiecit, nimi-

rum

rum M. G. C. C. eſt autem iſte M. *Godofredus Chriſtoph.* CLAUDIUS, *Paſtor Subſtitutus Pratavienſis*, uti ſe ipſum uocat poſt dedicationem. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von Theologiſchen Sachen* 1724. p. 647.

(1544.) Hiſtoria Iurisprudentiae Europaeae, *a Iuſtiniano per medium aeuum usque ad noſtrum, Wismariae* 1725. Auctor eſt dominus CAROC, *Syndicus Wismarienſis.* uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1725. p. 363. ubi etiam eſt breuis Sciagraphia huius libri.

(1545.) Hiſtoriae ſacrae *libri 7 in uſum ſcholarum & iuuentutis chriſtianae. Londen* in 12. pl. 15. *Guil.* NICHOLS has uitarum deſcriptiones ex *Sabellico* extraxit. uid. *Acta eruditor. Lipſ. lat.* 1712. p. 395.

(1546.) Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinorum Iacobitarum. (*a*) *Pariſ.* in 4. 3. Alph. pl. 14. Auctor eſt celebris *Euſebius* RENAUDOT, qui nomen non in titulo, ſed ta-

(*a*) Haec hiſtoria multo uberior, ſolidior & accuratior eſt, quam *Sollerii* opus de hac materia. Agit primum de his patriarchis & eorum antiquitatibus generatim, usque ad tempora Eutychianiſmi ex genuinis documentis orientalibus. Deinde tantum agit de *Eutychianis*, uel *Iacobitis patriarchis* usque ad hodiernum Patriarch. Ioh. *Tubki*, deſcribit accurate priorum hiſtoriam & praeſertim hiſtoriam Iacobi *Zanzali*, a quo Iacobitae nomen ſortiti ſunt. *Seldenum* ſaepe tanquam rerum orientalium minus peritum notat. Promittit etiam peculiarem librum *de fide Iacobitarum & de Neſtorianis* uid. *die Unſch. Nachr.* 1714. p. 997.

men in praefat. poſuit. uid. magnif. Loeſcheri *theolog. annales* 1713. n. 296. p. 177. add. *den Bücher-Saal die 42ſte Oeffnung* p. 385. *Journal des Savans* 1724. menſ. Mart. p. 307. & *Acta erudi-tor. Lipſ. lat.* 1714. p. 489.

(1547.) Hiſtoria critica (*a*) Theologiae Theticae & moralis Magni Theologi Salani. *Francof.* 1724. in 4. Theologus ille eſt b. BUDDEUS, quo inconſulto haec hiſtoria ab anonymo quodam in lucem prodire iuſſa eſt. Quod quidem prorſus laudare ſe non poſſe ait cel. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 112, ſed nec uituperare omnino, quia nec gloriae, nec lucri, nec commodi priuati, uerum utilitatis publicae cauſa factum. Sane plagium non eſſe. Siquidem auctoris nomen non ſit diſſimulatum, nec tanta bile dignum facinus, quanta in declaratione (1724. in 4. pl. 1. continetur, quam editori oppoſuit, qui in Anti-declaratione ſe non inepte defen-

(*a*) Quae laudanda & uituperanda ſunt tam in hac hiſtoria critica theologiae, quam in Iſagoge theol. uid. ap. Reimann. l. c. p. 113. hic enim laudat hiſtoriam criticam *a ſcriptorum theologicorum copia, uarietate & ordine cum primis, in quo & temporis habita eſt ratio & argumenti. Sed non aeque a ſelectu & circumſpectione & ratione iudicandi, qua auctor uſus eſt, quot enim leuis armaturae milites hic in aciem producti ſunt, omiſſis melioribus? Quot ſcriptorum nomina cum aliis confuſa, corrupta, perperam allata? Quot ſcripta ab auctore non uiſa, non lecta, non diligenter ſatis uerſata, non ad aurificis ſtateram appenſa? Quanto partium ſtudio, quam parce, quam frigide, quam negligenter, quam nihil de nonnullis iudica-tum?*

ſendit, & maculam, ſuo nomini inſperſam, modeſte & neruoſe eluit. Et haec *biga hiſtoriae theologicae*, illuſtriori tamen habitu, inſerta eſt b. Buddei *Iſagogae Hiſtorico-theologicae ad theologiam uniuerſam* &c. *Lipſ.* 1728. in 2. Tomis editae.

(1548.) C. A. G. F. Hiſtoria graeca. (*a*) *Francof.* 1720. in 4. Auctor eſt *Chriſtoph.* ANGELUS, *Peloponeſius*, homo ſimplex & a bonis animi aeque ac a bonis fortunae deſtitutus. Illuſtrator autem D. *Ge.* FEHLAVIUS, *Eccleſiaſtes Dantiſcanus*, uir non indoctus, ſed qui in muſtaceo quaeſiuit laureolam, & uerboſis auctorum teſtimoniis ſuo ANGELO, multisque in proſa & uorſa ad ſe datis elogiis, ſibi lucem poſſe circumfundi exiſtimauit (*b*).

 (1549.)

tum? Praeferenda tamen hiſtoria theologiae moralis theticae, quia in illa plures, quam in hac auctor habuit, qui facem praetulerunt. Et in iis Gebhardum Theodorum Meyerum praecipue, quo quidem aliquatenus eſt dilucidior, ſed itidem infirmior. Robuſtior in Iſagoge hiſtorico-theologica, in qua pleraque, quae in opere hoc imperfecto male tornata ſunt, adhibita lima correcta ſunt & emendata. Verum & omiſſa quam plurima: & in iis ea cumprimis, quae in ſchedis hiſce liberius pronunciata uideri poterant.

(*a*) Genuinus huius libri titulus eſt: *de ſtatu & ritibus eccleſiae graecae* (uid. praef. p. 2. & p. 18.) & hic titulus etiam erat in prima eius editione *Anglicana* graeca & *ſecunda Dantiſcana* graeco-latina 1668. in hac tertia autem titulus non aliam ob cauſam a bibliopola immutatus uidetur, quam ut lectori perſuaderet, hoc opus a priore plane diuerſum eſſe.

(*b*) Sed multa hodie aliter ſe prorſus habent in Graecia,

(1549.) Hollandiae Seelandiaeque comitum ac dominorum Friſiae icones & hiſtoria. Lugd. Batauor. auctor eſt *Adrian.* BARLANDUS. uid. catalog. Biblioth. Haſeanae p. 355.

(1550.) Holmia litterata, (*a*) quae prodiit *Holmiae* 1701. in 4. haec editio recenſetur *in Actis eruditor. lat.* 1702. p. 230. & recuſa eſt ibid. 1707. auctorem habet *Richardum* VON DER HARDT, *Osnabrügenſem*, *Hermanni von der Hardt* fratrem, *antiquarium Holmienſem*. uid. Fabricii *hiſt. bibl. ſuae* part. 5. p. 232. qui cum ſcripto hoc ob ſimile argumentum conferri poſſe ait Antonii Stiernmanni *Aboam litteratam, Holmiae.* 1719. in 4. uid. Strubbergii *indicem Theologor. Lutheranor.* p. 15.

(1551.)

cia, quam ab Angelo deſcripta ſunt, ſermone tamen tam plebeio, ut iudice Alexandro Helladio, Theſſalo-Lariſſenſi *in ſtatu praeſenti eccleſiae graecae* c. 15. p. 229. non niſi cum autodidactorum lingua graecorum comparari poſſit, ideo cel. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 802. hos uerſus de Angelo pronuntiat:

Vir ſimplex, fortaſſe pius: Sed ſcriptor ineptus
Vult, tentat, peragit: Plurima, pauca, nihil.

(*a*) De hoc ſcripto ita iudicat cel. Reimannus *in catal. literar.* p. 251. *Inſcriptio ſimplex operis praeclari. In quo ſexcenta, reipublicae noſtrae literariae Senatoribus incognita de Suecorum Scriptoribus & ſcriptis editis, ineditis, nouis inuentis, numis, imaginibus, aeri inciſis, naturae miraculis, rebus mechanicis, metallis, lapidibus, tabulis geographicis, bibliothecis, Pinacothecis, numophylaciis & aliis,*

(1551.) Horologium ſacrum. *Bartſae* 1709. in 12. Lippiſchius *in Thorunio Hungarorum, literis deditorum matre* p. 31. Neſcio, ait, utrum *Ioanni* SINAPIO, an alteri tribuendum ſit *Horologium ſacrum*, cui praefixae ſunt acclamationes uotiuae Chr. *Funccii*, M. Abr. *Vechneri*, Mart. *Ridteri* &c. ex quibus colligere licet, SINAPIUM opuſculum hocce *Gorlicii* euulgaſſe.

(1552.) Huetiana, *(a) à Amſterdam* 1723. Collector diſperſorum horum foliorum eſt Abbas OLIVERIUS, qui etiam auctor eſt uitae praemiſſae, cui Pet. Dan. HUETIUS chartas ſuas aſſeruandas reliquerat.

(1553.) Huisburgenſis monaſterii Chronicon *in dioeceſi Halberſtadienſi ab anno* 1080. *usque ad annum* 1121. quod inſertum eſt Tom. 2. p. 533-540. Henr. Meibomii *rerum germanicar. Helmſtad.* 1688. tribus tomis editar. au-

aliis, ad hiſtoriam eruditionis pertinentibus, de quibus in noſtris monumentis literariis ne γρὺ quidem. Et quibus Ioh. Scheſſeri Suecia literata & quae Ioh. Molleri ope eidem acceſſerunt Hypomnemata mirum quantum augeri poſſunt. Utinam ad noſtra usque tempora hoc opuſculum eſſet continuatum & meliore ordine digeſtum.

(*a*) Praeſtat hic liber, gallice ſcriptus, ceteris libris in *Ana*, & eſt in illis eruditio, omnisque dulcedo & lepor. Plura de uſu & praeſtantia *Huetianorum* uid. in cel. Reimanni *catal. literar.* p. 601. ſq. Acuta iudicia de Scriptoribus & Scriptis, rebus & uerbis, ſcientiis & earum Profeſſoribus in illis occurrunt. Verboſe docte & accurate de Huetianis, *Huetii* ſcriptis & aliis rebus, ad eum pertinentibus, agit cel. Stollius in der Nachricht von ſeinen Büchern. p. 678-686.

ctorem habet *Henr.* BASSAEUM, ut iudicat celeb. Reimann. in tract. *de libris genealogicis* p. 106. & Chr. Franciſc. *Paullini*, (qui per aliquod tempus in hoc monaſterio latitauit) ſcribit, *ſe hoc chronicon in MS. ibid. uidiſſe & idem iſtud eſſe, quod Meibomius ſcriptoribus ſuis inſeruit, excepto tamen prologo*, p. 533. *usque ad* 537. *progreditur, & Epilogo, qui ab abbate* XXX. *Conrado de Minda usque ad XXXV Georg. ſcil. Puſtermacker ſe extendens a Iac. Hildeshemio, praeſule* XXXVI. *adiectus*. In eo enim & ipſius *Baſſaei* fit mentio his uerbis p. 539. *Ioh. Stoppel, abbas* XXX *in religionem ſuſcepit Heinricum Baſſaeum Anno* MCCCCLXXXIV. *qui miſſus Ballenſtedium (ad Hercyniam) ibi in Prioratu obiit, quaedam non ſpernenda opuſcula ſuo marte compoſuit* (Sec. XV. & laudem ſingularem ſibi comparauit) hoc chronicon nihil aliud eſt, quam *catalogus abbatum Huisburgenſium* cum breui illuſtratione hiſtorica. Edidit etiam *Baſſaeus genealogiam illuſtriſſ. principum Anhaltinorum*, de qua uerboſe agit cel. *Reimann.* l. c. p. 106.

(1544.) Hypotheſis etymologica de hebraea & affinibus linguis orientis, e graeca lingua deriuandis, quam modeſte expendit *Chriſtian Benedict* MICHAELIS. Auctor huius hypotheſeos, quem MICHAELIS tantum uocat uirum celeberrimum, eſt Hermann VON DER HARDT.

I.

(1555.) Idea grammaticae linguae belgicae.

gicae. Auctor eſſe dicitur *Adrian* VERWER. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1714. p. 175.

(1556.) Idea febris epidemicae, *anni decimi ſexti ab extremo ſeculo Maceratenſi in hac ciuitate ad inſtar aliarum totam Umbriam & Marchiam peruagantium, in duas partes diuiſa in hiſtoricam ſcilicet & philoſophicam. Maceratae* 1718. in 4. pagg. 68. Auctor eſt D. *Anton Severin* BARBAROSSI, qui optimam huius febris deſcriptionem ex Hippocrate ſuppeditaſſe dicitur. Tribuit auctor huius febris originem uermibus & in ſuis obſeruationibus ſequitur ſyſtema *Valliſnieri*. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1719. p. 203.

(1557.) Ieſus agonizans. *Pariſiis* 1716. in 12. hoc ſcriptum confeciſſe dicitur femina quaedam, nomine MURY. Continentur autem in hoc libro praeparationes ad mortem, ad ſingulos cuiuslibet menſis dies, a morte Ieſu deſumtae. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von Theolog. Sachen* 1717. p. 1089.

(1558.) Imperatorum & Caeſarum uitae cum imaginibus, ad uiuum expreſſis & *cum iconibus conſulum auctus liber, Argentor.* 1534. in 4. Auctor huius libri eſt *Ioh.* HÜTTICH. uid. *catalog. Biblioth. Haſeanae.* p. 566.

(1559.) Index familiarum nobilium (*a*) ducatus Megalopolitani, *ordine Alphabetico con-*

(*a*) Recenſetur hic index & iudicium de illo fertur, in *annalibus litterariis Megalopolitanis* 1722. part. 2. n. 9. quod auctori non arridebit. Huius enim indicem honori & famae

conſcriptus 12 abhinc annis per illuſtriſſimum quendam uirum & iam e MStis in lucem editus, Haſniae 1722. in 8. pl. 5. Auctor huius indicis eſt *nobilis* quidam *Megalopolitanus, Ioachim* de PRITZBUER, *conſiliarius regis Daniae & eques ordinis Danebrocenſis.*

(1560.) Liber de Indulgentia & Iubilaeo, *in quo abuſus Indulgentiarum reprehenduntur, condemnatus eſt Romae* 1687. Auctor eſt VAN HEUSSEN, *Clericus Batavus.* uid. *die Unſch. Nachr.* 1712. p. 186.

(1561.) Infallibilitatis pontificiae, iuſtis terminis circumſcriptae, explicatio, *Coloniae* (*Venetiis* potius) 1734. in 4. pl. 3. Auctor iſtius explicationis eſt *Hiacynth* SERRY, *Theologus Venetus Pontificius*, cuius ſcriptum recenſetur *in der fortgeſetzten Sammlung von Theologiſchen Sachen* 1734. p. 691.

(1562.) Infamia emendationum in reliquias Menandri, *Lugd. Batav.* 1710. in 12. pl. 8. Mr. le Clerc in Tomo 24. *de la Bibliotheque ancienne & moderne* Part. 1. n. 3. perhibet, GRONOVIUM eſſe huius ſcripti auctorem, quod & confirmant auctores *actorum eruditor. Latinor. Lipſienſ.* 1711. p. 39. Patere quoque exinde uidetur, GRONOVIUM eſſe auctorem, quia hic defenditur GRONOVIUS, qui antea in *epiſtola Philellenis* a Clerico refutatus erat.

Ini-

famae familiae ducalis Megalopolitanae detrahere iudicant iſtorum annalium auctores. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1723. p. 447.

Iniquitas crudelis Synodi Dordracenae. uid. uoc. *Crudelis*.

(1563.) De Initio Imperii Seueri Alexandri Auguſti, *Florentiae*. 1715. in 4. pagg. 250. Auctor eſt *Virginius* VALSECHI, *monachus Benedictini ordinis*, qui in hoc ſcripto duobus aduerſariis reſpondet, recenſetur hoc ſcriptum in part. 1. Tom. 8. *de la Bibliotheque ancienne & moderne* n. 2.

(1564.) Initia eruditionis od. A.B.C. der Gelehrſamkeit. Lipſ. 1705. in 8. Auctor eſt ſumme reuerendus *Valent. Ern.* LOESCHERUS. uid. eius *conatus litterarios*, *Feuſtelii miſcellaneis ſacris & erudit. ſubiunctos* p. 223.

(1565.) Innocentia uindicata, *in qua grauiſſimis argumentis, e S. Thoma petitis, oſtenditur, Angelicum doctorem pro immaculato* (*a*) *conceptu Deiparae ſenſiſſe & ſcripſiſſe* 1695. in fol. 2 Alph. pl. 10. Auctor huius libri eſt *Coeleſtinus ex Marchionibus* DE SFONDRATI, *abbas monaſterii S. Galli* & tandem in numerum purpuratorum eccleſiae romanae patrum (i. e. cardinalium) receptus, laudatus ubique propter erudita opera edita. uid. *acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1696. p. 283.

(1566.) Inſtitutiones philoſophicae ac mathematicae *ad uſum ſcholarum piarum* (*b*) *uoll.*

(*a*) *Simon* SANTAGATA, *Canonicus Bononienſis*, in altero operum ſuorum uolumine 6000 auctores indicat, immaculatam Mariae conceptionem defendentes.

(*b*) Nimirum Tom. I. agit *de Hiſtoria Philoſophiae*, *Logicae*

uoll. 6. in 8. *Florentiae* 1733. auctor eſt P. *Eduard* CORSINI. Contenta horum 6 uoluminum indicantur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1733. p. 620.

(1567.) Inſtitutiones theol. Antiquor. Patrum *(a) Tom.* I. *Romae* 1709. in 8. pl. 18. Collector eſt *Ioſeph Maria* TOMASINI. uid. magnif. Loeſcheri *theolog. annales* 1709. p. 473.

(1568.)

gicae & Metaphyſicae. Tom. II. *de uniuerſali philoſophia naturali.* Tom. III. *de coelo & inanimatis corporibus.* Tom. IV. *de anima & arcanis doctrinis antiquae philoſophiae Magorum, Aegyptiorum, Pythagoraeorum & Platonicorum.* Tom. V. *de philoſophia morali.* Tom. VI. continet *regulas mathematicas & ſupputationes ex optimis ueteribus & nouis Geometris.*

(*a*) Auctoris ſcopus eſt ſecundum ordinem locorum theologicorum tractatus patrum graecorum & latinorum in ſingula loca colligere. Hic tomus continet tractatus *de theologia & religione*, ſpeciatim Tertulliani librum *de praeſcriptionibus*, Gregor. Nazianzeni *orationem de Diſputationibus theologicis & theologia*, it. Vincentii Lirinenſis *Commonitorium* Index praecipuus Tomo ultimo adhaerebit. uid. *die Unſch. Nachr.* 1710. p. 820. quorum auctores iudicant, hanc collectionem fore egregiam, ſi ita continuaretur.

Tom. 2. continet Cypriani librum 3. *teſtimoniorum ad Quirinum*, Baſilii M. *Aſcetica*, eiusd. librum *de iudicio Dei, de uera ac pia fide, & moralia. Romae* 1710. in 8. 1 Alph. 21. pl. una cum uerſione latina. Praemittitur huic Tomo catalogus librorum, ſecuturis Tomis inſerendorum. Quaedam ex hoc Tomo excerpunt auctores *Actorum eruditor. Lipſienſ.* 1711. p. 537.

Tomus 3 prodiit *Romae* in 8. 1712. 1 Alph. pl. 15. uid. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1714. p. 123. In magnif. Loeſcheri *theolog. annalib.* 1712. p. 114. num. 277. perperam poſitum eſt *Thomaſii* pro *Tomaſini.*

(1568.) Inſtitutionum, ſeu primorum Iuris elementorum D. Iuſtiniani explanatio. *Accedunt nonnulla de iure gallico, ut quomodo ius romanum & gallicum conſentiant, facile dignoſcatur. Pariſiis.* 1724. in 12. uoll. 2. pagg. 459, Auctor eſt DRAPIER. uid. *le Journal des Savans* 1725. menſe Majo n. 8. edit. Amſtelod. Scopus huius libri paucis indicatur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1725. p. 522.

(1569.) Inſtructio uiſitatorum eccleſiae *ad paſtores in Electoratu Saxonico*, quae inſerta eſt Tom. 7. *Tomor. Ienenſ. germanicor.* Lutheri p. 1. cum praef. Lutheri, in qua monſtrat utilitatem eiusmodi uiſitationum. Ipſe LUTHERUS (*a*) huius *Inſtructionis* auctor eſt, uid. *Hiſt. bibl. Fabric.* part. 1. p. 447. (*b*).

(1570.) Introductio breuis ad grammaticam hebraeam Altingianam (*c*) *in uſum aca-*

(*a*) Qui ea, quae uiſitatores IV. Ioan. *Son der Plaunitz*, Hieron. *Schurf*, ICtus, Aſmus *Son Haubitz* & Philippus *Melanchton* obſeruauerant, uel ad uſum transferenda iudicauerant, collegit & in uſum paſtorum edidit.

(*b*) Agitur in hac inſtructione *de doctrina*; 10 *praeceptis, uera chriſtiana oratione, calamitatibus, ſacramento baptiſmi, ſacramento corporis & ſanguinis Chriſti, uera chriſtiana confeſſione peccatorum, de humana conſtitutione eccleſiaſtica, re matrimoniali, libero arbitrio, chriſtiana libertate, Turcorum gente, quotidianis in eccleſia exercitiis, uera chriſtiana excommunicatione, conſtitutione Superintendentium & ſcholis primae, ſecundae & tertiae claſſis.*

(*c*) Qui etiam addidit librum *Ruth* cum *maſorethicis annotationibus hebraice & latine, commentariis Aben Melechi,*

academiae Traiectinae. Traiecti ad Rhen. **1710.** in 8. pl. 15. Auctor huius introductionis eſt *Adrianus* RELANDUS. uid. *Acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1710. p. 447. quorum auctores opuſculum hoc utile eſſe iudicant.

(1571.) Ionas carmine latine redditus 1721. in 4. pl. 2. per D. H. (i. e. D. *Ioh.* HENNINGES) inſertus eſt *annalib. acad. Iuliae Semeſtr.* 3. n. 6.

(1572.) Italia medii aeui. Auctor huius ſcripti Tomo X. *ſcriptorum rerum italicarum*, a Muratorio editorum, inſerti, eſſe dicitur *Caſp.* BERETTI, *monachus Benedictini ordinis & Lector publicus Pauienſis*, Hic BERETTI tria adhuc ſcripta ſine nomine ſuo addito edidit, in quibus *italiam medii aeui* contra aduerſarios ſuos defendit. Scripta haec adducuntur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1730. p. 82.

(1573.) Iter gallicum. 1691. partibus 3 editum. Auctor eſſe perhibetur AUNOIA, *femina nobilis*, quae gallice ſcripſit & cum Germanis quoque noſtris latinus interpres non ſpernendus communicauit: uidentur tamen ibi multa ex innato Gallorum erga Hiſpanos odio, liberius & acerbius dicta, unde non ſine iudicio legi debet. uid. Gryphius (Chriſti.) in *commentat. de Scriptoribus hiſtoricis Sec.* XVII. p. 178. qui

Iechi, *Abendanae*, *Iarchi* & *Aben Esrae*, quem olim *Carpzouius* Lipſienſis ediderat, ſed huius annotationes, Lipſienſi editioni annexae, hic omittuntur. Principia huius grammaticae abſoluuntur 5 plagulis.

qui & ibid. uaria ſcripta ſimilis argumenti allegat.

(1574.) Iudaeorum excitabulum matutinum, qui liber prodiit *Ebroduni* 1663. in 8. & in cuius titulo auctoris nomen in uerbis *Habite en Sion* per anagramma extrahendum latet, tunc enim comparebit *Jean* BETHISON, quod etiam illuſtris uir Gerard. *von Maſtricht* in literis, 1717. die 30. Ianuar. ad cel. Ioh. *Fabric.* ſcriptis, indicauit. uid. de hoc auctore cel. Ioh. Fabricius *in hiſtoria Bibliothecae ſuae* part. 6. p. 438. ubi uerboſe de contentis & ſcopo huius libri diſſerit. & adde celeb. Wolfii uolumen 4. *Bibliothecae hebraeae* p. 467. qui totum huius libri memorati titulum adducit.

Anima Iudaiſmi iugulata. uid. inter anon. german. uoc. Judenſchafft.

(1575.) Iudicium ſapientum, *ſiue de ἀκριβεία maledici diſputatoris.* Auctor huius ſcripti eſt *Ioh. Paul* SLEVOGT, I. V. D. & P. P. *quondam in academia Ienenſi*, recenſetur & refutatur hoc ſcriptum a Thomaſio *in den monatlichen Unterredungen.*

(1576.) De iudiciis ſecretis in Weſtphalia, aliisque Germaniae partibus olim uſitatis, commentariolus Marquardi Freheri *cum aliis eiusdem argumenti cura I. G. W. iterum editus*, *Helmſtadii* 1663. editor eſt I. GOES, *Weſtphalus.* uid. *catalog. Biblioth. Haſeanae* p. 418.

(1577.) Iudicia de nouiſſimis prudentiae ciuilis ſcriptoribus ex Parnaſſo 1669. in 4.
Auctor

Auctor eſt *Conr. Sam.* SCHURTZFLEISCH, (*a*) Vir naris & auris, ut loquitur cel. Reimann. *in catal. liter.* p. 358. acutae & expurgatae.

(1578.) Iudicium theologicum de Ioh. Tennhardi (*b*) ſciptis in 8. Auctor eſt *Theologus* quidam *Würtenbergenſis*, uir non indoctus, ſed *Tennhardo* ita addictus, ut omnia eius pro diuinis habenda eſſe cenſeat uid. Tobiae Eisleri (*c*) *apologiam Tennhardianam* p. 73.

(*a*) Qui de prudentiae ciuilis ſcriptoribus nonnullis ſapienter & docte & cordate iudicat; Sed inique interdum de quibusdam, ut Sam. *Puffendorffio* n. 8. nimis etiam acerbe de Ioh. Henr. *Boeclero* n. 2. & oppido falſe de Philip. Iacobo *Spenero*. De ſcripto *Boecleri*, quod contra haec iudicia Schurtzfleiſchii ſub nomine *Naſturtii* edidit uid. n. 1883. pſeudonymor. ap. Placc. Scripta pro & contra *Schurtzfleiſchium* continentur in *Actis Sarcmaſianis*, ex quibus illa recenſet cel. Stollius *in der Nachr. von ſeinen Büchern* p. 664. ſq. & multa docte de Schurtzfleiſchii uita, ſcriptis & controuerſia diſſerit.

(*b*) Hic natus eſt 1661. in pago quodam Pegauienſi parentibus ruſticis 1691. Norimbergae tonſor, & capillamentorum fabricator factus, miſſo hoc ſuo duplici opificio, uoce & ſcriptis Theologiam profeſſus, ob ſtili acrimoniam primum in carcerem detruſus, poſtea aqua & igne interdictus, tandem pererrans orbem, mirum quantum a Theologis quibusdam exagitatus eſt, donec 1720. d. 12. Sept. Caſſelis moreretur.

(*c*) Qui illiteratus ſcripſit pro illiterato, nam hic *Eislerus paedotriba* fuit Helmſtadienſis, qui ibi prima elementa pueris impertiuit, & humaniores literas uix primis labris deguſtauit, homo nec malae famae, nec uitae, ut ait cel. Reimann. *in catal. bibl. theol.* p. 738, ſed *Separatiſta & Tennhardo* ita addictus, ut eum θεόπνευϛον, & prophetam & a ſecretis dei fuiſſe, perſuaſum ſibi habuerit.

(1579.) De iuribus reginae (*Mariae Tereſiae Auſtriacae) in Belgium Hiſpanicum, ex gallico in latinum ſermonem conuerſus tractatus. Pariſiis* 1667. in 4. & 12. ex typographeo regio. Auctor eſt *Jean Baptiſte* DU HAMEL. uid. in hac ipſa mea Bibliotheca anonymor. ſub uoce *Traité* n. 1161. ubi ſcriptum eſt, cum hoc conferendum.

(1580.) Iura chriſtiana eccleſiae uindicata. Auctor eſt TINDAL, *Anglus* uid. *Supplementa ad acta eruditor. lat.* Tom. 4. p. 369.

(1581.) Ius canonicum. Primae partis in hoc iure auctor eſt *Richardus* de S. VICTORE, *ſcriptor eccleſiaſticus* ſec. 12. poſt Chriſti natiuitatem. uid. Lambecii *prodromum hiſtoriae litterar. in appendice* cap. 28. p. 287.

(1582.) Ius paſtorum titularium & Eccleſiarum Parochialium ad oblationes, decimas & maxime nouales *contra diſſ. Z. B.* VAN ESPEN, Leodii (Lüttich) & Brüxellis 1716. in 12. *uol.* 1. pagg. 530. *uol.* 2. pagg. 568. Auctores ſunt *Nic.* RICHARD, *S. S. Th. Baccalaur. & Paſt. S. AEgidii Brüxellenſis & Thomas* SAMES, *Aduocatus curiae ſuperioris Brabantiae,* qui reditus paſtorum titularium contra *van Eſpen* defendunt. Recenſetur hic liber menſ. Sept. *du Journal des Savans* 1716. art. 12. unde argumentum & hiſtoria huius libri paucis repetitur *in den Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 509. add. *Mémoires de Trevoux* 1716. menſ. Aug. n. 5.

De Iuris ciuilis romani origine & progreſſu diſſertatio. uid. uoc. *diſſertatio.* n. 1464.

(1583.) De Iure diſſertatio, quod competit

ſocietati priuilegiatae foederati Belgii ad nauigationem & commercia Indiarum orientalium *aduerſus incolas Belgii hiſpanici* (hodie *Auſtriaci) Amſtelod.* in 4. mai. pl. 3. Auctor eſt A. WESTERVEEN, *Aduocatus ſocietatis priuilegiatae foederati Belgii*, qui ſocietatis iſtius iura optime & maximo cum iudicio defendit. uid. *die* Republyk *der Geleerden.* 1723. menſ. Sept. & Oct. n. 11.

L.

Labadiſmus. uid. inter anonymos germanicos.

(1584.) Lapis, ſiue Petra fidei, *(a) orthodoxis ſanctae eccleſiae filiis ad confirmationem & ſpiritualem aedificationem offendentibus ad lapidem offenſionis & ſcandali, Moſcoviae.* 1728. in fol. Auctor huius ſcripti eſt *Steph.* IAVORSKY, *Metropolita Rezanenſis & Muromenſis.*

De Legum Angliae laudibus. uid. ſub uoce *Anglia.* n. 1303.

(1585.) Lexicon philoſophicum, *ſiue index latinorum uerborum deſcriptionumque ad Philoſophos & dialecticos maxime pertinentium, in duas partes diſtributus. In 1 parte materia philoſophica, ut a Cicerone tractata eſt, ſeruato rerum*

(a) Qui in eodem agit de imaginibus & ſanctis, itemque de defunctorum animabus & Lutherum Caluinumque quam maxime perſtringit. Recenſetur hoc ſcriptum in *actis eruditor. Lipſienſ. latinis* 1729. menſ. Majo n. 6. & exinde *in den Leipz. gel. Zeit*, 1720. p. 478. ſatis uerboſe. b. *Buddeus* huius ſcriptoris calumniis oppoſuit ſcriptum doctiſſimum.

rum ordine continetur; In II uero, quae uocabula a ſcholaſticis, ut aiunt, nouata ſunt, aut barbare & horride uſurpata ab uſitatis & latinis uocibus diligentiſſime ſecernuntur, auctore PLESSIACO. *Hagae comitum* 1716. in 4. Genuinus auctor eſt *Henr.* du SAUZET. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 194. 195. Lexicon hoc ab utilitate & accuratione, quam adhibuerunt typotheti, ualde commendatur.

(1586.) Lexicon philoſophicum, *Roterodami* 1692. in fol. Auctor eſt *Stephanus* CHAUVINUS, frater *Petri* CHAUVINI, famoſi illius Naturaliſtae, uid. cel. Reimanni Verſuch zu einer Einleitung in die hiſtor. litterar. p. 207.

(1587.) Liber iuridicus anonymus, *b. Struvii libro de iure ſacro Iuſtinianeo iunctus*, auctorem habet FOMANNUM. uid. Tom. 2. *obſeruationum Halenſium latin.* obſ. 8. §. 3.

(1588.) De Libertate cogitandi. (*a*) Auctor huius tractatus non eſt *Ioh.* TOLANDUS, *Hibernus*, famoſus Atheus, ut quidam putarunt, ſed COLLINUS, *Anglus.* Prodiit hic liber primum anglice Londini 1713. & in gallicam linguam translatus eſt 1714. uid. *die fortgeſetzte Sammlung von Theologiſchen Sachen* 1722. p. 669. COLLINUM cuius auctores equitem *Anglum*, 1729. d. 13. Dec. defunctum, uerum huius ſcripti auctorem

(*a*) Vid. omnino inter anonymos gallicos, a nobis collectos, & his latinis praemiſſos, uocem *Examen du traité de la liberté de penſer*. n. 400. Non confundendus eſt hic tractatus cum tractatu anonymo *de libertate philoſophandi*, quem

ctorem eſſe arbitrantur. add. celeberr. Wolfius *in Biblioth. hebr.* uol.4. p. 36.

(1589.) *Philippi* a Limborch de ueritate religionis chriſtianae amica collatio cum erudito Iudaeo, *Goudae* 1687. in 4. pagg. 364. Contenta huius collationis uid. *dans la Bibliotheque univerſelle* Tom. 7. p. 289. Iudaeus ille, cum quo inſtitutum fuit colloquium in Hiſpania ſeſe uocauit *Don. Balth.* OROBIO, in Batauia autem nomen *Iſaac* OROBIO aſſumſit, & Amſtelodami Medicum egit, ubi etiam paulo poſt hoc colloquium mortuus eſt.

(1590.) Litterae ſecretiores aduerſus philoſophiam Monzambanianam. Auctor huius ſcripti eſt Ioh. Lud. PRASCHIUS. uid. *acta eruditor. Lipſienſia latina* 1687. p. 101.

(1591.) Litterae H. Epiſcopi Maſſilienſis *ad Innocentium Papam* IV. *de obſidione Caſtri de Cadro ab exercitu chriſtiano* anno 1249. Reu. Pat. *de Sainte Marthe* in noua editione *Galliae chriſtianae* putat, auctorem harum litterarum eſſe BENEDICTUM (ſiue *Benoiſt*) & credit, quod olim in ueteribus MStis littera B. his litteris fuerit praefixa, quae deinde cum littera H. eſſet con-

(a) Haec oratio primum latine ſcripta, ſed poſtea in ſermonem anglicum, gallicum & germanicum tranſlata. Impugnarunt hanc orationem D. I. W. *Iaeger*, D. Mich. *Foertſch* & alii; ſed defenderunt eam Petr. *Poiret* in operibus poſthumis p. 648 - 665. & inuidendis elogiis ibi celebrauit. uid. appendicem anonym. gallicor. uoc. *Avis charitable*.

(1780.) Theſaurus numiſmatum hiſtoricorum (*a*) hodiernorum huius ſeculi, *ſiue numiſmata mnemonica & iconica, quibus praecipui euentus & res geſtae ab anno 1700. illuſtrantur (b),*

Qqq 5 *figuris*

(*a*) Tom. 1. prodiit *Norimbergae* 1711, qui complectitur numiſmata anni 1700. Hic *Tomus* 1. recenſetur maxima cum laude *dans le Journal des Savans* 1715. menſ. Mart. num. 2. *Tomus* 2. continet numiſmata anni 1701. *Tomus* 3. anni 1702. *Tomus* 4. anni 1703. *Tomus* 5. anni 1704. *Tomus* 6. anni 1705. Numiſmatum in hoc Tomo ſunt 70, ipſe autem Tomus prodiit *Norimbergae* 1704. in fol. 1 Alphab. pl. 30. & recenſetur in *Actis eruditor. Lipſ. lat.* 1715. menſ. Martio num. 2. *Tomus* 7. continet 87. numiſmata anni 1706. & prodiit *Norimbergae* 1715. in fol. 1 Alph pl. 5. recenſetur in parte 33. *actor. eruditor. germanicor.* num. 1. item in der Hollaendiſchen Republyk der Geleerden 1715. menſ. Maio & Iunio n. 10. alia recenſio huius Tomi extat *dans le Journal des Savans* editionis batauae 1715. menſe Iunio n. 6. *Tomus* 8. continet numiſmata anni 1707. & prodiit *Norimbergae* 1715. in fol. pl. 27. recenſetur autem in der Republyk der Geleerden 1716. menſe Mart. & Aprili n. 9. *Tomus* 9 & 10, qui prodierunt *Norimbergae* 1716, continent numiſmata annorum 1708 & 1709. Prior Tomus comprehendit 85. numiſmata, & recenſetur in der Republyk der Geleerden 1716. menſ. Nou. & Dec. n. 8.

(*b*) Prodierunt etiam ſupplementa ad Tom. 1. huius theſauri, quae continent numiſmata ab an. 1700 - 1709. in & extra Europam cuſa, numero 895. addita latina & germanica eorum explicatione. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1720. p. 225. Adhaerent haec ſupplementa *numiſmatibus hiſtoricis* ad annos 1706. 1707. 1708. 1709. quibus claudirur Volumen primum & additi ſunt indices. Numiſmata anni 1706 - 1709. prodierunt *Norimbergae* 1714 - 1717. in fol. 7 Alph. cum multis figuris aeneis; plerumque hic occurrunt numiſmata, in academias & uiros eruditos cuſa, recenſetur haec ultima pars vol. 1. in *actis eruditor. Lipſ. lat.* 1718. menſ. Aprili num. 9.

ris expreſſa, addita latina & germanica explicatione. Auctor huius theſauri eſt M. *Ioachimus* NEGELEIN, *Diaconus ad aedes S. Laurentii, & Prof. Norimberg.* uid. Wezels Hiſtorie der Lieder-Dichter Tom. 4. pag. 369. und die Leipz. gel. Zeit. 1715. pag. 165.

(1781) Theſaurus antiquitatum germanicarum edendus. Auctor editionis huius eſt Dn. conſiliarius TREUERUS. Contenta ſingulorum Tomorum huius theſauri indicantur in *nouis litterariis latinis celeb. Krauſii* anni 1720. pag. 132. ſeq.

(1782.) Theſis contra Iudaeos de LXX hebdomadis (a), propoſita a P. P. Soc. Ieſu in Collegio Rom. Romae 1720 in 8. reg. pl. 6. Auctores der Sammlung von Theolog. Sachen 1721. pag. 93. ex ſtilo & aliis criteriis celeb. P. AYROLE elaboraſſe egregiam hanc & rariorem diſſertationem iudicant.

(1783.)

(a) Auctor iam antea edidit *librum* 70 *hebdomadum reſignatum*, in quo initium 70 hebdomadum ponit in 7. anno *Artaxerxis Longimani* i. e. 457 annos ante Chriſti natiuitatem, quia cum hoc termino chronologia & decretum de reaedificandis Hieroſolymis optime conciliari poſſet. Quia autem anonymus, qui ſine dubio fuit P. *Tournemine*, in *tabulis chronologiae ſacrae* V. & N. T. Pariſienſi nouae editioni *Menochii* inſertis, aggreſſus erat iſtud ſcriptum, & iudicarat, *Ayrolium* non ſoluiſſe, ſed ſecaſſe nodum, putans initium 70 hebdomadum a perfectis muris Hieroſolymitanis conſtituendum, & 7 *Artaxerxis* pro 20 hebdomadum anno accipiendum eſſe, ideo *Ayrolius* in hac diſputatione modeſte refutat aduerſarium & ſententiam ſuam denuo contra eius obiectiones confirmat.

(1783.) Theſes de ratione errores oppugnandi & ueritatem defendendi, *Ienae* 1718. Ex nouiſſimis ad *Hiſt. litter. Supplementis Stollianis germ. edit.* p. 161. diſcere licet, auctorem eſſe *Carol. Franciſcum* BVDDEVM. Alii exiſtimarunt, *Carol. Fridericum* BVDDEVM, *Theologi Ienenſis fratrem*, eſſe auctorem, ſed hic iam 1716. fatis conceſſit. Scriptum autem hoc demum duobus annis poſt comparuit, niſi dicere uelis, ab hoc *Carol. Frider.* conſcriptum, ab illo editum eſſe.

(1784.) Thuanus reſtitutus. Auctor eſſe dicitur WICQVEFORT, qui in hoc libro errores *Thuani* detegit, & monſtrat, hucusque *Thuanum* non potuiſſe ſatis ſuppleri ex aliis exemplaribus, conf. cum hoc libro *Gerhardi* von STOECKEN *Thuanum enucleatum*, in quinque partes diſtributum, cum *Thuani* uita ab anno 1543 - 1607. *Helmſtadii* 1674. in 4. recenſetur hic liber in Fabricii *hiſtoria bibliothecae ſuae part.* 5. pag. 460. ubi etiam de uita auctoris quaedam traduntur.

Tractatus contra Tom. 1. Bibliothecae eccleſiaſticae du Pinii. uid. ſupra *Biblioth. eccl.*

Tractatus de Regali. uid. in hac ipſa bibliotheca anonymorum ſub uoce *Traité* in anonymis gallicis, num. 1159.

(1785.) Triga quaeſtionum, praetenſum in uillis & pagis mercaturae, opificiorum, braxationis ac diſtributionis cereuiſiarum exercitium concernentium, *ipſisque iurium & inſtrumentorum publicorum uerbis deciſarum* 1704. in 4. pl. 6. Auctor eſt Dominus DE LINDEN, qui

qui in hoc ſcripto iura urbis *Dantiſci* contra epiſcopum *Cuiauenſem* defendit. Recenſetur haec Triga in part. 1. des gelehrten Preuſſens n. 6.

De Trinitate abominanda Pietiſtarum. uid. Pietiſtarum n. 1680.

(1786.) Tuba magna. Auctorem habere dicitur SCIOPPIVM, de quo uerboſe agit *Alphonſus* Huylenbroucq in *uindicationibus alteris Societatis Ieſu*. Complectitur autem haec tuba magna 8 opuſcula, nimirum 1) epiſt. PALAFOXII, *epiſcopi Angelopolitani (a)*. 2) Epiſtolam LVDOVICI SOTELIS *(b)*. 3) *Monita ſecreta Societatis Ieſu (c)*. (4) *uarios libellos ſupplices* 1593. *Clementi* VIII, *Pontifici Max. oblatos*, quos libellos *Huylenbroucq* l. c. cap. 4. inconſulte contra Societatem Ieſu adduci docet, cum ſocietatem ab obiectis criminibus abſoluant *(d)*. (5) diſſertat. *Fortunii* GALINDI *(e) de cauſis publici erga ſocietatem odii*. (6) *Theophili* EVGENII *Protocataſtaſin*, ſeu *primam ſocietatis Ieſu inſtitutionem reſtaurandam (f)*. (7) *Dan.* HOSPITALII *conſultationem de cauſis & modis conſeruandae & amplificandae ſocietatis (g)*. (8) *Archiepiſcopi Pragenſis cenſuram Bullae pro erectione academiae Carolo-Ferdinandeae (h)*. conf. *Huylenbroucq* l. c. cap. 10. ubi hiſtoriam huius academiae exhibet.

(1787.)

(*a*) num *Palafoxius* ſit pſeudonymus, an non, certo mihi non conſtat, Placcius illius non meminit.

(*b*) *Placcius* num. 1485. inter anon. Fr. *Ludouici* SOTELIS relationem *de eccleſiae Iaponicae ſtatu ad Vrban.* VIII. adducit, & auctori praeter nomen *Ludouici* adhuc nomen *Franciſci*

V.

(1787.) Vacantiae uindemiales Ioh. Baſii Friſii, *ſiue de fatuitate Baſiana Epiſtola, Hamb.* 1723. Scriptum hoc, in quo *Harprechtus* maxime notatur & perſtringitur, tribui ſolet D. *Franciſco Erneſto* VOGTIO, *ICto, acad. Kilonienſis Procancellario.*

(1788.) Vannus critica in inanes Iohan. Cornelii Pauonis (uel Pauwii) paleas, *in qua*

---

addit, ſed in num. 2552 inter pſeudon. nomen Franc. omittitur, & tantum *Ludouici* SOTELIS mentio iniicitur, ſub quo ficto nomine quosdam *Caſp.* SCIOPPIVM latere credidiſſe refert PLACCIVS. An per epiſtolam, in tuba magna comprehenſam, intelligatur relatio, a *Placcio* adducta, nemini certo perſuadere audeo, quia de horum ſcriptorum conuenientia, uel discrepantia non ſatis ſum edoctus.

(*c*) *Placcius* num. 1497. inter anon. meminit *inſtructionis ſecretae Societ. Ieſu*, & illam *Caſp.* SCIOPPIO a quibusdam tribui docet, an haec inſtructio prorſus cum *monitis ſecretis Soc. Ieſu* conueniant, uel ab illis discrepent, alii inquirant.

(*d*) horum libellorum auctor quis ſit, non docet *Placcius*.

(*e*) Placcius num. 1144. inter pſeudonym. cum Bailleto adhuc dubius eſt, an SCIOPPIVS lateat ſub *Fortunii* GALINDI nomine, & quale ſcriptum ediderit hic GALINDVS prorſus non tradit.

(*f*) Placcius num. 978. ſub nomine *Theophili* EVGENII, uel *Theophilum* RAYNAVDVM, Ieſuit. aut SCIOPPIVM ſe occultaſſe putat. Huylenbroucq autem l. c. *Guil.* PACHELINVM, *Burgundum*, Societatis Ieſu deſertorem, ſub iſto nomine latere arbitratur, qui tamen ſenior reſipuerit, & cum ſocietate redierit in gratiam relicta illi teſtamento bibliotheca ſua.

(*g*) de hoc nihil habet *Placcius* in pſeudonymis.

(*h*) etiam de hoc tacet *Placcius*.

qua plurimi ſcriptores, tum ueteres, tum recentiores explicantur, emendantur, uindicantur, Amſtel. 1737. in 8. mai. 1 Alph. pl. 20. Auctor huius libri eſſe dicitur Prof. D' ORVILLE, uid. die Leipziger gel. Zeitungen 1737. num. 49. p. 429. & num. 62. p. 547. ubi de *uanno critica* hoc iudicium fertur, quod Profeſſor D' ORVILLE aeque & magis adhuc quam *Pavo* conuitia tantum erga aduerſarium ſuum eructet, quae conuitia magnam ſcripti partem occuparent.

(1789.) Varro de re ruſtica cum notis germanicis. Commentator hic eſt *Ge.* VENZKY, *Sub-Conrector Halberſtad. & Societ. Teutonicae Lipſ. collega.*

(1790.) Vberiores annotationes (*a*) in Hagiographa uoll. 3. *Halae* 1720. in 4. *Vol.* 1. continet 7 Alph. pl. 15. *Volum.* 2. 6 Alph. pl 1. *Vol.* 3. 7 Alph. pl. 22. *Primum uolumen* complectitur *annotationes in Pſalmos & Prouerbia Salomonis. Vol.* 2. *annotationes in Hiobum* & מְגִלּוֹת *Volum.* 3. *annotationes in Danielem, Esram, Nehemiam & libros chronicorum.* Plurimas harum annotationum confecit D. MICHAELIS. *Annotationes*

(*a*) Auctores harum annotationum imitantur Polum in Synopſi ſua criticorum Anglicanorum, ſunt tamen paullo uerboſiores quam Polus, & ubique praeter ſenſum litteralem emphaſes eruere ſtudent, ſuppeditant etiam in ſingulis praefationibus, libro cuiuis praemiſſis, breuem quandam in librum iſtum introductionem. uid. das Neue des dritten Beytrags der fortgeſetzten Sammlung von alten und neuen Theologiſchen Sachen 1722. num. 1. ubi hae annotationes recenſentur.

tationes in Prouerbia Salomonis, Threnos Ieremiae & Danielem auctorem agnoſcunt *Chriſtian. Beniamin* MICHAELIS. *Librum Ruth, Eccleſiaſten, libros Eſtherae & Nehemiae, item librum Chronicorum ſecundum* annotationibus illuſtrauit IOH. IAC. RAMBACH.

(1791.) Velleius Paterculus *Oxoniae* 1693. in 8. prodiit prima & ſecunda huius *Velleii* editio ſine auctoris nomine; eſt autem editor & illuſtrator illius *Iohan.* HVDSON, qui etiam hortatu *Arthuri Charletti*, S. Th. Pr. ſecundam quidem publicauit *Velleii Paterculi* editionem *Oxoniae* 1711. *e Theatro Scheldeniano* in 8. pl. 17. nec tamen huic nomen ſuum praemiſit. *Prima* illius editio recenſetur in *Actis eruditorum Lipſienſ. latin.* 1695. p. 113. *ſecunda* in *Actis eruditorum Lipſ. latin.* 1712. pag. 209.

de Verbo Dei diſceptatio. uid. ſub uoce *diſceptatio* num. 1448.

(1792.) Verſionis latinae epiſtolarum Franciſci de Vargas, Petri de Maluenda, ueterumqueHiſpaniae epiſcoporum de Concilio Tridentino auctor eſt celeb. SCHRAMMIVS, *Helmſtadienſis* Prof. Prodiit autem haec uerſio *Brunſuigae* 1704. in 4.

(1793.) Veſperae Groeningenſes, *ſiue amica de rebus ſacris colloquia* 1698. in 8. Auctor eſt GUSSETIVS, uti habet *catalog. biblioth. Haſeanae* p. 156.

De re ueſtiaria diſquiſitio. uid. uocem *diſquiſitio.* num. 1455.

(1794.) Vindiciae Gallicae, *aduerſus Alexandrum Patricium Armachanum* in 8. & in 12. *Pariſiis*

riſiis 1638. in 12. *Amſtelodami* 1638. Auctor eſt *Daniel* DE PRIEVSSAC, *Conſiliarius ſtatus publici & membrum academiae gallicae*, qui mortuus eſt 1662, eadem defenſio eſt inſerta eius *miſcellaneis* pag. 222. in 4. *Pariſiis* 1638. editis. Idem liber gallice uerſus proſtat per Ioh. *Baudouin* editus, ſub tit. *Défenſe des Droits & des Prerogatives des Rois de France, contre Alexandre Patrice Armachan* in 8. *Paris* apud *Rocolet* 1639. uid. le Long l. c. num. 11920. qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uaria ſcripta, cum hoc conferenda, habet.

(1795.) Vindiciae Theologicae Ibero-Politicae *ad catholicum regem Philippum IV. contra Pſeudo-Theologi admonitoris calumnias* in 8. 1628. Auctor eſt *Antonius* GOULU, cognomine *Jean de ſaint François*, qui fuit *Generalis monachorum diſcalceatorum*, mortuus 1629. uid. Morotii *Ciſtertium refloreſcens* pag. 74. & le Long *dans la bibliotheque hiſtorique de la France* n. 11876. qui etiam in numeris antecedentibus ſimilia ſcripta, & cum hoc conferenda, allegat.

(1796.) Vindiciae uſus accentuum muſici & oratorii, *Ioh. Frankio (a) oppoſitae, Lipſ.* in 4. pl. 9. (1713) Auctor eſſe uidetur D. ABICHT *(b)*.

(1797.)

(*a*) Qui *Diacriticam S.* & 1710. *Diſſertationem Anti-Abichtianam* 1713. autem *Artificium contra D. Abichtium* ediderat. Ad illam auctor uindiciarum pag. 3. ſeq. ad hoc p. 33. ſeq. ſatis acerbe reſpondet.

(*b*) Auctor uindiciarum ſententiam defendit, quod accentus, ſuperius poſiti, uocem ſemper eleuarent, inferiores

(1797.) Vindiciae hiſtoricae pro Hermanni Conringii cenſura in *diploma fundationis fictitium &c.* fol. *Lindav.* 1700. Auctor eſt cel. TENZELIVS, adiutus inſignis *Syndici Lindauienſis, Thomae* Welzii, opera.

(1798.) Vindiciae & aſſertio libertatis pro ciuitate Hildeſienſi (*a*) eiusque iure circa ſacra & Conſiſtorii ſimul, *quas ſenatus Hildeſienſis 1700. & 1706. publicis typis exſcribendas curauit.* Auctor eſt *Martinus* SCRADERUS, *Doct. Conſil. Elect. Brunſvic. Lüneb. Senatus Populique Hildeſienſis Syndicus.* uid. *Acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1712. pag. 90.

(1799.) Vindiciae arboris (*b*) genealogicae

Rrr gicae

uero deprimerent, unde Tipcha ordinarie praecederet Sillukum, ut uox ſucceſſiue deprimeretur p. 20, quod ad communem utilitatem accuratius indagandum eſſet. Agitur etiam de uariis locis Script. S. in quibus accentus ſecundum uulgares codices minus recte poſiti dicuntur. uid. die Unſch. Nachr. 1713. pag. 1023.

(*a*) Auctor der Leipz. gel. Zeitung. 1718. p. 832. meminit etiam *Vindiciarum* quarundam *Hildeſienſium*, ſed illas a *Carolo Paulo* ZIMMERMANNO, *Conſiliario intimo & Cancellario* profectas eſſe putat. Forſitan duo ſcripta ſub tit. *Vindiciarum Hildeſienſium* proſtant, quorum alterum *Schraderus*, alterum *Zimmermannus* confecit.

(*b*) Recenſentur hae uindiciae in *Actis eruditorum Lipſ. latinis* 1730. menſ. Sept. num. 14. & in den nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reich Part. 1. p. 23. n. 3. ubi tamen uindiciae 1 Alph. pl. 5. tantum explere dicuntur. Refutationem harum uindiciarum uid. inter pſeudonymos, a me editos, ſub uoce *Palignesius* & adde *Georgii Godofredi* Lib. Bar. DE BRANSDORF, Norici

gicae auguſtae gentis Carolino-Boicae *contra ſyſtema auctoris Geneographi, qui in arbore genealogica, ante paucos annos cupro inciſa, Sereniſſimorum Boiorum principum fundatorem ponit Luitpoldum & abrupta penitus arbore, negat Carolum M. omnia per modum epiſtolae, qua auctor Boicus ſuſtinet argumenta in fauorem gentis Boicae per chronicas, documenta, auctores & rationes adductas ex combinatione actorum & temporum. Monachii* 1730. in fol. 2 Alph. pl. 6. cum 7 fig. aeneis. Auctor eſt *Ignatius Franciſcus Xauerius* DE WILHELM, *conſiliarius intimus electoris Bauarorum & adminiſtrator comitatus Haagenſis.*

(1800.) Vindiciae ueterum ſcriptorum contra Ioh. Harduinum, *Societatis Ieſu patrem. Roterodami* 1708. Auctor illius eſt Dominus DE LA CROZE, *Bibliothecarius quondam Berolinenſis.* uid. *Acta eruditor. Lipſienſ. latina* 1710. p. 69. 70. Auctores *actor. erud. lat.* aliquandiu hoc ſcriptum tribuerant *Ioh. Cornando* DE LA CROZE, ſed ſe ipſos corrigunt anno 1714. pag. 396.

(1801.) Vindiciae librorum Deutero-canonico-

---

arborem genealogicam Domini Ignatii Franciſci Xaberii de Welhelm nunc interciſam iterum & diſturbatam, qui etiam defendit, *Ottonem* Epiſcopum Friſingenſem, Auſtriae Marchionem, aduerſus calumnias ut dicit, eiusdem Domini de VVILHELM, *Coburgi & Vlmae* ap. heredes *Iodoci Gerbelii* 1732. 4. pl. 10. recenſetur hoc ſcriptum Domini DE BRANSDORF in den nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche Part. 1. pag. 138.

nonicorum V. T. (*a*) *in quibus Traditionis & concilii Tridentini mens de eorum auctoritate accurate elucidatur, auctore uno e Canonicis regularibus congregationis gallicanae, Pariſiis* 1731. in 12. pagg. 359. uel 16. pl. Auctor huius libri eſt P. BARRE, *Canonicus regular. & Prof. Theolog. Abbatiae S. Genevieve.*

(1802.) Vindiciae Script. ſacrae *a Pſeudhermenia, quae paſſim in Scriptis Patronorum Polygamias, inprimis D. Sam. Friderici Willenbergii* (*b*) (*Prof. Iuris Dantiſcani*) *ſchediasmate* 1712. edito, *de finibus polygamiae licitae* (quod ſchediasma uindiciis ſuis addidit b. *Weickhmannus*) *committitur* 1714. Auctor eſt D. *Ioach.* WEICKHMANNVS (*c*), *Theologus Gedanenſis*, ut ipſe fatetur in praefat.

(*a*) Scopus huius uiri eſt probare, quod libri apocryphi Vet. Teſt. (nam hi in papatu uocantur Deutero-Canonici) propter traditiones diuinam habeant originem, & quod concilium Tridentinum hos libros canonicis aequipararet, item, quod reperiantur in antiquiſſimis uerſionibus; auctor etiam agit de illis, qui ante ipſum de eodem argumento ſcripſerunt, & illos quoque adducit, qui impugnarunt libros apocryphos e. g. *Wittakerum, Rainoldum, Gerhardum, &c.* Recenſentur hae uindiciae *dans le Journal des Savans* 1731. menſe Iunio num. 4.

(*b*) Qui magno cum ſcandalo affirmare erat auſus, *Polygamiam* nunquam a deo prohibitam, ſed potius pro licita declaratam eſſe.

(*c*) Auctor pag. 4. adducit regis Daniae edictum contra Ioh. Lyſeri Marck aller Länder. Deinde oſtendit, D. *Willenbergium* perperam prouocare ad Deut. 21. v. 15. quia incertum adhuc, an ibi de ſimultanea polygamia agatur. Argumenta contra polygamiam egregie proponuntur & uindicantur e. g. Gen. 1, 27. p. 15. locus Malach. c. 2.

praefat. *ad iuſtitiam cauſae in controuerſia de polygamia ſimultanea* pag. 1.

(1803.) De Virginitate Mariae liber. *Gerhardus Ioh.* Voſſius *in hiſtor. Pelagiana* pag. 241. & ante illum Cardinalis *Bellarminus* & Cardinalis *Bona* in Pſalmodia tribuunt hunc librum *Ildefonſo* DE TOLEDO. Sed Pater *Dachery* indicauit ueriorem auctorem *Paſchaſium* RATBERTUM, *Abbatem Corbeienſem*, uid. Colomeſii *Bibliotheque choiſie* p. 441. inter eius opera.

(1804.) Vita Philippi a Turre *(a)* (epiſcopi Adrienſis) *Pataüii ſcripta*, *Cenetae edita per* H. de L. 1717. in 8. pagg. 21. auctorem habet uirum, linguae latinae peritiſſimum, nimirum *Prof. Patauinum*, FACCIOLATI. Editor autem, qui latet ſub litteris H. de L. eſt *Hieronymus* DE LEONIBUS. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1718. pag. 114.

(1805.) Vita Hieronymi, quae exſtat Tomo 4. *operum Eraſmi*, auctorem habuit *Ioh.* ANDREAE,

---

contra polygamiam adducitur & illuſtratur. Ad locum Matth. 19, 9 monetur, Chriſtum potius loqui de aſſumtione nouae uxoris, quam repudiatione prioris, & ita plus reſpondere, quam Phariſaei quaeſiuerant. Ex Corinth. 7. 2, 4. egregie oſtenditur, maritum corpus ſuum, non pluribus quam uni feminae concedere poſſe, pag. 26. Willenbergii ſuppoſitum, quod omne ius uxoris ex pacto connubiali aeſtimari debeat, egregie refutatur & oſtenditur, maximum ius connubiale ex inſtituto inſtituentis fluere. Tractatus autem ipſe modeſte ſcriptus eſt. uid. die unſchuld. Nachr. 1713. pag. 1083

(*a*) Vita huius epiſcopi paucis delineatur in den Leipz. gel. Zeitungen 1718. p. 114.

DREAE, uid. ſumme reuerendi Cypriani *praefat. ad Hieronymi catalogum Scriptorum eccleſiaſticorum* pag. 4.

(1806.) Vita Marollii. Auctor eſt JAQVELOT. uid. die fortgeſetzte Sammlung von Theologiſchen Sachen 1713. p. 235.

(1807.) Vita Iohan. Gerhardi (*Theologi Ienenſis*) (*a*). Antea hunc librum expreſſo nomine ſuo edidit *Erdmann Rudolph* FISCHER, *eccleſiae Coburgenſis Diaconus meritiſſ. Lipſiae* 1723. in 8. 1 Alphab. pl. 13.

(1808.) Vita & opera Ioh. Clerici ad annum 1711. amici eius opuſculum. Amſtel. 1711. in. 8. Pfaffius (iun.) in *praefat. ad Commentar. Clerici ſuper Pentateuchum* 1733. ex ſtilo iudicat, ipſum CLERICUM eſſe huius opuſculi auctorem, & cel. Reimannus *in catalogo literar.* p. 652. quoque arbitratur, auctorem huius Biographiae uel CLERICUM eſſe ipſum, uel aliquem ab eo doctrina excultum & in communionem omnium arcanorum admiſſum. Orationem eſſe mollem & uniformem & dilucidam & ſine affectatione ornatam. Res in hoc libro contentas ad illuſtrandam hiſtoriam literariam peridoneas.

(*a*) Sed poſtea hic liber prodiit ſub titulo: *Hiſtoria eccleſiaſtica Sec.* XVII. *in uita Ioh. Gerhardi* ſq. *Lipſiae* 1727. 1 Alph. pl. 13. nihil tamen mutatum eſt in hac editione, ita ut omnes paginae huius & prioris editionis accurate conueniant. Omiſſum autem eſt in hac editione, ab alio, quam Fiſchero procurata, nomen auctoris huius uitae & effigies b. *Gerhardi*, inſcio tamen & inuito *Fiſchero* plurimum reuerendo.

Reprehendit tamen in auctore huius ſcripti, quod 1) nomina eorum, cum quibus acie contendit *Clericus*, tam ſtrenue diſſimulet e. g. Petri *Burmanni*, Iac. *Perizonii* &c. 2) quod diſſimulet pag. 26. *Clericum* latere ſub nomine *Liberii de S. Amore*, quod p. 84. diſſimulet, *Cericum* eſſe auctorem uitae *Iohan. Armandi Cardinalis Ducis Richelii*, quod 3) p. 131. Petro *Baelio* tam grauiter obtrectet, quod 4) p. 108. de *Hieronymo* tam contemtim loquatur.

(1809.) Vita Dauidis Chytraei *ἀνωνύμως* edita eſt ab U. CHYTRAEO, *Roſtoch.* 1601. in 4. uid. *catalogum Bibliothecae uiri cuiusdam clariſſimi Lipſienſis*, pag. 40.

Vitae Imperatorum & Caeſarum, uid. ſub uoce *Imperatorum.* n. 1558.

(1810.) De Vita, ſcriptis ac meritis in eccleſiam D. Michaelis Foertſchii commentatio, *Ienae* 1723. in 4. pl. 9. Auctor eſt ſumme reuerendus *Iohan. Chriſtoph.* KOECHERUS, *Doctor Theologiae & Rector Gymnaſii Osnabrugenſis*, eo tempore *ſtudioſus theologiae Ienenſis* & b. *Foertſchii* amanuenſis, qui litteras tantum I. (*Ioh.*) C. (*Chriſtoph.*) K. (Koecher) L. (*Lobenſteina*) V. (*Variſcus*) praefationi ſubiectas appoſuit, uid. die Leipz. gel. Zeitung. 1723. pag. 454. add. die fortgeſetzte Sammlung von Theologiſchen Sachen 1724. p. 159. ubi tamen pro nomine KOERBERI ſubſtituendum eſt nomen KOECHERI. Laudatur cel. *Koecheri* eruditio & elegantia quam maxime a celeb. Iohan. Fabricio *in hiſtoria bibliothecae ſuae* part. 6. pag. 139.

(1811.)

(1811.) Vita Sancti Maximini, (*a*) *ſcripta anno* 839. a LUPO SERVATO, *monacho Ferrarenſi.* Aſt non LUPUS *Ferrarenſis* eſt, ſed LUPUS, *Epiſcopus Cabillonenſis* (*Chalon*) qui uixit tempore Ludouici *le Debonnaire*, ſeu *Caroli Calui.* uid. le Long l. c. num. 4351. qui etiam in numeris antecedentibus & ſubſequentibus uaria ſcripta, de *Hiſtoria S. Maximini* agentia, adducit.

(1812.) Vita Sancti Dionyſii, *Epiſcopi Pariſienſis.* Monſ. *de Marca* (*b*) hanc uitam adſcribit FORTUNATO, *Pictauienſi.* Impreſſa eſt haec uita in parte 2. *de l' hiſtoire de l' Egliſe de France par François Boſuet* p. 50. in 4. *Pariſiis* 1636.

(1813.) Vita Sancti Maurilii, auctore FORTUNATO. Le Long l. c. num. 4263. putat, neque *Fortunatum*, neque Gregorium DE TOURS eſſe huius uitae auctorem, ſed forſitan illam confectam eſſe a ſancto MAINBOEUF, *Epiſcopo d' Angers* circa annum 606. quam uitam poſtea

(*a*) Haec uita inſerta eſt operibus *Lupi Ferrarenſis* in 8. *Pariſiis* 1664. editis; exſtat etiam pag. 1. Tomi XI. *Bibliothecae Patrum* Lugdunenſis editionis. Haec uita emendatior & accuratior eſt, quam uita *Maximini*, per anonymum monachum *Maximinienſem* deſcripta, cum commentario praeuio *Godefridi Henſchenii* (quod ſcriptum adducit le Long l. c. num. 4350. *Lupus* in ſuo ſcripto multa fabuloſa reſecuit, ſed exſtant tamen adhuc in illo quaedam fabulae, quae libri pretium imminuunt. Placcius num. 1622. pſeudonymorum *Lupum Seruatum* a *Lupo Ferrarenſi* differre putat.

(*b*) Cuius ſententiam non improbat le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* num. 1023.

RAIMON, *epiſcopus eiusdem urbis*, qui uixit in ſeculo decimo, ſuppoſuerit additionibus ſuis corruperit, & omnia inuenerit, quae ad ſcopum ſuum pertinere arbitrabatur, ut hanc uitam pro ſcripto, a Gregorio TURONENSI confecto, uenditaret uid. le Long l. c. num. 4263. qui etiam num. 4264. agit de uita *Maurilii*, per MAGNOBODUM & num. 4265. de uita eiusdem per *Giry* num. 2466. de uita eius, per *Adrianum* BAILLETUM ſcripta.

(1814.) Vita ſancti Romani, *e ueteri Martyrologio edita: cura & cum notis Nicolai Rigaltii. Acceſſit eiusdem Rigaltii diſſertatio, & ad calcem legitur Priuilegium Ludouici* XII. *in gratiam feretri, ſeu capſae ſancti Romani conceſſum* in 8. *Rotomagi* 1609, 1652. Mabillonius Tom. 1. *Analectorum ſuorum* p. 107. contendit, hanc uitam compoſitam eſſe a GERARDO, *Prieur du Monaſtere de ſaint Medard de Soiſſons*, circa annum 932. & ipſe imprimi curauit hoc loco prologum. Secundum M. *Baillet* haec uita eſt antiquior & referenda ad *Hugonis Capeti* tempora, adeoque per quatuor ſecula remotum a tempore ſancti; nam hic mortuus eſt anno 645. Addit *Baillet*, in hoc ſcripto plurimas res reperiri, quae tolerari non debeant, nec defendi poſſint. *Rigaltius* refutat fabulam de dracone in ſua diſſertatione, atque dicit, hanc fabulam eſſe fundamentum ciſtae reliquiarum S. *Romani* uid. le Long l. c. num. 3939, qui & in numeris ſubſequentibus uaria ſcripta, de ſancto *Romano* agentia, adducit.

(1815.)

(1815.) Vita ſancti Liborii, (*a*) *auctore anonymo*. *Baronius* hanc uitam tribuit P. IDONI, qui floruit uerſus annum 850.

Vita Mamerti. uid. in anonym. gallic. ſub uoce *Vie de Mamers* num. 1226.

(1816.) Vita S. Genouefae, (*b*) 1697. in 8. ſuppreſſo nomine edita, auctorem habere uidetur P. CHARPENTIER, ſiue CARPENTARIUM, *Canonicum regularem S. Genouefae*, ut partim ex fama, partim ex epiſtola dedicatoria concludere licet.

(1817.) Vita Felicis Catalicii, *Pariſiis* 1716. Auctor eſt Monſ. GERVAISE, *Canonicus S. Martini Caeſarodunenſis (zu Tours)* cui hoc ſcriptum cum aliis, ab ipſo editis, magnam famam peperit. uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1716. p. 381.

(1818.) Vita ſancti Goswini, (qui mortuus eſt 1196.) *Aquicintinenſis Abbatis*, (in indice

 dice

(*a*) Inſerta eſt haec uita collectioni *Surii* die 23. Iulii, & tam cum grauitate ſtili, quam bona fide ſcripta eſt, nullaque continet facta, quae non reperiantur in *Hiſtoria epiſcoporum Manenſium* (*du Mans*) uid. Le Long l. c. num. 4243. qui etiam uitam huius ſancti per *Bollandum*; eandem per GIRY; eandem per BAILLET; eandem per TILLEMONTIUM num. 4244. 4245. 4246. 4247. adducit.

(*b*) Adiecta eſt fuſiſſima hiſtoria chronologica, gallice ſcripta, rerum omnium geſtarum a ſec. 9. quae ad *Genobefam* pertinent, & ad finem 9. MSta latina. CARPENTARII uerſio optima & correctiſſima habetur, ſed tamen eadem uerſio eſſe uidetur, quam confecit LALLEMANNUS; pauciſſima enim mutauit, reſecuit, uel addidit CARPENTARIUS, aliter uero in capita diſtinxit, ne forte idem opus uideretur. uid. Ge. Wallinum *de uita S. Genobefae* part. I. artic. 72. not. (*g*)

dice du Pere le Long eſt Aquicinenſis) *a duobus monachis eiusdem Coenobii exarata & a Richardo Gibbono* edita in 8. *Duaci* apud *Wyon* 1620. *Molanus in notis ad Uſuardum* ad d. 6. *Octob.* hanc uitam ALEXANDRO, *Abbati d' Anchin* tribuit, ſed Pere le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de le France* n. 4830. ideo ab ALEXANDRO hanc uitam exaratam eſſe negat, quia appareret, auctorem huius uitae non ſub *Alexandro*, ſed ſub eius ſucceſſore *Simone* uixiſſe.

(1819.) Vita, ſeu extrema conuerſatio & tranſitus beati Roberti (*a*) de Arbriſello, *Fundatoris ordinis Fontis-Ebraldi.* Exſtat haec uita in Bollandi *collectione uitarum Sanctorum* d. 25. Febr. Auctor huius uitae fuiſſe creditur ANDRE', *Grand Prieur de Fontevrault*, qui *Roberto fuit a confeſſionibus* & eius in itineribus comes, illum etiam ad mortem praeparauit.

(1820.) Vita ſancti Sulpicii Pii: (*b*) *auctore*

(*a*) *Robertus* mortuus eſt 1117.' uid. le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France.* n. 6013. qui etiam n. 6012. uitam *Roberti*, *a Balderico* conſcriptam, adducit, ſed quia *Baldericus* non omnia neceſſaria pertractat, licet alias bonae ſit fidei, ideo le Long ſuadet, ut cum *Balderico* coniungatur ANDRE', licet egregiis hiſtoricis non ſit annumerandus. cf. etiam n. 6014. & 6015. ap. le Long.

(*b*) Haec uita S *Sulpicii* impreſſa eſt in *collectione Bollandi* d. 17. *Ianuarii* & in Tom. 2. *Actorum ſanctorum ordinis S. Benedicti* p. 167. uid. le Long l. c. num. 3223. qui etiam ibid. alias uitae *Sulpicii* per alios auctores deſcriptiones adducit e. g. num. 3224. alius anonymi n. 3225. per *Bailletum*. Sed *Fernandi* deſcriptio omnium ampliſſima & elegantiſſima eſt, & ibid. num. 3226. & 3227. eius miracula & elogium allegat.

ſtore anonymo Sulpiciano, fere coaeuo. Auctor eſt *Jean* FERNAND, *Monachus de Chezal-Benoiſt.*

(1821.) Vita Antonii Loiſelli, *(Aduocati Parlamenti) patris & Vidi filii (Conſeiller de la grand-Chambre)* in 8. *Pariſiis* 1643. Auctor eſt *Claudius* IOLI, *nepos Antonii Joly, Cantoris & Canonici de nôtre-Dame de Paris,* uti notatum eſt in catalogo librorum MStorum, quos donauit *Capitulo (au Chapitre)* huius eccleſiae Pariſienſis. uid. le Long l. c. num. 17126.

(1822.) Vita Huberti Langueti, *(Burgundi) Conſiliarii Saxonici, (a) editore (b) Ioh. Petro Ludouico (a)* in 12. *Halae Hermundurorum ap. du Sarrat* 1700. Auctor eſt *Philibert* DE LA MARE, *Conſiliarius Parlamenti Burgundici,* qui mortuus eſt 1687.

(1823.) (a)

(*a*) Le Long l. c. num. 17243. refert, aſſeruari hanc uitae deſcriptionem MStam in Bibliotheca huius uiri cum epiſtola dedicatoria ad regem *Ludouicum* XIV. quae epiſtola nunquam edita eſt. Editor huius uitae generoſus Ioh. Peter de *Ludewig* in pag. 1. praefationis ad epiſtolas Huberti *Langueti,* quas edidit ſub tit. *Arcana ſeculi decimi ſexti* in 4. *Halae Hermundurorum* 1709. indicat, qua ratione haec uitae deſcriptio, a Monſ. DE LA MARE confecta, in ſuas manus inciderit; nimirum comitem de *Gergy* (Vincentium *Languetum*) *Plenipotentiarium in comitiis Ratisbonenſibus,* ipſi, (*Ludewig*) exemplum huius uitae MStum, quod *copiam* uocare ſolent an. 1700. afferri curaſſe *Dibione* (*Dijon*) *ex Gallia.*

(*b*) Confundunt itaque editorem huius uitae cum eius auctore uarii ſcriptores e. g. *Iac. Bernard* p. 17. Tomi 2. *ſupplementorum addictionarium hiſtoricum de Moreri,* qui hanc uitam *Ludouico* adſcribit, cum tamen tantum ſit editor.

(1823. (*a*) Vita S. Idae. (*a*) Auctor eſt UFFINGUS, *monachus Werthinenſis.* (*b*) uid. Ioh. Fabricii *hiſtoriam bibliothecae ſuae part.* 3. p. 22.

(1823.) (B) Vita Sixti IV, *per anonymum conſcripta & parti* 2. *Tomi* 3. *Scriptorum rerum italicarum, per Muratorium* 1737. *Mediolani* in fol. *editae, inſerta* ex MSto quodam Bibliothecae Vaticanae, auctorem habere dicitur PLATINAM uid. *die Leipz. gel. Zeit.* 1738. n. 10. p. 85.

(1824.) Vita Alphonſi Ludouici Pleſſaei Richelii, *Cardinalis*: auctore M. D. P. in 12. *Pariſiis ap. Vitré* 1653. Hae litterae initiales ſignificant *Michel de Purc.* Cardinalis autem iſte mortuus eſt 1653. uid. le Long l. c. num. 3518.

(1825.) Vita ſancti Giſſeni (*c*) *Conditoris Cellae in Hannonia.* Auctor eſſe dicitur *Charles du Cange*, cognomine RAINIER. qui floruit circa annum 940. *monachus ſancti Giſſeni.*

(1826.)

(*a*) Haec fuit coniux *Ecberti*, Saxonum Ducis, ſub *Ludouico Pio*, cuius in bona & honores *Ludolfus* ex parte ſucceſſit.

(*b*) Inſerta eſt haec uita Tomi 1. num. 8. *Scriptorum rerum Brunſuicenſium*, a Godofr. Guil. *Leibnitio* Tomis 3. editor. *Hanouerae* 1707-1711.

(*c*) Haec uita inſerta eſt Tomo 2. *Actorum ſanctorum ex ordine S. Benedicti* p. 788. & 796. uid. le Long l. c. num. 5346, qui etiam in numero 5347. epitomen uitae huius ſancti per *Marlier*, & uitam eiusdem, per Adrian. *Baillet* editam, adduxit.

(1826.) Vita Ioh. Gerſonii, (qui mortuus eſt 1429.) *Doctoris Facultatis Theologiae (a) & Cancellarii Uniuerſitatis Pariſienſis, ex operibus eius collecta.* Auctor eſt *Edmundus* RICHERIUS, *Doctor Pariſienſis*, qui mortuus eſt 1631.

(1827.) Vita Albini Alcuini (qui mortuus eſt an. 804.) Abbatis & Leuitae, *auctore anonymo, fere aequali. (b)* Auctor eſt SINGULFUS, eius diſcipulus.

(1828.) Vita *(c)* ſancti Iacobi, (qui mortuus eſt anno 565.) *Eremitae & Martyris in Bituricibus: Auctore monacho Sulpiciano anonymo.* Quidam hanc uitam tribuunt BENEDICTO VENIER. Auctor ſaltim huius uitae deſcriptae uixit ſeculo 16. uid. le Long loc. cit. num. 5782. qui etiam numero ſequente elogium eiusdem, ab anonymo confectum & num. 5784. uitam eius, per *Adrian. Bailletum* conſcriptam, adducit.

(1829.)

(a) Haec uita reperitur ante opera *Gerſonii* in fol. *Pariſiis* 1606. & *Amſtelodami avec l' Apologie de Gerſon*, de qua uid. *Placc.* n. 1463. anonymor.) per eundem *Richerium* in 4. *Lugd. Bat.* 1676. edita. uid. le Long l. c. n. 4640, qui etiam in numeris antecedentibus & ſequentibus uarias uitae *Gerſonii* deſcriptiones adhuc adfert.

(b) Haec uita operibus *Alcuini*, Pariſiis in fol. 1617. editis Tom. 5. *Actorum ſanctorum ordinis ſancti Benedicti* p 145. & cum *commentario Henſchenii in collectione Actorum, per Bollandum edita, die 19. Maii.* inſerta eſt, uid. le Long l. c. num. 4999. qui etiam in numeris ſequentibus *elogium* eiusdem per *Mabillonium*, & *uitam* eius, per *Baillet* ſcriptam, indicat.

(c) Haec uita inſerta eſt Tom. 6 *Actorum ſanctorum ordinis S. Benedicti* p. 142.

(1829.) Vita D. Ludgeri, *primi Monaſterienſis Archiepiſcopi, Saxonumque & Friſonum apoſtoli*, *Coloniae* 1515. in 4. Auctor eſt IOH. ICONCINNIUS, qui eam ex *Othelgrimo, Altfrido, Uffingo* & aliis collectam, hoc habitu in lucem prodire iuſſit, ad Hiſtoriam eccleſ. Germanor. non utilem tantum, ſed plane neceſſariam, ut ut narrationes quasdam ſuſpectae fidei admiſtas habeat. uid. Reimmanni *catal. bibl. theol.* p. 150.

(1830.) Vita Menſonis Altingii *(a)* &c. *Groeningae* 1728. in 4. 2. Alph. pl. 6. Auctor eſt *Adamus Menſo* ISINK, *Prof. Hiſtor. Groeningae*, qui quoad proſapiam maternam ex doctiſſimorum *Altingianorum* familia erat. uid. *die Samml. von theol. Sach.* 1734. p. 96.

(a) Eſt opus poſthumum, quod auctor quidem, cum adhuc uiueret, edere conſtituerat, ſed demum eo mortuo cum dedicatione uiduae eius prodiit. Praemiſſa eſt Menſonis *Altingii, Paſtoris Primarii Emdani*, qui Caluiniſmum Emdae ſtabiliuit, uita, antea nondum edita, & ab Vbbone *Emmio* conſcripta. Erat hic *Altingius* antea *Superintendens Specialis in Palatinatu*, & deinde *Paſtor Heidelbergenſis*, ideo in eius uita multa arcana, ad acta religionis palatina pertinentia, occurrunt, ſed ubique uehementiſſimum odium erga Lutheranos prodit, illos Schiſmaticos & Ubiquitiſtas uocans. Multa particularia & ſcitu neceſſaria in hoc ſcripto reperiuntur, quia *Emmius* Altingii familiariſſimus fuit, & ab eo multa reſciuit. Ex additis *Altingii* epiſtolis appa-

apparet, *Altingium* laboraſſe, ut tota Friſia orientalis reformatam religionem amplecteretur. Adhaeret Henr. *Altingii*, Menſonis filii, *Hiſtoria eccleſiaſtica palatina*, antea iam impreſſa & *in den Unſch. Nachr.* 1702. recenſita. Quatuor paginas de reformatione Groeningana confecit ISINK. Sub fin. eſt uita Ubb. *Emmii*, a Nic. MÜLERIO ſcripta, & 5. plagulas explens.

(1831.) Vitae ſelectae quorundam eruditiſſimorum ac illuſtrium uirorum, (*a*) *ut & Helenae Cornarae & Caſſandrae Fidelis, a clariſſimis uiris ſcriptae, & ante hac ſeparatim editae, denuo ob ſummam raritatem ac praeſtantiam recuſae, ac in unum uolumen redactae. Vratislaviae ſumtibus Chriſtiani Bauchii* 1711. in 8. Collector & Editor eſt *Chriſtian.* GRYPHIUS, *Rector quondam Vratislavienſis meritiſſimus.*

(1832.)

(*a*) Recenſentur hae uitae *dans les Memoires de Trevoux* 1713. art. 147. p. 1783. ſq. *in dem ausführl. Bericht von allerh. neuen Büchern* p. 1209. ſq. & *in Actis Eruditor. Lipſ. lat.* 1712. p. 131. cel. Stollius *in der Nachr. von ſeinen Büchern* p. 650. monet, has uitas maiori utilitati fore, ſi indice rerum & perſonarum inſtructae eſſent. Hae autem uitae non continuatae ſunt. Celeb. Reimann. *in catal. liter.* p. 625. dicit: *Sane pleraeque hae Biographiae ſelectae ſunt & dignae, quae ſemel & iterum legantur. Prae ceteris tamen nitere uitam Palmerii, Pinelli, Cottoni, Urſini, Fabri &c. quae ea ratione contextae eſſent, ut & ſcientia & prudentia lectorem augere & uarietate iucunda alere eius ingenium ualeant, & utinam cum ſcriptis & ſcriptorum hiſtoria, cuius narrationi intexta & cum uirtutibus notatae etiam labeculae additae eſſent.*

(1832.) I. Th. C. Vſus (*a*) Philoſophiae Leibnitianae & Wolfianae in Theologia. *Francof.* 1728. in 8. 1. Alph. 11. pl. Auctor ſe uocat I. Th. C. *Würtenbergenſem*, & eſt nunc ſatis notus celeb. Ioh. Theoph. CANZIUS, *Prof. Tubingenſis.* uid. *die Samml. von Theol. Sach.* 1732. p. 249. add. *die auserleſ. theol. Bibliothec* (Coleri) part. 31. n. 5. 6. *und die Leipz. gel. Zeit.* 1728. p. 138.

(1833.) Vitae Paparum. Auctor eſſe uidetur LUITPRANDUS. uid. Flacii *catalogum teſtium ueritatis* p. 179. Fortaſſe Flacius intelligit adiunctas *Damaſo* uitas, quas excitat p. 198.

W.

De Wartenberg (comitum) Origines. uid. ſub. uoc. *Origines n.* 1660.

Z.

(1834.) Zoſimi editor, *Oxoniae* 1679. uidetur eſſe *Thom.* Sparck.

(1835.)

(*a*) Auctor putat, Philoſophiam Leibnitianam & Wolfianam optime quadrare ad theologiam, ex illa omnipraeſentiam corporis Chriſti, eius ſatisfactionem & iuſtificationem optime concipi poſſe & praeſertim creationem ex nihilo. Auctor contra uariorum imputationes ſe defendit, de harmonia rationis & reuelationis probe agit, it. de theologia impiorum, de differentia naturae & gratiae & deinde locos theologicos percurrit, gradus gratiae egregie demonſtrat p. 72. & contra Steph. Vitum p. 399. optime diſputat. Auctores *der Samml.* l. c. fatentur, eum multos in theologia conceptus dilucidiores reddidiſſe, attamen etiam uaria in hoc ſcripto notant, minus accurate dicta.

ANONYMI GERMANICI.

(1835.) A. B. C. der Gelehrſamkeit. *(a)* Delitſch 1703. in 8. pl. 6. Auctor eſt magnific. D. *Valent. Ern.* LOESCHERVS. uid. einsd. *theologi. annal.* 1703. n. 115. p. 126. Alia editio ſupra adducta eſt num. 1564.

(1836.) Abbildung der Jeſuiter-Theologie 1719. in 8. 1 Alph. pl. 1. Eſt uerſio *theologiae Ieſuiticae*, *a* D. *Mart.* CHEMNITIO quondam editae, cum docta praef. *concionatoris aulici Dresdenſis* Engelſchallii *de Ieſuitis.* uid. die Unſchuld. Nachr. 1719. pag. 373. & pag. 464. ibid. ubi plenior recenſio exſtat.

(1837.) Abbildung des verborgenen Menſchen des Hertzens, oder Tractat über die 12. Artickel des Symboli Apoſtolici. Auctor eſt *Nicolaus* TSCHEER, *Bochmiſta quidam*, qui in praefatione der Einleitung fatetur ſe hoc ſcriptum exaraſſe,

---

(a) Auctor dolet, in plerisque ſcholis tantum linguam latinam & graecam, non autem reales diſciplinas doceri. uid. die Unſch. Nachr. 1703. p. 112. ſuadet ergo, ut omnes, licet etiam mercaturam deinde exercere incipiant, uel opificium, imbuantur Elementis Logicae, Metaphyſicae, Pneumaticae, Phyſicae, Matheſeos, ſpeciatim Arithmeticae, Geometriae, Aſtronomiae, Ethices, Hiſtoriae, ſpeciatim Saxonicae, Geographiae & Mythologiae, Rhetoricae, & diſcant etiam difficiliores uoces graecas, in diſciplinis occurrentes, hebraicas, nomina menſurarum, ponderum, monetae ueteris & nouae. Varia uocabula & phraſes, in communi uita obuias & in Lexicis non exſtantes, quas & ipſe exponit. Ex his omnibus diſciplinis auctor initia ſuppeditauit & ſub fin. initia Muſicae addidit. Sſſ

exaraſſe, & illud multos effectus apud amatores ſtudii Theoſophici habuiſſe. uid. die Sammlung von Theol. Sachen 1727. pag. 720. add. infra tit. Jeſus Immanuels ſq.

(1838.) Abdruck des wegen der Greifswaldiſchen Controuerſien publicirten Placats (*a*), nebſt ſq. 1730. in 4. Auctor celeb. NEUMEISTER eſſe cenſetur.

(1839.) Abfertigung der von einem Ober-Graitziſchen Fanatico wieder den ſeel. Chriſtoph Schüßlern in offenem Druck ausgeſprengten Verleumdungen in 4. 1734. Tribuitur cel. *Erdm.* NEVMEISTERO. uid. Goettens gel. Europa part. I. pag. 111.

(1840.) Abfertigung einer Jeſuitiſchen Wiederſprechung des Berufs Lutheri. Augsburg 1702. in 4. Hoc ſcriptum I. W. **von der Lith** edendum curauit nomine ſuo non addito. uid. Decennium 2. der theologiſchen annal. pag. 693. num. 219.

(1841.) Abfertigung (ausführliche) derer unbefugten Beſchuldigungen (*b*), womit ein anonymus Hn. D. Buddei diſquiſitionem de moderamine incul-

(*a*) Auctor contra hoc Placatum, ut ita dicam, uaria recte monet, praeſertim neminem prohiberi poſſe, quin contra falſos doctores loquatur & ſcribat, p. 7. oſtenditur, D. *Rusmeyerum*, Gryphisvvald. grauium errorum ſuſpectum eſſe.

(*b*) Auctores der Unſchuld. Nachr. 1709. p. 52. uerboſe b. *Syrbii* ſcriptum examinant, & in illo reprehendunt 1) *quod ironico ſtilo ſaepiſſime utatur*, 2) b. *Calouium immerito traducat* p. 40. 3) p. 63. 64. *myſticorum locutiones de deificatione defendat*. 4) quod p. 113. dicat, *Deum omnia*

inculpatae tutelae in controuerſiis theologicis anzufallen ſich unterwunden, von einem Liebhaber der Wahrheit (i. e. celeb. *Profeſſore* eo tempore *Philoſophiae*, nunc *Profeſſore Theologiae & Doctore* ſumme reuerendo SYRBIO) b. *Buddei* quondam auditore, Jena 1709. in 8. 1 Alph. pl. 9.

(1842.) Ablehnung (gründliche und Protocoll-mäßige) der geſammtn theologiſchen Facultät zu Jena der wieder die Univerſität Jena und inſonderheit beſagte Facultät bißhero ausgeſprengten Verleumdungen, Jena 1729. in 4. pl. 8. Auctor eſt ſine dubio magnif. WALCHIVS, qui eo tempore *Decanus facultatis* fuit, (nam moris eſt, ut *Decanus* ſcripta nomine facultatis conficiat), ſed duo alii theologi, b. D. *Buddeus* & *Weiſſen-*

facere, quia uult. 5) *quod cum b. Buddeo orationem dominicam pro compendio Cabbalae purae & alluſionem ad illam habeat.* 6) *quod apoſtoli multa dicta de Chriſto explicarent, quae de illo non agerent, ſed haec dicta eſſe ſymbolica* p. 308. 7) p. 327. *Cabbalam puram theologicam cum Scriptura S. eſſe unum idemque.* 8) *quod b. Buddeus recte dixiſſet, Fridliebii Indifferentiſmum non fuiſſe refutandum,* auctorem tamen (qu. num *Buddeus*, uel *Fridliebius?*) peccaſſe. 9) *Mayerum tract. de Pietiſtis publicancem, male feciſſe* p. 478. 10) *impoſitionem nominis Pietiſtae cum peccato coniunctam eſſe putat cum b. Buddeo.* p. 488. 11) *quod b. Buddei defendat ſententiam, in introduct. ad Hiſtor. Philoſ. Ebraeor.* p. 262. propoſitam *de uniuerſali mundi anima,* quam tantum pro charactere non pro dogmate philoſophiae moſaicae b. Buddeum habuiſſe putat. Tam de b. *Buddeo*, quam b. *Syrbio* multa queruntur auctores der Unſch. Nachr. l. c. & optant, ut praeſertim prior meliorem mentem induat, ubi plura de iis, quae in ſcripto *Syrbiano* reprehendenda uidentur iſtis auctoribus. 12) *quod contendat, Reformatis nomen Proteſtantium competere.*

Weiſſenbornius, (add. tamen die Sammlung von theolog. Sachen 1730. p. 446.) qui cum magnif. *Walchio* huic apologiae ſubſcripſerunt, forſitan etiam contulerunt quaedam. uid. die Sammlung von theol. Sachen 1729. p. 999. und die auserl. theol. Biblioth. (Coleri) part. 49. n. 3. und die Leipz. gel. Zeit. 1729. p 561.

Abmeſſung des jährlichen Regen- und Schnee-Waſſers. uid. inter anonym. latinos. *Specimen hyometriae*. n. 1747.

(1843.) Acerra philologica (Neue) cuius prima pars prodiit *Halae* 1715. M. BOYSEN auctor huius acerrae eſſe dicitur. uid. illuſtris STRUVII *introduct. in notitiam rei literar.* p. 545. Antiquitates praeſertim romanae, ritus, prouerbia & multa loca auctorum claſſicorum in hac acerra illuſtrantur.

(1844.) Acta der Wahl und Crönung (a) Maximiliani II. Continet hoc ſcriptum continuationem reſignationis imperii, a Carolo V. factae & ſucceſſionem Ferdinandi in hanc dignitatem, (quae reſignatio in parte 1. der Sammlung ungedruckter und zu den Geſchichten auch Staats- und andern Rechten des heiligen Römiſchen Reichs gehörigen Nachrichten, quae D. *Ioh. Wilhelm Hoffmann* edidit, reperitur.) Acta autem electionis & co-

(a) Non meras huius actus caeremonias deſcribit, ſed etiam uaria, ius publicum illuſtrantia argumenta, inſpergit, ex his actis etiam illa emendari poſſunt, quae Goldaſtus in den politiſchen Reichs-Händeln non ſatis accurate de electione & coronatione Maximiliani II. tradit. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1737. n. 65. p. 575.

& coronationis deprehenduntur in parte 2. collectionis *Hoffmanniae* n. 2. Auctor horum actorum forſitan eſt *Simon* BAGEN, *Conſiliarius & Secretarius Moguntinus*, qui ipſi electionis & coronationis actui interfuit.

(1845.) Acta Eruditorum (Deutſche) oder Geſchichte der Gelehrten *(a)*, welche den gegenwärtigen Zuſtand der Litteratur in Europa begreiſen *(b)*, 216 Theile, *Lipſ.* ab anno 1712-1737. 17 uolumina, & aliae adhuc deinde partes prodierunt. Haec acta ſub auſpiciis, uel directione *Ioh. Burch.* MENCKENII ſuſcepta ſunt, opem ferentibus RABENERO, SCHOETGENIO, WALCHIO, TILGNERO, IOECHERO, GERINGIO, FRANCKENSTEINIO, GEBAUERO, KAPPIO aliis, qui haec acta ab anno 1723. usque ad hunc temporis articulum laudabili conatu litterarum monu-

(*a*) Non ſunt haec Acta Metaphraſis tantum actorum eruditorum latinorum, a quibus tota uia, coelo & regione differunt, quod docet αὐτοψία & praefatio, parti 25. praemiſſa. Nec unius commatis ſunt, quibus hoc corpus Ephemeriologicum conſtat, membra, quia non unum auctorem agnoſcunt. conf. b. *Colerus* in notis ad b. *Struvii introd. in notit. rei litterar.* pag. 511. not. (*a*) editionis 1715.

(*b*) De his ita iudicat cel. Reimann. l. c. *Pleraque lucernam olent & ungues arroſos ſapiunt & caput digito laborioſo ſcalptum teſtantur. Genus dicendi eſt uegetum & roſeo decore ſplendeſcens. Summaria librorum non ex praefationibus & indicibus conſtipata, ſed ex argumentis ipſis eorundem ſtudioſe conquiſita. Nec iudicia de iisdem blandiloqua aut aſpera & mordacia, ſed moderata pleraque & inter aſſentationem & auſteritatem media. Accedunt noua litteraria de eruditorum laboribus, honoribus, fatis, morte &c. Imagines etiam eorundem aeri inciſae.*

monumentis commendarunt. uid. cel. Reimann. *catal. litterar.* pag. 720.

(1846.) Acta Philoſophorum, d. i. gründliche Nachrichten *(a)* aus der Hiſtoria Philoſophica nebſt beygefügten Urtheilen von denen dahin gehörigen alten und neuen Büchern, Halle im Magdeburgiſchen 1715. in 8. Pars 1. Prodierunt ſaltim partes 18. horum Actorum. Auctor eſt ſumme reuer. D. *Chriſtoph. Auguſtus* HEVMANNVS, nunc *Prof. Philoſ. & Theol. Goettingenſ.* cel.

(1847.) Acta gehaltener Diſputation zu Bern. Straßb. 1538. in 4. 1 Alph. pl. 2. Magiſtratus Bernenſis magna diligentia conſcribere iuſſit Secretarios iuratos, & optandum eſſet, ut de omnibus colloquiis talis notitia ſuppeditata eſſet. De contentis horum actorum agitur in den Unſchuld. Nachr. 1707. p. 47. ſeq.

(1848.) Acta Hiſtorico-Eccleſiaſtica, oder geſammlete Nachrichten von den neueſten Kirchen-Geſchichten; nebſt nöthigen Beylagen und kurtzen Theologiſchen Bedencken, quae prodire coeperunt Vinariae 1734. in 8. germanice. De ſcopo huius ſcripti uerboſe agitur in praefat. ad part. 73. der auserl. Theol. Bibliothec, (Coleri) & in ipſa horum actorum praefatione. Auctor eſt b. *Ioh. Chriſtoph.* COLERVS, Concionator quondam aulicus Vinarienſis, qui etiam bibliothec. theolog. ſelect. conſcripſit.

(a) De critica quadam in haec acta, quae Ienae ſucceſſiue per partes quasdam 1717. prodiit, uid. die Leipz. Zeit. von gel. Sachen 1717. pag. 464. ubi dicuntur, quosdam errores hiſtoricos & philoſophicos in illa critica ex his actis notari.

ſcripſit. Contenta partis 1. indicantur in den Leipz. gel. Zeit. 1734. pag. 496.

Addreſſe (unterthänigſte) an ein Durchlauchtigſtes Ober-Haupt, uid. Unterthänigſte.

(1849.) Allerunterthänigſte Addreſſe an ein Großmächtigſtes Ober-Haupt, 1703. & deinde 1704. Auctor eſt D. *Valent. Ern.* LOESCHER. uid. infra tit. Beantwortung not. *(a)*, item tit. Exceptions-Schrifft, & tit. Unterthänigſte Addreſſe not. *(a)*.

(1850.) Adelheit. Chriſtianus *Democritus* in libro: Etwas neues, oder Retirade der Lutheriſchen Orthodoxie pag. 34. ſcribit: Erdm. Neumeiſtern hat die Opera, die er unter dem Nahmen Adelheit für das Theatrum zu Hamburg verfertiget, und die ſo oft geſpielt und hergedruckt worden, mehr veradelt, und über alle Orthodoxen berühmt gemacht, als ſeine Streit-Schrifften, ſq. Sed die Nieder-Sächſ. Nachr. 1733. p. 147. n. 18. ſcite hunc *Democritum refellunt* his uerbis: daß der poetiſche Verfertiger des oberwehnten Schauſpiels kein geiſtlicher, ſondern ein gewiſſer berühmter, vielleicht damahls ein gar zu lebhaffter Weltmann iſt, der anietzo die Stelle eines Gräflichen Raths würcklich bekleidet, und den wir Ehrenthalber nicht nennen wollen, iſt bekannt.

Alarm-Geſchrey zur Warnung den Völckern, 1712. in 8. pl. 12. uid. inter anonym. gallic. in appendice ſub tit. Cri d'Allarme &c.

(1851.) Allgemeine Schrifft. Auctor eſt *Dauid* SOLBRIG, *Paſtor & Inſpector Seehauſenſis in Marchia* ueteri, & *membrum ſocietatis regiae*

regiae ſcientiarum Berolinenſis, qui in hoc ſcripto modum uoluit ſuppeditare, ut omnes in toto terrarum orbe gentes ſe inuicem poſſint intelligere *(a)* licet illarum gentium, quibuscum ipſis eſt negotium, linguam non calleant; *b)*. *Ante* SOLBRIGIVM iamdum Mr. DAIGARN, WILKINS, *Ioh.* BECHERVS *(b)*, *Athanaſius* KIRCHERVS, Baro *de* LEIBNITZ de *Trigny* in *grammaire générale & raiſonnée. Auguſtin* GRISCHOW, auctor anonym. de l' *art de parler*, WOLFIVS in *Metaphyſica* & *Iſrael Theoph.* CANZIVS, in *tenuibus gram-*

(*a*) Conf. ad hunc librum: *Dialogue ſur la facilité, qu' il y auroit d' etablir un caractere Uniberſel, qui ſeroit commun à toutes ies langues de l' Europe & intelligible à differens peuples, qui le liroient chacun dans ſa propre Langue.* Qui liber recenſetur *dans le Journal litteraire* 1720. Tom. II. part. 1. n. 6. & in den Leipz. gel. Zeit. 1722. p. 669. Mr. *Moitrel dans la nouBelle maniere d' eteindre les incendies*, agit etiam de lingua uniuerſali quadam, quae ab omnibus gentibus poſſit uſurpari, & omnibus aliis linguis eſſet facilior. *Philippus* LABBAEVS quoque ſcripſit *de lingua* quadam *uniuerſali.*

(*b*) Qui prius quam Galli de lingua uniuerſali agere, coepit, adeo ut nec Angli, nec Galli primi huius artis fuerint inuentores, ſed aliquis potius Germanorum. uid. omnino Reimanni *hiſtoriam litterar. Germanor. nouam* pag. 272. & 290.

Praeter *Solbrigium Chr. Henr* GÜTTHER, *Prof. graecae linguae extraordin Regiom.* etiam edidit quaedam conſilia de *lingua quadam uniuerſali* introducenda, & iudicium ſimul tulit ſuum, quid de tali lingua ſit cenſendum in den Königsbergiſchen Frag- und Anzeigungs-Nachrichten 1737. n. 11. Theodori Bibliandri *commentarius de ratione communi omnium linguarum & litterarum*, qui prodiit *Tiguri* 1548. in 4. forſitan his omnibus ſtrauit uiam, ut de ingua quadam uniuerſali ſua cogitata proferrent in medium.

grammaticae uniuerſalis rudimentis, ſimilem ſcripturae modum inueſtigarunt, & introducere ſummo opere ſunt anniſi. *Solbrigii* ſcriptum etiam approbauit *ſocietas ſcientiarum regia Berolinenſis*. De ſcopo & indole huius ſcripturae uideantur pluribus die Leipz. gel. Zeit. 1722. p. 846. & 1727. p. 38.

(1852.) Altenburgi altitudo. *(a)* d. i. der weitberühmten alt teutſch-Meißniſchen Reſp. Reichs-Chur-und Fürſtl. Sächſiſchen Reſidenz-Stadt Altenburg anſehnliche Hoheit, ſamt unterſchiedenen Altenburgiſchen Alterthümern kürtzlich entworffen, 1699. in 4. pl. 15. durch I. V. S. M. Altenb. ap. I. C. Richtern. Auctor eſt *Ioh.* VULPIVS Ludimoderator Macro Carrethenſis *(b)* uid. catal. Biblioth. Haſeanae p. 360.

(1853.) Altes und Neues von Sachſen und angräntzenden Ländern, quod ſcriptum prodire coepit 1727. in 8. Dresdae. Auctorem habet M. *Chriſtian. Auguſt.* FREYBERGIUM, *Rectorem Dresdenſem*, uid. die Leipz. gel. Zeit. 1727. p. 795. Pars 3. & 4. huius ſcripti prodierunt quoque *Dresdae* 1728.

Sſſ 5 (1854.)

(a) Non commemoraſſem hanc Chronicam, (cui quale pretium ſtatuendum ſit, uel titulus oſtendit. *Altitudo Altenburgi*, egregius luſus) niſi a multis ſcriptoribus proferatur in medium, e. g. *Buddeo*, *Menckenio* & aliis, qui de Hiſtoria Saxonica ſcripſerunt. Ceterum non negandum, nonnulla ex axiomatis exilis libris & ſcriptiunculis, concionibus, carminibus, calendariis, tradirionibus transſcripta eſſe curioſa, quaeque a uiris praeſtantioribus uix inueſtigarentur, ut ut non ſatis comprobata. uid. in pſeud. meis uoc. Gräuſ.

(b) Auctor adhuc in uiuis & prope Lipſiam formandis agreſtium puerorum ſtudiis praepoſitus eſt, & quotannis faſtos Altenburgenſes edit, nomenque affectat Ieſaiae Gräuſens von Neuſtadt aus Altenburg.

(1854.) α) Altes und Neues aus dem Reiche GOttes (a) und der übrigen böſen und guten Geiſter, cuius ſcripti tres partes 1733. *Francof. ad Moen.* in 8. prodierunt, quaelibet plagularum 6. quae recenſentur in der fortgeſetzten Sammlung von Theologiſchen Sachen 1734. pag. 500. Auctor huius ſcripti eſt excellentiſſimus *Conſiliarius regiminis & Prof. Iur. Tubing.* MOSERVS. uid. die fortgeſetzte Sammlung l. c. Contenta partis 4. 5. 6. 7. 8. quae prodierunt Francof. in 8. (pl. 6. quaelibet pars) indicantur in der Sammlung von theol. Sachen 1734. p. 1130.

(1854) β) Altes und Neues aus der gelehrten Welt, Zürch 1717. Auctor eſt *Conradus* HOTTINGERVS, uid. b. Fabricium in lib. *de ſcriptoribus de ueritate religionis chriſtianae* c. 50. p. 733. & in *Luce euangelica* cap. 20. pag. 440.

(1854.) γ) Altes und Neues aus dem Schatz Theologiſcher Wiſſenſchaften. uid. infra ſub uoce; Sammlung von alten und neuen ꝛc.

(1855.) Andencken des Miniſterii in der Inſpection Chemnitz 1715. in 8. pl. 6. Auctor eſt M. *Chriſtl. Frieder.* HILSCHERVS, uid. die fortgeſetzte Sammlung von Theolog. Sachen 1716. pag. 178.

(1856.)

(a) Auctoris ſcopus eſt, nouas hiſtorias notabiles de efficacia uerbi diuini in animabus, de amplificatione chriſtianiſmi & pietatis, de Satanae tentationibus, de diuinis ſomniis proferre, & tandem libros recenſere, qui ad pietatem amplificandam faciunt. Inſeruntur etiam noua cantica Moſeri, Weismanni &c. Speneriana & Zinzendorffiana multis laudibus efferuntur. Contenta trium priorum partium indicata deprehendes l. c p. 500.

(1856.) H. H. Anfrage, wie Herrn Cunzii Unions-Märtyrer (a) zu defendiren ſey? (b) 1723. in 4. pl. 4. uid. die Samml. von theolog. Sachen 1724. p. 100. Quidam hoc ſcriptum tribuunt celeb. NEVMEISTERO. uid. infra ſub titulis: Liebe & Nachricht, ubi ſcripta conferenda occurrunt.

(1857.) Anhaltiſche Glaube (der alte). Auctor *Ioh.* DVRRIVS. uid. b. Elswichii Diſp. *de Formula Concordiae*, *in Dania non combuſta* lib. 3. cap. 29. §. 8. p. 747. adde infra tit. Vertheidigung des Anhaltiſchen Glaubens, ab eodem auctore in hac ipſa anonymorum germanicor. collectione mea.

(1858.) *a*) Anhang zu den Thomaſiſchen gemiſchten Händeln, (c) Halle 1726. in 8. pl. 14. Auctor

---

(*a*) Hic erat Paſtor Toenningenſis in Holſatia & ediderat inſolitum carmen quoddam ſub tit. Ein vom Papſt Conti ausgeſchriebenes Iubilaeum, in quo Neumeiſterum & alios Lutheranos theologos cum libris ſymbolicis uehementiſſime perſtrinxerat, hic poſt examen accurate cum illo inſtitutum ab eccleſiaſtico ſuo munere remouebatur. Quidam illum ideo martyrem Unionis eſſe cenſebant, & ab utraque parte uaria ſcripta edebantur. Neumeiſterus ſe defendebat in praef. zu dem geiſtlichen Adel.

(*b*) conf. I. B. H. Vorläufige Nachricht von einem Unions-Märtyrer 1723. in 4. pl. 6. ubi Cuntii remoti ab officio uita in praefat. enarratur, eius uerſus approbantur, & excerpta ex Cuntii Apologia, quam in Holſatia euulgauit, ſuppeditantur. Scatet hoc ſcriptum ludibriis in Orthodoxiam & calumniis contra Superintend. General. Klauſium & Paſtorem Neumeiſterum, uid. die Samml. von theolog. Sachen 1724. pag. 89.

(*c*) Auctor agit uerboſe de quibusdam obſcuris Ciceronis locis, aduerſariis ſuis quibusdam reſpondet. D. Weide-

Auctor eſt ipſe THOMASIVS, uid. die Samml. von Theol. Sachen 1727. p. 75.

(1858.) β) Anhang zu D. Joh. Friedr. Mayers Päpſtiſchen Catechiſmo in 12. 1717. Auctor eſt cel. *Erdm.* NEUMEISTER. uid. Goettens gel. Eur. part. I. p. 110.

(1859.) Anklage des verderbten Geſchmacks, oder critiſche Anmerckungen über den Hamburgiſchen Patrioten und Hälliſche Tadlerinnen. Auctor eſt BODMER, Tigurinus, uid. ſub uoce *Patriot* infra.

(1860.) Anleitung (kurtze) zum rechten beſtändigen und innern Grunde des Lebens, Franckf. 1722 in 12. pl. 8. Auctor eſſe uidetur comes de ZINZENDORFF. uid. die fortgeſetzte Sammlung von theologiſchen Sachen 1723. p. 440.

(1861.) Anleitung (königliche) zur wahren Klugheit. Liber hic primum gallica lingua prodiit, de quo uideatur Placcius in anonym. 2474. qui tamen praenomen FOUQVETI (*Nicolai* nimirum) non adducit. Germanica uerſio a D. *Carolo Godofredo* ZAPFFIO, *Paſtore primario Rosweinenſi* exarata & *Dresdae* 1720. in 8. edita eſt, quae uerſio ob perſpicuum & fluidum ſtilum laudatur & uerſioni germanicae, quae *Chemnitii* (zu Chemnitz) ſub titulo: Rath der Klugheit prodiit, longe praefertur, cuius auctor neque germanicae, neque gallicae linguae ſatis peritus fuiſſe dicitur, quique propterea FOUQVETI mentem

nerum, & D. Valent. Erneſt. Loeſcherum pro more ſuo acerbe perſtringit.

mentem non ubique fuerit aſſecutus. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1720. p. 744.

(1862) Anmerckung über der ſo genannten Gothaiſchen Pietiſten-Confeſſion, zu Leipzig gedruckt. Der auctor ſoll D. Joh. Benedict Carpzov, Paſtor zu St. Thomae in Leipzig ſeyn, wie M. Johann Strömer in einer zu Halle 1693. den 3. May gedruckten Epiſtel meldet, ſub tit. kurtze Nachricht von dem auctore der neuen Läſter-Schrifft, titulirt ausführliche Beſchreibung des Unfugs ꝛc. Franckf. und Leipzig

(1863.) Anmerckungen (Auserleſene) (a) über allerhand wichtige Materien und Schrifften (uocantur alias hae obſeruationes Hälliſche teutſche Anmerckungen). (b) Prodierunt autem partes 5. Halae

(a) Pars 1. prodiit 1704. in 8. 1 Alph. pl. 7. obſ. 3. 4. 5. 6. 7. 8. in hac parte exarauit celeb. Thomaſius, ut patet ex p. 61. huius partis. Contenta huius partis uerboſe recenſent auctores der Unſchuld. Nachr. 1708. p. 316. ſeq. & multa atro lapillo notant. Pars 2. prodiit Franckf. und Leipzig 1705. Pars 3. ibid. eod. Pars 4. ibid. 1707. Pars 5. ſine loc. & temp. Antwort-Schreiben auf etliche Frag-Stücke eines gelehrten Edelmanns 1710, 4 uoll. Plures harum obſeruationum fuerunt auctores, de quibus dicit celeb. Reimann. in *catal. litt.* p. 702. *auctorum nomina nec patent in praeſenti, nec patuerunt olim, nec ut paterent dedimus operam. Se etiam non pauca ex iisdem elucubraſſe dicit. Quas certis de cauſis ſilentio praeterire, quam digito monſtrare maluit.* Inchoatae ſunt 1704. & finitae 1707.

(b) Auctores der Unſch. Nachr. 1708. p. 316. non negant, quaedam bona in his obſeruationibus occurrere; ſed ſcopum auctorum minime probandum eſſe, quippe qui res innocentes introductas & receptas notiones ludibrio habent, & lectores hoc modo confundunt, uel uaria paradoxa omni

(Halae) in 8. Parti quintae inſcriptum eſt **fünfter und letzter Theil**, quae prodiit 1710. & cel. GVNDLINGIVM habet auctorem. Tomo I. harum obſeruationum aliquam obſeruationem inſeruit celeb. *Reimannus*, quod ipſe fatetur in Tom. 10. *obſeruationum latinarum Halenſium* pag. 188. & pag. 197. fin. it. pag. 357. not. 39. & in medio pag. 371.

(1864.) **Anmerckungen (wohldienende) vom ſo genannten heiligen Abendmahl** *(a)* 1698. quae obſeruationes deinde 1710. recuſae ſunt, cui tamen editioni auctor etiam non praemiſit nomen ſuum, ſed tantum ſcripti titulo ſubiecit, illum eſſe editum **von einem Treuwilligen Schuldner**, (i. e. *Theodoro* SCHERMERO) uid. *catalog. Bibliothecae Haſeanae* pag. 125.

(1865.) **Anmerckungen (wohlgemeynte und unvorgreifliche) von Verbeſſerung des Schulweſens, herausgegeben von einem Freunde und Liebhaber der Schulen.** Auctor eſt celebris Abbas FABRICIVS, qui in hac ſcriptiuncula uaria utilia monita inſperſit de orthographia germanica, recta ſchola-

conatu defendunt, & eorum introductionem commendant, incommoda autem & naeuos quarundam rerum utilium ita exaggerant, praeſertim in rebus theologicis & eccleſiaſticis, ut iisdem apud omnes odium conflent.

(a) Contra has obſeruationes prodiit, Sigismundi Beermanns, *Holtzmindenſis Theologiae ſtudioſi* tract. ſub tit. **das von Chriſto denen Chriſten eingeſetzte heilige Abend-Mahl von den wohldienenden, aber ſehr ſchädlichen Anmerckungen eines ſo genannten treuwilligen Schuldners oder Freunde der Wahrheit gerettet** 1710. in 8. pl. 5. Aliud ſcriptum, *Schermero* oppoſitum, uid. infra ſub uoc. **Irrthum.**

ſcholarum conſtitutione &c. exhibet etiam in illa catalogum utilium quorundam librorum ſcholaſticorum. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1726. p. 776.

(1866.) Anmerckungen *(a)* über die vier erſten Capitel der Walchiſchen Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Evangeliſch-Lutheriſchen Kirche, in 4. 1730. 5 Alph. 2 pl. Tribuitur cel. *Erdm.* NEVMEISTERO *(b)*, uid. Goettens jetzt lebendes gel. Europa part. I. p. III.

(1867.) Anmerckungen (verſchiedene) über gegenwärtiger Zeiten falſche Prophezeyungen, Stade 1708. in 8. Auctor M. G. BLOCKIVS *(c)*, *Suecus.*

(1868.) Anmerckungen über Chriſti. Thomaſii Verſuch vom Weſen des Geiſtes, Tübingen 1701 in 8.

(a) Auctores der Sammlung von theolog. Sachen 1732. pag. 436. auctorem uocant einen wohlgeübten theologum, pag. 8. examinatur das Bedencken, quod tribuitur *Glaſſio*, de quo uid. infr. it. examinatur die Muſaeiſche ausführliche Erklärung. Quaedam, quae auctor in magnifico *Walchio* notat, l. c. adducuntur, ſed mihi non adeo magni uidentur eſſe momenti.

(b) Quem refutare conatur anonymus M. I. C. L. in *Spenero uindicato*, wider Herr Neumeiſtern und die Anmerckungen Halle 1731. in 8. pl. 12. & magnif. *Walchium* ab omni culpa abſoluit.

(c) De hoc ita iudicat cel. Reimannus in *catal. biblioth. theol.* p. 731. *Vir ſua laude non defraudandus, dummodo ad hoc opus tantum attuliſſet iudicii, quantum ſtudii & nauitatis. Sed in colligendis rebus exercitatior fuiſſe uidetur, quam in ſeligendis. Atque hinc factum, ut hoc ſchediasma ex ſinu eius exierit tam ingeſtum & tot rhapſodiis, rebusque ineptis, alienis & oppido falſis conſpurcatum.*

in 8. Auctor eſt *Elias* CAMERARIVS, *Medicinae D. & P. P. Tubingenſis*, cuius ſcriptum inter illa, quae Thomaſio oppoſita ſunt, optimum fere iudicat celeb. Reimann. in *catalogo bibliothecae theologicae* pag. 790.

(1869.) Anmerckungen Herrn D. und Prof. Langens, oder der theol. Facultät zu Halle über des Herrn Hof-Raths und Prof. Chriſtian Wolffens Metaphyſicam, nebſt beygefügter deſſen gründlicher Antwort. Caſſel 1724 in 4. pl. 10. Wolffius quidem celeb. in annotationibus ſuis ad Metaphyſicam ſe non publicaſſe ait hoc ſcriptum, non diffitetur tamen, ſe eſſe eius auctorem. Verboſiſſime de contentis huius ſcripti agitur in der Sammlung von theologiſchen Sachen 1725. pag. 405 - 410.

(1870.) Anmerckungen (nützliche) über allerhand Materien aus der Theologie, Kirchen- und Gelehrten-Hiſtorie, wie auch aus der Critic und Litteratur. Collectio prima prodiit Vinariae 1734 in 8. cum praefatione collectoris b. *Ioh. Chriſtoph.* COLERI, concionatoris quondam aulici Vinarienſis. Poſt mortem b. Coleri has obſeruationes continuare pergit ἀνωνύμως etiam uir ſumme reuerendus BARTHOLOMAEI, itidem concionator aulicus Vinarienſis.

(1871.) Anmerckungen über die Verantwortung der Theol. Facult. zu Halle. *(a)* Leipzig 1707 in 12.

(a) Monet, Halenſes theologos non opus habere, ut nomen Pietiſtarum reiicerent, cum illud anteſignani Pietiſtarum Lipſienſes uſurparint, & Gothani Pietiſtae in titulo confeſ-

in 12. pl. 8. Auctor eſt Ianſon, Paſtor & Conſiſtorialis Oldenburgenſis, qui hoc ſcriptum cum approbatione D. Mayeri edidit, & ita effecit, ut D. Mayer ulteriori defenſione ſuperſedere potuerit. uid. (Magnifici Loeſcheri) Theolog. annales 1707. p. 361. & die Unſch. Nachr. 1707. p. 234.

(1872.) Anmerckungen (hiſtoriſche) über zwey Einweihungs- und Ablaß-Briefe *(a)*, Hannover 1723. in 8. ſpl. 11. In priores indulgentiarum literas Iuſtus Ioh. KELPE, Canonicus Ramslohenſis; in poſteriores Chriſtoph. Ge. STEINHARD, Paſtor Hoewiſchenſis, notas hiſtoricas addidit & uaria ex Hiſt. eccl. illuſtrauit.

(1873.) Anſprache (des Königlichen Synodi zu Rendsburg,) wohlgemeinte und hertzliche an ſämtliche Lehrer der beyden Hertzogthümer Schleß-

Ttt wig

ſionis ſuae ſe ipſos ita uocarint. It. reprehendit Halenſes, quod Roſenbachio, calcario, Ioh. Friderico Kleinio, ex Argentoratenſi Philadelphorum ſocietate, & M. Achilli fauerint, quorum tamen facinora ſatis nota eſſent, quod Arnoldi libri ibi imprimerentur, qui tamen uaria ſcandaloſa docuerit, quae adducuntur in den Unſch. Nachr. l. c. & Macedonianos, Gnoſticos, Montaniſtas defendat, Concilium Nicaenum perſtringat, libros ſymbolicos ludibrio habeat; quemadmodum & Roſenbachii uaria ſcandaloſa profeſuntur. D. Antonius, Halenſis Prof. in multis etiam notatur, quia Schvvenckfeldium, Madame Bourignon, Poiretum & Boehmium defendere niſus eſt.

(a) Priores 1717 Gageli, poſteriores 1510. Unglingii (ambo loca in Marchia ueteri) repertae ſunt. Auctores der Samml. von Theol. Sachen 1724. pag. 255. priores totas inſerunt indulgentias & quaedam contra annotationum auctores monent. Ttt

wig und Hollſtein auf Ihro Königlichen Majeſtät allergnädigſten Befehl und mit allerhöchſter Bewilligung verfaſſet und in Druck gegeben, Altona 1737. in 8. Auctor eſt SCHRADERVS, *conſiliarius quondam Conſiſtorii & praepoſitus Tunderenſis*. Totum autem miniſterium Rendsburgenſe hoc ſcriptum recognouit, & SCHRADERVS ob pietatem ſuam magnam laudem conſecutus eſt. uid. die Hamburg. Berichte (Kohlii) 1738. n. 12. pag. 96.

(1874.) Antiquitäten von Palmyra, oder Thadmor, aus dem Engliſchen überſetzt von Ph. G. Hübnern, Franckf. 1716. cum figuris aeneis. Auctor ſcripti Anglicani anonymi eſt *Abrah.* SELLERS, uid. *catal. bibl. Haſean.* p. 697.

(1875.) Antwort auf Iodoci Keddii 12 propoſitiones im Buche, die Sonnen-Stadt genannt, quae reſponſio prodiit ſub nomine eines Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandten. Auctor eſſe dicitur *Ioh.* HÜLSEMANN. uid. Hauſens Religions-Prüffung lib. 7. cap. 21. p. 788. in auctoribus, ſub textu allegatis.

(1876.) Antwort (gründliche) auf Hn. Johann Wincklers Vorrede zu den Paßions-Predigten Hn. Ioh. Heinr. Horbii wegen der Materie des ewigen Euangelii. uid. infra ſub titulo: Geheimniß der Wiederbringung.

Antwort (zweyer) in einem Geiſte abgefaßte auf die Einwürfe wieder die Wiederbringung. uid. infra ſub tit. Geheimniß der Wiederbringung.

(1877.)

(1877.) Antwort (nöthige) auf die 130 Fragen des Herrn D. und Prof. Langens (*a*) aus der Wolfſiſchen, von ihm mechaniſch genannten Philoſophie. Franckf. und Leipzig 1734. in 4. 1 Alphab. pl. 3. Auctor eſt doctiſſ. M. *Iac.* CARPOV, *Magiſter docens quondam in academia Ienenſi*, nunc autem *Rector Gymnaſii Vinarienſis*, & *ſoc. ſcientiar. Berolin. ſodal.* qui grauiter & concitate contra *Langium* uibrauit uerborum fulmina. (*a*) Recenſetur hoc ſcriptum in part. 77. der auserl. Theol. Bibliothec num. 7. add. part. 70. pag. 569.

(1878.) M. J. J. S. Antwort auf etliche theologiſche Fragen in 8. pl. 6. Per literas illas indicatur M. Ioh. Iul. Struve, Paſtor ad D. Iohannis Magdeburgi. De erroneis huius uiris quibusdam theſibus theologicis, ab ipſo propugnatis, & de anonymi ſcripto contra Struuium, cui titulus: Gedancken eines anonymi von Struvens Lehren, in 4. pl. 2. uid. die Unſchuldigen Nachrichten 1711. p. 513. ſq.

(1879.) Antwort (theologiſche) auf die Frage, ob das heutige weltliche Tantzen Sünde ſey? Halberſtadt 1719. in 8. pl. 3. Auctor eſt notus ille

(*a*) In nouis litterariis Lipſienſ. 1734. p. 752. dicitur luculenter in hoc ſcripto demonſtrari D. & Prof. Langium nihil ſolidi contra hanc philoſophiam proferre potuiſſe, ſed illam tantum peruertendis ueris opinionibus, mutilatis citationibus, conſequentiis monſtroſis & aliis artibus eius generis impugnaſſe, ſcriptumque hoc ad uindicandam ueritatem & exſtinguendam labem, academiae Ienenſi immerito adſperſam, publicatum eſſe. Sed auctor non indicatur ibi.

Aegidius Günther HELLMVNDVS, qui generatim omnes ſaltationes, etiam moderatiſſimas reiicit, & omnem ſaltationem praedominantium peccatorum foetum eſſe, & cum uoluptuoſis atque ſuperbis geſtibus ſemper fieri putat, prouocans hoc in argumento ad Langii Antibarbarum. Auctores der Unſch. Nachr. 1719. p. 1142. iudicant, omnia eius argumenta nimium probare, nimirum quod nemo etiam oblectationis cauſſa deambulare debeat.

(1880.) Antwort (die Wahrheit- und Friedliebende) auf den nähern Entwurff von der Vereinigung 1721. in 4. pl. 4. Auctor eſt *Iohann* FRICKIVS, Paſtor & Prof. Vlmenſis, qui ſolide Pfaffio reſpondet. (*a*) uid. die Samml. von Theol. Sachen 1722. p. 116.

(1881.) Antwort des Evangeliſchen Miniſterii zu Hildesheim auf P. Heſſelmanns (*b*) Schmäh-Reden,

(*a*) Optat quidem & hortatur ad pacem, ſed conſilia huc usque propoſita, erronea & non ſine peccato eſſe putat, reſpondet etiam ad Pfaffii momenta de articulis fidei. Sufficere monet ad noſtram à Reformatis ſeparationem, quod tantopere a nobis in articulo de ſacra coena diſcrepent, & remittit ad Amyraldi Irenicum p. 220, quod Heideggerus in corp. theologiae p. 494. nos uocet Capernaitas, & ſacram coenam apud nos aequiparet cruentis Canibalum conuiuiis. Adhaeret memorabilis epiſtola Imperatoris Maximiliani II. ad ſtatus Palatinatus ſuperioris d. 27. Octob. 1566, in qua ipſos praemonet de Caluiniſmo fugiendo.

(*b*) Hic HESSELMANNVS erat *Ieſuita & concionator in templo cathedrali Hildeſienſi* (Dom-Prediger) per aliquot hebdomades ante feſtum Iubilaeum A. Confeſſionem, & Miniſterium Hildeſienſe multis conuitiis proſciderat, ſed ipſius calumniis ſolide hic reſpondetur.

Reden, Hildesheim 1730. in 4. pl. 5. Auctor eſt cel. Superint. Reimannus *(a)* uid. die Samml. von theol. Sachen 1732. p. 624. und Göttens ſetztlebendes gelehrtes Europa part. 1. p. 797. ubi etiam de uita & aliis ſcriptis Reimanni agit.

(1882.) Antwort (wohlgegründete) auf die Anfrage eines gewiſſen Fürſtl. Raths, die Pietiſtiſchen Conuenticula betreffend, in 4. 1732. Tribuitur celeb. *Erdm.* NEUMEISTERO. uid. Goettens gel. Eur. part. 1. p. 111.

(1883.) Antwort eines Schäfleins auf die Hirten-Stimme J. F. Starckens, *(b)* 1731. in 8. pl. 6. Auctor eſt *Theodorus* KRAHL, *(c) ſutor Francofurtan. ad Moen. ex Luſatia ſuperiori.* uid. die Samml. von theol. Sachen 1733. p. 975.

(1884.) *a)* Antwort und Hoffnungs-Stimme eines

(a) Qui multa docte contra *Heſſelmannum* ſcripſit, praeſertim Variationem Auguſtanae Confeſſionis p. 29 recte & accurate explicauit.

(b) Hic 1728. ediderat ſeine erſte Hirten-Stimme, in qua reprehenderat mores huius ſutoris, qui per totas noctes clara uoce precari inceperat, adeo ut uicini in ſomno turbarentur, & ideo de conatibus huius ſutoris quererentur. Hunc Starckium refutare tentat ſutor, qui admonitione miniſterii magnum ſcandalum ſibi datum eſſe affirmabat, hoc enim monent, ut modum non excederet.

(c) Indifferentiſmo ualde fauet, cultum publicum non neceſſarium & contra Dei uoluntatem introductum eſſe contendit. Neminem uerum eccleſiae miniſtrum eſſe ſtatuit, niſi qui perfecte ſanctus ſit, & etiam hominibus non uocatis concedat, ut doceant. Blaspheme ſcribit, wahre Chriſten würden in unſerer Kirche genothzüchtiget. uid. infra Gegen-Rettung. & add. num. ſequ.

eines armen Schäffleins (*a*) auf den wohlmeynenden Zuruff der Hirten-Stimme Herrn Johann Friedrich Starckens 1731. ſine loco in 8. pl. 6. Auctor eſt idem KRAHL, uid. die Samml. von theol. Sachen 1735. add. numerum praeced.

(1884.) β) Antwort über die Frage: wie weit ein Prediger gegen ſeinen Landes-Herrn ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne? ſin. loc. 1706 in 8. Auctor eſt *Ioh.* NIEKAMP, a concionatoris aulici officio dimiſſus, quod rem altioris indaginis eſſe putaſſet (*b*): An Duci Brunſuicenſi, Antonio Vlrico, gratia diuina denuntiari queat, cum

(*a*) Auctor in titulo monet, ſe uelle docere, 1) quomodo, quid & quis eum Separatiſtam fecerit 2) cauſſam, cur Separatio ſit neceſſaria 3) Deum expreſſe iuſſiſſe, ut pii ab impiis ſe ſepararent. Ceterum templa & miniſterium eccleſiaſticum ualde petit calumniis. De quibusdam ſcriptis *Starkii* contra hunc ſutorem uid. die Samml. von theol. Sachen 1735. pag. 734. 737. 745. 749. 758. 761. & alius cuiusdam ſcriptum de hac controuerſia allegatur ibid. pag. 743. add. Infra uocem Gegen-Rettung.

(*b*) Hoc uelut crimen ei imputauerat Chriſti. Thomaſius im Iuriſtiſchen Bedencken: wie weit ein Prediger gegen ſeinen Landes-Herrn ſich des Binde-Schlüſſels bedienen könne. (de quo uid. infra ſub uoc. Bedencken.) Scriptum, ſine capite & calce aliquoties excuſum, in quo *Thomaſius* uſum clauis ligantis eſſe ſpeciem excommunicationis minoris; Excommunicationem autem eſſe poenam ciuilem, ad paſtorem Eccleſiae non pertinentem, edixerat. Cuius padoxi infirmitatem cum docuiſſet in hoc ſchediasmate Niekampius, dici non poteſt, quam flocci fecerit hunc ſuum aduerſarium *Thomaſius*, & quam contemtim eidem reſponderit in Iuriſtiſchen Händeln Part. 4. pag. 188 - 205. Vbi Thomaſii Bedencken una cum hiſtoria & apologia integrum & ſartum tectum lectori propinatur perluſtrandum.

cum in neptis Eliſabethae Chriſtianae diſceſſum a religione noſtra ad Pontificiam ob coniugium, cum Carolo VI. Imperatore (eo tempore rege Hiſpaniae) ineundum, tam facile conſenſiſſet? uid. cel. Reimann. in *catal. bibl. theol.* p. 728.

(1885.) Anweiſung (kurtze) zu leichter und gründlicher Information der Kinder, ſo dem Studiren gewidmet ſind, Königsb. 1731. in 12. Auctor eſt *Ioh. Dan.* KYPKE *D. & Prof. Ord. Th. Regiomont. & Prof. Log. & Metaph.* de cuius uita & aliis ſcriptis uid. Goetten im ietztl. gel. Eur. part. 1. p. 269.

(1886.) Anweiſung (kurtz gefaßte) zur Eſtniſchen Sprache, in quo ſcripto continentur 1) Grammatica, 2) uocabularium, 3) prouerbia, 4) colloquia. Auctor huius inſtructionis eſt *Anton* THOR HELLE, *Paſtor Eccleſiae Eſthonienſis ad S. Georgium, & Aſſeſſor Conſiſtorii prouincialis imperialis Ruſſici in Eſthonia* (Ehſtland) uid. die Leipz. gel. Zeit. 1733. p. 159. ubi etiam auctores quidam adducuntur, qui ante *Thor Hellium* egerunt *de lingua Eſthonienſi.*

(1887.) Anweiſung die Ordnung und Anzahl aller bibliſchen Bücher und Capitel ins Gedächtniß zu bringen, (ſcriptum a Chriſtiano Alberto Ermelio Diacono Lubbenauienſi in Luſatia inſertum ſeiner kurtz gefaßten Nachricht von bibliſchen Gedächtniß-Verſen, quod ſcriptum prodiit cura Ermelii zu Lübben 1728. in 8.) Auctor autem der Anweiſung eſt *Georg.* WÜNSCHE, *Budiſſenſis* (Budißin) qui hoc ſcriptum edidit primum ſimul cum *Chriſtiani Keimanni* Gedächtniß-Bibel zu

Bautzen 1684. uid. celeb. Wolfii bibliothecam hebraicam uol. 4. p. 52. coll. p. 62.

(1888.) Anweiſung (Einfältige) wie die proteſtirende Kirche unter ſich zu vereinigen, und in allen Dingen dermaſen zu verbeſſern ſey, daß ſie mit Wahrheit der erſten Apoſtoliſchen Kirche gleich geachtet werden könne, 1698. in 8. ſine mentione loci, plagulas fere 30 explens. Auctor huius ſcripti eſt WELMERVS, (a) *Paſtor uici cuiusdam in Ducatu Magdeburgenſi.* uid. *Thomaſii Apologiam* §. 2. & 15. p. 17. & Reimanni *hiſt. litterar. germanor. nou.* part. 3. viertes Hauptſt. p. 508. Thomaſius 1699 contra *Welmeri* ſcriptum edidit *Vindicias iuris maieſtatici circa ſacra.*

(1889.) Anzeige (kurtze) wie derjenige Mann, welcher zum vornehmſten Zweck in der Addreſſe der leidenden Wahrheit an die Regenten und Prediger der Reußiſchen Herrſchafften geſetzet worden, ſich zu verhalten geſonnen ſey. Franckf. und Leipz. 1721. pl. 3. in 8. Auctor eſt M. *Klein-Nicolai.* uid. die fortgeſetzte Samml. von Theologiſchen Sachen 1721. p. 289.

(1890.) Arbeiten (nützliche und auserleſene) der Gelehrten im Reiche, d. i. in Schwaben, Francken, Ober-Rhein, Bäyern, Oeſterreich, Böhmen, ꝛc. quorum laborum pars 1. prodiit *Norimbergae*

(a) De hoc ita iudicat cel. Reimannus in *catal. biblioth. theol.* p. 548. *Vir librorum apparatu non ſatis inſtructus quidem, ſed pius tamen & candidus & pro conditione ſua eruditus, ueritatisque ac pacis eccleſ. ſtudioſus. Cuius perpetua pediſſequa ueritatis filia.*

bergae 1733. in 8. Auctores horum laborum ſunt *Iac. Wilhelm* FEUERLEIN, *Georg. Frider.* DEINLEIN & *Iohan. Dauid* KOEHLER, tres Doctores & Profeſſores Altorfini, quorum primus & tertius iam Goettingae Profeſſorum munere funguntur, & ſumme reuerendus quidem *Feuerlinus* Profeſſoris Theologiae primarii, excellentisſimus autem *Koehlerus*, Profeſſoris hiſtoriarum munere inſignis. Hi tres auctores in praefatione ad primam partem horum laborum expreſſe ſeſe nominant, & ſimul ſcopum laborum ſuorum indicant.

(1891.) Arcanum regium (*a*), d.i. ein Königlich Geheimniß für einen regierenden Landes-Herren, darinnen ihm entdecket wird, wie er ſich bey ſeinen, über die Religion zertheilten Unterthanen nach GOttes Willen zu verhalten habe, damit er eine GOtt wohlgefällige Vereinigung bey ſeinem Volcke unvermerckt ſtiffte, und in kurtzer Zeit befördere (*b*), 1703. ſine auctoris nomine & in eodem

Ttt 5

(*a*) Famoſum hoc arcanum regium celeb. Reimann, in *catal. bibl. theol.* p. 548. MStum primum exhibitum eſſe dicit Friderico I, regi Boruſſiae a Ioh. Ioſepho *Wincklero* & ceu folium Sibyllae in cimeliarcho cuſtoditum; poſtea, neſcio qua manu inde ſurreptum & publici iuris factum. Sed *Wincklerum* nec ſolum, nec uerum auctorem fuiſſe unquam, nec in editionem conſenſiſſe, ſexcentis nihilominus aduerſariorum telis impetitum & ad Palinodiam publicam adactum.

(*b*) Edidit etiam *Wincklerus* einen Schlüſſel zum arcano regio und die aufrichtige Entdeckung ſeines Hertzens, cui Benedictus Aletophilus, i.e. Ioh. Albert. Benecke, oppoſuit den falſchen Schlüſſel contra Johann Joſeph Wincklers

eodem anno. Denuo prodiit adiectis his uerbis ans Licht geſtellet von Wincklero (*a*), Diacono an der Thum-Kirche zu Magdeb. in 4. pl. 1.

(1892.) Aſiatiſche Baniſe. Hunc librum continuauit *Iohann Georg.* HAMANN, *Lipſienſis.* uid. die Leipz. gel. Zeit. 1725. p. 448.

(1893.) Atheiſmus (entdeckter) (*b*) aus der bekannten

---

arcanum regium. Stilus Thomaſii ſtilo non eſt diſſimilis. Ipſe auctor dicit: Er wolle lieber mit dem verſtändigen Thomaſio irren, als mit der tummen Schaar der Heuchler der Wahrheit beyſtimmen. Idem Aletophilus etiam edidit unzulängliche und päpſtliche Mittel, welche Herr Winckler in ſeinem arcano regio zur Vereinigung der Religion vorgeſchlagen. Add. M. Ioh. Chriſtoph. Wolffii, Conrect. Flensburg. Abſurda Halenſia pag. 233, qui tamen ignorat uerum poſterioris ſcripti auctorem.

(*a*) Illuſtris Leibnitius in *epiſtolis ſuis* p. 87. collectionis, a *Kortholto* procuratae, maxime improbat hoc arcanum regium, & uocat *Claſſicum belli ſacri inter Euangelicos*, iudicans, nihil unquam aduerſariis noſtris, uehementibus Papiſtis, gratius eſſe potuiſſe, quam hoc ſcriptum. uid. den 75ſten Theil der auserleſenen Theolog. Biblioth. (Coleri) pag. 337.

(*b*) Auctor quidem erroribus, in titulo indicatis, obuiam ire tentat, ſed ipſe in erronea Boehmii principia incidit, quem uirum Dei uocat, qui ſui ſimilem non habuerit inde a tempore Iohannis cap. 1. ex principiis Boehmii diſquirit, quid ſit diabolus, & quid eius lapſus. Cap. 2. quid condemnatio diaboli & eius aſſeclarum cap. 3. quid infernus. cap. 4. de purgatorio agit, cuius fundamentum ſit in natura, illudque iam tempore Abrahami creditum, & usque ad Pauli tempora propagatum eſſe. pag. 37 male de Chriſti merito loquitur. Auctores der Unſchuld. Nachr. l. c. p. 168 iudicant, hunc ſcriptorem laedere fundamentum fidei & ordinem ſalutis ex confuſis conceptibus diruere. Contra hunc auctorem, qui Gichtelianus nomine Glas fuit, ſcripſit Johann Wilhelm

bekannten Lehre von der Wiederbringung aller Dinge (*a*), auch der gefallenen Engel, ſamt beygefügter Refutation derer Lehr-Sätze, ſo Tennhard aus D. Peterſens groſen Buche extrahiret, mit klarem Unterricht, wer der Teufel, was ſein Fall und Verdammniß, it. was die Hölle und Feg-Feuer, und was deſſen Unterſcheid ſey, auch wie weit ſich die Wiederbringung aller Dinge erſtrecke, aus göttlicher Gnade ausgefloſſen durch einen Liebhaber der Wahrheit, ſo in der Welt mit folgenden angeſchrieben: C. F. G. G. T. I. E. i. e. *Chriſtian. Frider.* GLAS, *Gothano-Thuringo, Iam Erfurtenſi, D. Medic.* Leipzig 1714. in 8. pl. 4. Auctorem produnt etiam quaedam uerba, in eius ſcripto p. 24.

Peterſen & Klein Nicolai, quorum tractatus inſerti ſunt der über die Läſterer triumphirenden allgemeinen Liebe GOttes, de quo uid. infra uoc. Liebe.

(*a*) Auctor dedicauit hoc ſcriptum Deo. Improbat *Peterſenii* doctrinam de ἀποκαταστάσει πάντων & illam pleriſque Pietiſtis tribuit, dehortatur quoque a Pietiſmo. Inuehitur in orthodoxos. Commendat Iac. *Boehmium*, cui a tempore Iohannis nemo fuerit ſimilis. p. 23. in refutatione 16 theſium *Chiliaſmum defendit*. p. 24 cauſam indicat, cur occultauerit nomen ſuum, & monet, ut lectores feneſtras reſpiciant (quae ſunt Glaß) ſi eius nomen cognoſcere uelint. 16 argumenta pro ἀποκαταστάσει πάντων affert & illa refutat, ſed non ſatis ſolide, nec caute. *Chriſtum nobis nihil meruiſſe ſtatuit. Purgatorium in Scriptura ſacra locum habere putat.* Sed in articulis fidei non ſatis inſtructus eſt, pro pietate pugnare uidetur, aſt illam tantum magis corrumpit. Plura in auctoris ſcripto atro lapillo notant auctores der Sammlung von theologiſchen Sachen 1727. pag. 540. ſeq.

p. 24. adducta. Add. die Unſchuld. Nachr. 1714. pag. 166. (*a*)

(1894.) Atheiſten-Hauſe (der verführeriſche) und das ungöttliche Weſen unter den Chriſten, 1699. in 8. Edidit hunc librum *Ioh. Ge.* LEVCKFELD, *Paſtor* quondam *primarius Groeningenſis.* uid. M. Tob. Eckhardi Lebens-Beſchreibung Herrn Leuckfelds p. 41. 1727. in 4. pl. 8.

(1895.) Aufmunterung zur Gutthätigkeit gegen die um der evangeliſchen Religion willen vertriebene Saltzburger 1732. in 8. pl. 2. Auctor eſt *Ioh. Iac.* MOSER, *IConſultus Wurtenbergenſis.*

(1896.) Ausführung (gründliche) der Stadt Lindau, in fol. 1643. Allegatur hic liber paſſim nomine *Actorum Lindavienſium*, uid. Placcii Theatr. anon. n. 1809. Auctor eſt *Dan.* HEIDERVS, *Lindauienſis Syndicus.*

(1897.) Auszug (kurtzer) der vornehmſten irrigen Stellen aus D. Rambachs Poſtille, mit einigen kurtzen Anmerckungen 1734 (*b*). Auctor eſt

(*a*) Celeb. Reimann. in *catal. bibl. theolog.* pag. 1106. *uocat libellum ineptiſſimum, in quo uix mica ſalis. Magna autem moles inficeti ruris, & ineptae* δοκησισοφίας *& ſpiſſae inſcitiae coniuncta cum petulantia alios exagitandi & nominibus eorum inſpergendi maculas, quod tamen exitum habuit alienum non tantummodo a ſententia, ſed plane tragicum*, quem ex *Apologia Tenhardiana* Tobiae *Eisleri* pag. 79. exponit Reimann, loc. cit. Nam auctor ebrius huius ſcripti in duello, ut uocant, ab alio transfoſſus eſt. uid. omnino *Reimann.* l. c.

(*b*) Contra hoc ſcriptum prodiit der vertheidigte Rambach zu Zelle 1731. in 8. quod ſcriptum a b. Colero l. c.

eſt M. SVCHLAND (*a*). Qui Goettingae ſibi ipſi uiolentas intulit manus. uid. part. 4. *actorum eccleſiaſticorum* (b. Coleri) p. 558. 562. 563. ubi peculiaris exſtat relatio de huius hominis morte turpi, honeſta tamen ipſi conceſſa eſt ſepultura.

(1898.) α) Auszug (*b*) (monatlicher) aus allerhand neu heraus gegebenen nützlichen und artigen Büchern (*c*), Hannover 1700, 1701, 1702. 3 volumina. Auctor eſt I. G. ECCARDVS, *uiro illuſtri G. G. Leibnitio eo tempore ab epiſtolis*, cuius conſilio

---

recenſetur. M. *Suchlandio* obiicitur, quod multa uerba extra contextum traxiſſet in ſiniſtriorem partem, quae alias nihil continerent periculi. Concedit tamen auctor *Rambachii defenſ*, D. *Rambachium* in locutionibus & phraſibus non ſemper fuiſſe ſatis circumſpectum.

(*a*) Quidam hoc ſcriptum celeb. *Neumeiſtero* tribuerunt. uid. Goettens ietztleb. gel. Europa part. I. p. 112.

(*b*) Omnis generis ſcripta in hac collectione enarrantur. Biographiae uirorum eruditorum quorundam interſeruntur, & noua litteraria referuntur; notae etiam ſubinde aſperguntur, in quibus obſcuriora ſcriptorum loca illuſtrantur, dubia confirmantur, falſa reiiciuntur. Genere dicendi auctor utitur perſpicuo, modeſto, temperato, quieto, ut dolendum ſit, opus hoc eximium tres tantummodo annos uiguiſſe & fidem, quae de indice uniuerſali, huic triennio ſubiiciendo, data eſt, decollaſſe. Si quidem non parum utilitatis & dignitatis decedit huius metalli Ecclogis litterariis, ſi indice deſtituantur.

(*c*) Celeb. Reimann. in *catal. litter.* p. 716. obſeruat, licet in praefatione, anno primo praemiſſa, diſerte ſcribat auctor, ſe a iudicandi libertate penitus abſtinere uelle, non tamen ita praeſtare promiſſa, ut non interdum ab iis deflectat. Nec obſcure etiam *Eccardus* profitetur, ſi quando a ueritate ſe abductum animaduertit.

conſilio & auxilio etiam in Ephemeridibus hiſce condendis uſus eſt.

(1898.) β) Auszug etlicher zwiſchen den Catholicken und Lutheranern ſtreitigen Glaubens-Lehren (a). Wolffenbüttel in 12. pl. 15. *Dux femina Seniſſima Guelpherbytana*, eo anno uiuens, ipſa hoc ſcriptum exaraſſe dicitur. uid. (Magnif. Loeſcheri) theol. annales 1714. n. 260. p. 234.

B.

(1899.) Beantwortung auf die Prüfung des kurtzen Bedenckens über die Kirchen-Hiſtorie in 4. 1725. pl. 1. Auctor eſt b. STRVVIVS, quondam *Prof. Iuris & Hiſtoriar. Ienenſ.* von der Prüfung uid. infra. Auctores der Samml. von theol. Sach. 1725. p. 996. putant, auctorem ex animi morbo contra theologos ſcripſiſſe.

(1900.) Beantwortung der Unterſuchung von der Lehre der Verzweiffelung, zu Altona 1733. in 8. pl. 3. Auctor eſt Ioh. Friedr. Alard, *Studioſus Theologiae Gommerenſis*, ſed etiam illuſtris perſona aliquid contuliſſe uidetur.

(1901.) Beantwortung des Büchleins eines papiſtiſchen Blumenleſers von Lutheri ſieben Gaben. Auctor eſſe dicitur D. Ioachimus HILDEBRANDVS. uid. Henr. Ioh. Bytenmeiſterum *de uita*

(a) Controuerſiae ſecundum ordinem concilii Tridentini collocatae ſunt, illius & confeſſionum noſtrarum uerba referuantur, multa dicta probantia adducuntur, & ſemper precibus tractatio clauditur.

uita ſcriptis meritisque praeſulum in ducatu Luneburgenſi p. 56. & b. Fabricium *in centifolio Lutherano* p. 806. Placcius quidem n. 1740. inter anonymos hoc ſcriptum adducit, ſed alium auctorem, nimirum Overbeckium nominat.

(1902.) Beantwortung (kurtze) der Beſchuldigung und Einwürffe, ſo wieder die allerunterthänigſte Addreſſe (*a*) von Herrn D. Ioachim Langen vorgebracht worden, Leipzig 1722. in 4. pl. 3. adhac-

---

(*a*) Reformati aegerrime tulerunt die allerunterthänigſte Addreſſe, quae prodibat 1703. (per D. *Val. Ern.* Loeſcherum) & recudebatur ſtatim 1704. in 4. pl. 11. & D. Ioh. Chriſtoph. BECMANN, *Prof. Theol. Francof.* eod. anno edidit uehementiſſimum ſcriptum ſub tit. Exceptions Schrifft, de quo uid. infra tit. *Exceptions* Schrifft, deinde prodibat der Schrifft-Wechſel, & tandem Hiſtoria motuum cum eius continuationibus. Licet igitur die Addreſſe plerumque dogmatica contineat, tamen haec aggredi auſi non ſunt Reformati, ſed tantum hiſtorica. 1707. D. Lange in der aufrichtigen Nachricht ſcripſit contra die Addreſſe, in qua uehementiſſime D. *Loeſcherum* aggreditur, ad quod ſcriptum hic demum reſpondet D. *Loeſcherus*, quam reſponſionem iam promiſerat in den Unſch. Nachr. 1708. p. 512. ſed conſulto diſtulerat. Indicat neceſſitatem, quae ipſum ad ſcriptum (die Addreſſe) exarandum, compulerit, nimirum quia multi eccleſiae noſtrae ad unionem cum Reformatis procliues erant, & Pietiſtae, a controuerſiis abhorrentes, etiam Vnionem optabant. Occaſionem his conſiliis praebuerant I. H. Wincklers *arcanum regium*: ICti Halenſis Vorſtellung, welches das einige Mittel zur Vereinigung ſey. Anonymi Einigkeit im Geiſt, der rechte Grund der Religions-Vereinigung, & alia ſcripta ſimilia. *Wincklerum* defendit *Langius* in ſcripto nominato. Plura uid. quae D. Loeſcherus *Langio* reponit in der fortgeſetzten Sammlung 1723. pag. 250.

adhaerent hae plagulae nouae editioni Part. I. Hiſtoriae motuum & auctor illarum eſt D. *Valent. Ernſt* LOESCHER, uid. huius theol. annales 1722. num. 300. p. 111.

(1903.) Beantwortung der Schein-Gründe, mit welchen ein päpſtiſcher Scribent in einem Gedichte die Saltzburgiſchen Emigranten von der Evangeliſchen Religion wieder abzuwenden trachtet. in 4. 1732. Auctor eſt cel. *Erdm.* NEVMEISTER. uid. Goettens gel. Eur. part. I. p. 109.

(1904.) Beantwortung der Auflagen wieder die Raiſonnemens (*a*) über die Veränderung der Religionen, in 4. Auctor eſt C. NEVBAVER (*b*), *praeſidii Bremenſis quondam praefectus*, uid. celeb. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 643.

(1905.) Beantwortung einer Schrifft unter dem Titul: Bekehrung der Väter zu den Kindern. Halle 1722. in 8. Auctor eſt Ioh. Anaſtaſius Freylingshauſen (c). uid. celeb. Reimanni *catal. bibl. theol.* pag. 741.

(1906.) Bedencken über die Frage: wie weit ein catholiſcher Landes-Herr die inſtitutionem eccleſia-

(*a*) De quo uid. infra ſub uoc. *Raiſonnement*, in appendice. adde quoque ſub uoc. Glaube, quod ſcriptum huc eſt conferendum.

(*b*) *Vir litteris non imbutus, ſed uariis ſcriptis clarus & ob haſce pagellas, Indifferentiſmi religionum ſuſpectus, ab officio ſuſpenſus.*

(*c*) De quo ita iudicat Reimann. loc. cit. *Vir ſtudioſus perſpicuitatis, ordinis & pacis. Adeoque ad polemica exaranda, ſi quis alius idoneus, ſiue aduerſarium habeat, a cauſae bonitate deſertum, ſiue ab eadem adiutum.*

cleſiaſticam über die in ſeinem Lande Augſp. Conf. verwandte Unterthanen zu exerciren befugt ſey? Auctor eſt Dominus de MEIERN. uid. (b. Coleri) auserleſene Theolog. Bibliothec p. 316. in nota.

(1907.) Bedencken (chriſtliches) über den Theologiſchen Brief-Wechſel von der Benennung der heiligen Tauffe. Franckf. (uel potius zu Halle) 1721. in 4. pl. 4. Auctor eſſe dicitur D. *Ioach.* LANGE, *Prof. Theol. Halenſis primarius*, uid. die fortgeſetzte Samml. von alten und neuen Theolog. Sachen 1720. pag. 1025, ubi uaria contra auctorem monentur, & exinde potiſſimum de auctore, D. *Langio* coniectura deſumitur, quia auctor uehementius contra *Timotheum Verinum* D. *Loeſcheri* ſcribit.

(1908.) Bedencken über die Stuttgardiſche Bibel, quod ſcriptum inſertum eſt der fortgeſetzten Samml. von Theologiſchen Sachen 1705. p. 431. auctorem habet D. NEVMANNVM.

(1909.) Bedencken (Theologiſches) über die Frage (*a*): ob die Seele eines Gläubigen alsbald nach dem Abſchiede zu Chriſto in die ewige Freude komme, Dreßden 1705. in 8. pl. 9. Auctor eſſe dicitur M. *Chriſti.* GERBER, *Paſtor Lockvvitzenſis*, uid. die Unſch. Nachr. 1705. p. 697.

(*a*) In hoc ſcripto refutatur illud ſcriptum anonymum, cui titulus: Betrachtung von dem mittlern Zuſtand der Seelen nach ihrem Abſchied, durch einige evangeliſche Chriſten. Amſterd. 1703 in 8. 1 Alph. pl. 5. quod ſcriptum recenſetur in den Unſchuld. Nachrichten 1703. pag. 833. ſatis uerboſe.

(1910.) Bedencken (politiſches) von dem Schaden, welchen die Römiſche Religion allen Herrſchafften, inſonderheit Franckreich bringet *(a)*, 1701 in 8. pl. 17. Auctor ſcripti huius, gallice primum exarati, eſt Dominus DE SOVLIGNE, *nepos celebris Mornaci.* Translator germanicus autem adhuc latet. uid. (magnif. Loeſcheri) theol. annales decennio I. p. 563.

(1911.) I. P. T. Bedencken über die heutige Pietiſtiſche Herunterlaſſung *(b)* zum ſchwachen Bruder 1710 in 4. pl. I. Auctor eſt *Ioh. Pet.* TIME. uid. die theol. annal. (Loeſch.) 1709. n. 145. p. 464.

(1912.) Bedencken (politiſches) über die Frage: Ob der käyſerliche Titul und Nahmen unbeſchadet Käyſerlicher Majeſtät und des römiſchen Reichs allerhöchſten Würde, nicht weniger derer chriſtlichen Könige und freyen Staaten Vorrecht und Intereſſe, dem Czaaren von Rußland communiciret werden könne? Auctor eſſe dicitur *Fridericus Ludouicus*, Nobilis Dominus DE BERGER, qui latet ſub litteris F. L. N. D. D. B. & in hoc ſcripto

(*a*) Auctor oſtendit, papatum quotannis in Gallia perdere & abſumere 2 Millionen *libres* per ieiunia, per beneficia eccleſiaſtica, quae nullum uſum haberent, per conſumtionem tam multi olei & cerae. Admonet igitur ſerio regem Galliae, ut papatum deſerat. Pag. 177. Romae nullam turcicam, uel iudaicam meretricem tolerari, quae non baptizata ſit antea, indicat.

(*b*) Auctor omnes ſtatus ſubuertere conatur, pietiſtas uocat prophetas beſtiae, adhaeret turpe carmen in miniſterium eccleſiaſticum.

ſcripto negatiuam ſententiam amplectitur, nimirum *Imperatorem romanum & imperium germanicum ſalua auctoritate & dignitate ſua Ruſſorum principi non poſſe concedere imperatoris titulum*, uid. die Leipz. gel. Zeit. 1723. p. 420. De eadem quaeſtione egit quoque excellentiſſimus SCHMEIZELIVS. Vid. etiam infra ſub uoc. Würde.

(1913.) Bedencken (aufrichtiges) über die zu Tübingen vorgeſchlagene Vereinigung der Proteſtirenden, von einem alten Tübingiſchen Freunde *(a)*, i. e. D. *Ioh. Michaele* FOERTSCHIO, *Profeſſore* primum *Theologiae Tubingenſi*, *deinde Ienenſi meritiſſimo & celeberrimo*, *Ienae* 1702. in 4. pl. 6.

(1914.) Bedencken (kurtzes) ob es dem publico dienlich, daß die Kirchen-Hiſtorie den Theologis *(b)* lediglich überlaſſen werde? Jena 1725. pl. 1.

(*a*) Auctor contra *Klemmii* nöthige Glaubens-Einigkeit, (de qua uid. infra tit. Glaubens-Einigkeit.) *Iuriaei* & *Picteti* conatus unionis hoc ſcriptum ſolidum & egregium edidit, qui ſuaſerant ad unionem prouehendam, non tantopere inter utramque partem agitare controuerſias. b. Foertſchius ſimul ad quaedam ſcripta henotica Strimeſii & Heideggeri reſpondit, & monet, toti eccleſiae plures articulos doctrinae neceſſarios eſſe, quam unico tantum chriſtiano, & quod articuli prophylactici omnino magnum momentum haberent. uid. die fortgeſetzte Sammlung 1722 pag 792. ubi hoc conſilium recenſetur, quocum eſt coniungendum *iudicium chriſtianum* D. VVEISMANNI. uid. loc. cit. 1723. pag. 928.

(*b*) Lis eo tempore ultro citroque a Facultate Theologica & Philoſophica Ienenſi agitata eſt, an nimirum hiſtorica eccleſiaſtica a Theologis tantum, uel etiam a Philoſophis ſimul ſit pertractanda?

pl. 1. Auctor eſt illuſtris b. STRVVIVS, *ICtus Ienenſis & Hiſtoricus celeberrimus*, qui in hac plagula negatiuam ſententiam defendit. Recenſetur hoc ſcriptum uerboſe in der Samml. von theolog. Sachen 1725. p. 990. add. die auserl. Theolog. Bibliothec (Coleri) part. 9. n. 2.

Conf. ſupra uoc. Beantwortung.

(1915.) Bedencken (rechtliches) eines ICti, der unpartheyiſch iſt, von dem ſchädlichen Nachdruck andern gehöriger Bücher, Leipzig 1728. in 8. ſine mentione loci. Auctor eſſe videtur GVNDLINGIVS, *regi Pruſſiae quondam a conſiliis intimis*, uid. die Leipz. gel. Zeit. 1726. pag. 102. Contra hoc ſcriptum prodiit reſponſum iuris Ienenſe cum conſenſu trium aliorum collegiorum iuris 1726.

(1916.) Bedencken von der Kinder-Tauffe. Auctor eſt M. *Ioachim* NEGELEIN, *Diaconus Norimbergenſis ad aedes S. Laurentii.* uid. die fortgeſetzte Sammlung von Theolog. Sachen 1716. pag. 1096.

(1917.) Bedencken *(a)*, wie weit ein Prediger wieder

(*a*) Hoc conſilium a ſe poſtulaſſe ait Thomaſius principum quendam, pluribus autem explicatum eſſe hoc conſilium 1717 in notis *ad Lancellotti* lib. 4. tit. 12. a pag. 1224 - 2244. quae poſſent eſſe reſponſionis loco ad illa, quae huc usque repoſuerint conſilio iſti alii; adde etiam de hiſtoria reſponſorum & conſiliorum Thomaſianorum part. 4. ſeiner Iuriſtiſchen Händel 1721 editam n. 1. 2. 3. Fechtium Thomaſius contemtim ſatis tractat, & eius ſcripta, 1712 & 1713 *de excommunicatione* edita, uocat ein elendes Gewäſche, cuius tractatus, quia omiſiſſet in den iuriſtiſchen Händeln,

wieder ſeinen Landes-Herrn ſich des Binde-Schlüſ-ſels bedienen kónte? *(a)*. Aliquoties hoc conſilium 1705 ſine auctoris nomine (quem iam plerique *Chriſtianum* THOMASIVM eſſe norunt) & ipſo inuito publicatum eſt, de quo queritur in appendice zu den gemiſchten Thomaſiſch-Iuriſtiſchen Händeln n. 2. §. 16. p. 161-167.

(1918.) Bedencken (Unions) *(b)* der Heidel-bergi-

1722 in hiſtoria contentionis inter imperium & ſacerdotium pag. 662 & 663 refutaſſet, quod etiam ab alio quodam celeberrimo ICto factum eſſet in dem 21. und 29ſten Stücke der neuen Bibliothec.

(a) D. Weidnerus contra Thomaſium Roſtochii edidit 1724: *Bona uerba ad illuſtrem Thomaſium, ne ſtateram tranſiliat eiusdem hypotheſis, quod puta miniſter Dei dato enormi caſu & ſcandalo magiſtratui abſolutionem & ſacram coenam denegans, eo ipſo crimen laeſae maieſtatis committat*, it. aliam diſputationem ſub tit: *excommunicationis diuinum inſtitutum nec exterminandum, nec exterminatum.* ibid. eodem anno *cum conſenſu Facultatis Theolog. Roſtochienſis*, ad quae ſe reſpondere noluiſſe ait Thomaſius, forſitan quia reſponſione indigna putauit. Ad hanc controuerſiam penitius introſpiciendam faciunt tria adhuc alia Thomaſii reſponſa, quae inſerta ſunt parti quartae der iuriſtiſchen Händel n. 1. 2. 3. (1) agit, ob ein Lutheraner, der catholiſch wird, die Seeligkeit verliehre, (2) vom Laſter der beleidigten hohen Obrigkeit, wenn evangeliſche Prieſter derſelben die Abſolution und das Abendmahl zu verſagen ſich unterfangen, (3) kluge Behutſamkeit evangeliſcher Fürſten in Beſtrafung derer durch die papenzenden Lehren der Univerſitäten eingenommenen, ob ſchon gröblich ſich verſündigenden Prediger. Conf. etiam ſupra ſub voce Antwort: wie weit ein Prediger rc.

(b) Eo nimirum tempore confectum, quo Carolus Ludouicus, per pacem Weſtphalicam in dignitatem ſuam

bergiſchen Theologen (a), 1656. Auctor eſt HOTTINGERVS, *Tigurinus*, uel ſaltim res praecipuas auctori ad hoc ſcriptum ſubornauit, ut iudicant auctores der Sammlung von Theologiſchen Sachen 1726. p. 604.

(1919.) Bedencken des Hamburgiſchen Miniſterii über Winckleri arcanum regium, Hamb. 1703. in 4. Auctor fuiſſe dicitur b. WINCKLERVS, *Senior Miniſterii Hamb.* uid. die theol. Annales 1703. n. 44. p. 108.

(1920.) Bedencken (*b*) eines chriſtlichen, hochgelahrten

electoralem reſtitutus, opera potiſſimum Lutheranorum, unionem tentabat inter Lutheranos & Reformatos, & ideo *Hottingerum* Tiguro arceſſebat, ut unionem hanc perficeret, mittens quoque Francofurtum M. Gerlachium, *Prof. Hiſtor. Eccleſ. Heidelbergenſem*, ut legatis euangelicis, eo tempore propter electionem caeſaris ibi commorantibus, hoc unionis negotium commendaret, quod & HOTTINGERVS, illuc ſe quoque conferens concionatori aulico electorali primario, D. *Wellero* commendabat, ſed hic prudentior erat Hottingero, ideoque infectis rebus diſcedere cogebatur Hottingerus.

(*a*) Contra hoc conſilium prodiit anonymi Augenſcheinlicher Beweis, daß das 1656 von den Heidelbergiſchen Caluiniſchen Theologis geſtellete Unions-Bedencken gar tückiſch abgefaſſet worden, und keine andere Abſicht gehabt, als die Lutheraner ins Netz zu bringen 1725 in 4. pl. 1. quod ſcriptum recenſetur in der Samml. von theol. Sachen 1726 p. 603 - 607.

(*b*) D. Cyprianus, ſumme reuerendus in *compendio hiſtoriae eccleſiaſticae Gothano* lib. 3. §. 5. p. 132. hoc conſilium ſine ulla haeſitatione tribuit b. GLASSIO, quod iuſſu ſereniſſimi ducis Erneſti Pii confeciſſet, laudat etiam quam maxime hoc conſilium, & in omnibus approbat, in quo etiam auctores der fortgeſetzten Sammlung von Theolog.

gelahrten, und um die Gemeinde GOttes wohlverdienten Lehrers der ungeänderten Augſpurgiſchen Confeßion (beſcheidenes, unvorgreiffliches und gründliches Bedencken) (*a*) über die unter etlichen fürnehmen Chur-Sächſiſ. und Helmſtädtiſchen Theologen entſtandene Strittigkeiten (*b*) nach ſeinem

(a) In quo cauſſae, quae irritum illud faciunt, una cum uiolentia, regibus & principibus Chriſtianis, nec non Eccleſiae gallicanae, omnibusque Catholicis ab eo Concilio illata, luculenter proponuntur.

ritis magnam famam apud ordinem litteratum acceptus eſt. Hoc exiguum ſcriptum multa rara & utilia continet, quae modeſte & perſpicue proponuntur e. g. in graeca quadam Inſcriptione occurrit decretum ſeniorum ex Synagoga iudaica in urbe *Berenice*, quod in honorem Aegyptii cuiusdam gubernatoris & grati animi cauſſa pro beneficiis, ab illo acceptis, fecerant. Lapidum antiquorum, quorum inſcriptiones hic explicantur, ſunt 7. & multa iucunda ſuppeditant; quaedam ſpeciminis loco adducuntur in den Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 11. und in Leiſneri niederſächſ. Nachr. von neuen Sachen. 1733. p. 629.

F.

(76.) La Fable du tems. Libellus iocoſus eſt in *Archiepiſcopum Rothomagienſem* & *epiſcopum Sagienſem*, cuius auctor P. *Gabriel* GERBERON, *Ianſeniſta*, *Monach. ordin. S. Bened. ex congreg. S. Mauri.* uid. *Acta Eruditor. Lipſ. lat.* 1705. p. 244.

G.

(77.) La Geneſe, *traduite en françois avec l'explication du ſens litteral ſpirituel*, *tirée des S. S. Peres & des autres Eccleſiaſtiques*, Tomi 2. *Pariſ.* 1682. in 12. Auctor eſt *celebris quidam Pariſinus* i. e. Mr. DE SACY. Recenſetur hoc ſcriptum in *Actis Erudit. Lipſ. lat.* 1683. p. 181. ſed auctor non nominatur. Idem edidit *commentarium in Ieſaiam*.

(78.) Grammaire ſacrée, *Paris* 1707. in 12. Auctor eſt HVRÉ, *Principalis in Collegio de Bon-*

court

court Pariſienſi. Suppeditat regulas exegeticas, ſecundum quas Scr. ſ. explicanda ſit, & multa ex Glaſſio deſumſiſſe uidetur. uid. die unſch. Nachr. 1707. p. 660.

H.

(79.) Heroïne Mousquetaire, *Hiſtoire veritable.* 4. uoll. in 12. *Paris* ap. *Girard* 1677 - 1678. Auctor eſt PRESCHAC, *Bearnois.* Le Long. l. c. num. 17453. iudicat, difficulter fidem adhiberi poſſe omnibus fatis, quae auctor hic recenſeret, licet affirmet, ueram eſſe hiſtoriam de Chriſtina, filia Baronis de MEYRAC, *Bearnois*, cum praeſertim ipſe auctor in dedicatione ad comitem *de Louvigny* fateatur, ſe hanc hiſtoriam recreationis tantum cauſſa conſcripſiſſe. Fata quidem, in hoc libro recenſita, uera eſſe poſſe putat, ſed uni perſonae ea accidiſſe uix ac ne uix quidem ſibi perſuadere poteſt.

(80.) Heures, concernant l'Office de l'Egliſe (*a*) avec des Inſtructions *à Paris* 1701. in 12. Cardinalis DE NOAILLES, *epiſcopus Pariſienſis*, hunc librum conficiendum curauit. uid. die unſch. Nachr. 1702. p. 619.

(81.) Heures chrétiennes. (*b*) 1680. Editio 5. prod-

(*a*) Omnia, quae in cultu diuino Papiſtarum publico peraguntur, hic in gratiam plebis explicantur. Idem epiſcopus non ita pridem biblia gallica & Miſſale hunc in finem prelo ut ſubiicerentur curauit.

(*b*) Continet hic liber Euangelia dominicalia

5. prodiit 1722. *à Francfort* in 12. 1. Alph. 22. pl. Editor & Tranſlator eſt *Ioh. Balth.* RITTER, qui hunc librum in uſum eccleſiae Lutherano-gallicae *Francofurti ad Moenum* confecit. uid. Die Samml. von theol. Sachen, 1723. p. 564.

(82.) Hiſtoire eccleſiaſtique pour ſervir de continuation à celle de Mr. l' Abbé Fleury. Tom. 33. & 34. *à Paris* 1734. in 4. & 12. Auctor eſt P. LE FABRE, *Presbyter Oratorii.*

(83.) Hiſtoire de la condemnation des Templiers. (*a*) *Tomes* II. *Brüſſel* 1713. in 8. 1. Alph. 20. pl. Continetur in hac collectione Petri *Puteani* Hiſtoria, gallice ſcripta, & ex optimis documentis deſumta de Proceſſu Inquiſitionis contra Templarios, cum indice & Actis, quae reperiuntur in Archiuo regis Galliae, & uaria integra documenta. *Puteanus* templarios culpae maxime reos fuiſſe putat, & Philippum pulchrum ubique excuſat. Sequitur Nic. *Gürtleri* Hiſtoria latina Templariorum, uariis digreſſionibus repleta, qui templarios in quibusdam excuſat, & proceſſum contra

L l l l illos

& feſtiualia, hiſtoriam paſſionis, praecipua cantica eccleſiae noſtrae in linguam gallicam tranſlata, Catechiſmum Lutheri, Aug. Confeſſ. uarias precationes eccleſiaſticas & domeſticas cum Pſalmis Dauidis.

(*a*) Templarii ſub initium ſeculi 14. ad unum omnes ex Gallia, Italia, Germania, Hiſpania, Anglia expulſi ſunt. Quidam illos reos, alii inſontes fuiſſe putant.

illos non adeo probat. In Tom. 2. exſtat *Puteani* praedicti Hiſtoria ſchiſmatis paparum Aueniónenſium (*Avignon*) ex genuinis documentis deſumta cum Hiſtoriis proceſſuum 1458. contra ducem *Alençon* ao. 1523. contra Conneſtable *de Bourbon* & ao, 1549. contra Maréchal *d' Oudart du Biez* & Dominum de *Coucy*. uid. die unſchuldigen Nachr. 1713. p. 81. Editor autem huius collectionis adhuc latet.

(84.) L' Hiſtoire de l'Arianiſme, *avec l' origine & les progrès de l' hereſie des Sociniens, à Paris* 1682. 3. *Tomes* in 12. Auctor eſt Mr. MAIMBOVRG. uid. cel Stollii Anleitung zur Hiſt. der Theol. Gelahrheit p. 299.

(85.) Hiſtoire univerſelle des Voyages, *faits par mer & par terre dans l' ancien & le nouveau Monde, avec un Diſcours preliminaire ſur l' utilité des Voyages* in 12. *Paris* 1707. it. *Amſterd.* in 12. 1708. Auctor eſt abbas BELLEGARDE, magnam egregiis ſcriptis ſuis conſequutus celebritatem. Perquam curioſus eſt hic liber, & prima in Indiam itinera admodum iucundum eſt legere.

(86.) Hiſtoire du Miniſtère du Comte, Duc d' Olivarès, *avec des Reflexions Politiques* in 12. *à Cologne* 1673. *Le Comte* DE LA ROCCA hanc hiſtoriam ex Hiſpanorum lingua in Gallicam transtulit.

(87.) Hiſtoire des Revolutions d' Eſpagne, *Paris* 1724. in 8. V. *Tomes*. Auctor eſt Mr. l'Abbé VAIRAC.

(88.)

(88.) Hiſtoire des Amours de Lyſandre & de Caliſte *à Amſterd.* 1663. in 12. cum fig. aen. Auctor eſt *Henri* DAUDIGUIER. uid. *catal. bibl. Lehmannianae* Lipſ. 1740. p. 50.

(89.) Hiſtoire de la Conquête du Mexique, ou de la nouvelle Eſpagne, *depuis l' an 1518. jusqu' à l' an 1621. traduit de l' Eſpagnol, avec fig.* in 4. *Paris* 1691. it. in 12. *Haye* 1692. 2. uoll. Hiſpanice hanc hiſtoriam & addito quidem nomine ſcripſit *Antonius* DE SOLIS & magni aeſtimant multi hiſpanicam editionem, quae & Brüxellis recuſa eſt. Auctor autem uerſionis gallicae etiam non contemnendae eſt Mr. DE LA GUETTE, qui & ſcripſit

(90.) Hiſtoire des Triumvirats de Ceſar & d' Auguſte.

(91.) Hiſtoire du Roi Louis le Grand, par les Medailles, fol. *Paris* 1691. & *Amſt.* 1691. it. fol. *Paris* 1689. & 1693. Auctor eſt P. MENESTRIER: imo in recentioribus editionibus, ni fallor, in fronte eius nomen comparet; ſed cecidit fere operis huius pretium, ex quo *Hiſtoire du Roi par les Medailles, par l' academie roïale des Inſcriptions,* fol. *Paris de l' Imprimerie du Louvre* 1702. cura ſocietatis Francicae prodiit, de quo libro uid. *Bibliotb. Menckenianam* p. 268.

(92.) Hiſtoire des Flagellans, *ſiue de recto & peruerſo flagrorum uſu apud Chriſtianos.* (*a*) *Paris* 1700.

(*a*) Cap. I. probat, flagellationem, ſponte ſuſceptam, in V. T. ignotam fuiſſe, & quaedam

1700. in 8. & *Amſterd.* 1701. in 12. pl. 14. Prima

dicta V. & N. T. ad illam probandam ridicule pertrahi. Cap. 4. doctiſſime agit de uariis ſpeciebus flagellationis apud ethnicos, & originem huius ritus ad Aegyptios refert. Ante ſeculum 10. ignotam fuiſſe flagellationem, & ab *Iuone*, Priore ordinis Cluniacenſis introductam. Cap. 6. probatur, in nullis regulis, uel legibus antiquorum monaſteriorum & ordinum aliquid de ſpontanea flagellatione reperiri, ſed illam ſemper pro criminum pœna habitam eſſe. Cap. 7. & 8. uariae ridiculae hiſtoriae Flagellantium recenſentur. Cap. 9. de ſecta Flagellantium, quae anno Chriſti 1260. orta & 1349. renouata eſt, ex auctoribus, fide dignis, agitur. Haec ſecta illo tempore refutabatur a Ioh. Gerſone. *Boileau* tamen putat, alios multos errores immerito huic ſectae tribui. Edmundus *Auger*, Ieſuita, in libro *de poenitentia*, & Gretſerus in uariis ſcriptis flagellationem defenderunt. Parlamentum Pariſienſe tempore *Gerſonis*, & iterum 1601. urgente Generali aduocato *Seruino*, prohibuit flagellationem. Cap. ultimo docet, flagellationem abrogandam eſſe, & Flagellantes non conuenire, num tergum, uel poſteriora flagellanda ſint, utrumque auctor ſanitati corporis nocere putat, illud oculis propter neruos, a tergo ad oculos uergentes, hoc excitare Veneris ſtimulos, ideo etiam agit de uſu flagrorum in re uenerea. Deum etiam hunc ritum prohibuiſſe Deut. XIV. 1. & illum naturae eſſe contrarium. pag. 205. ſeq. refert, multos reges non

ma editio ſine auctoris nomine prodiit; Secunda editio addito illius nomine. Auctor autem eſt abbas, *Jaques* BOILEAU, erat Doctor Sorbonicus, frater de Monſ. Nic. *Boileau Deſpreaux*, & Canonicus *de ſainte Chapelle.* (*b*) Nouiſſima huius ſcripti editio *Amſtelod.* uel potius *Pariſiis* 1732. etiam additum habet auctoris nomen. uid. *catal. biblioth. Haſeanae* p. 418. Hoc ſcriptum primum latine exaratum, deinde in gallicum ſermonem conuerſum. Auctoris ſcopus eſt, probare, aequum quidem eſſe, carnem ſuam affligere, ſed flagellationem, a monachis magni aeſtimatam, iniquam eſſe & uoluntati diuinae contrariam. uid. die unſchuld. Nachr. 1702. p. 652. (*c*)

---

prius regnum uoluiſſe ſuſcipere, quam a Confesſionariis ſuis flagellis fuerint caeſi, & ſuperſtitionem Papiſtarum circa flagellationem per diuerſa ſecula exponit. pag. 236. purgatorio parum fidei tribuere uidetur.

(*b*) Auctores des Memoires de Trevoux 1703. menſ. Iunio hunc librum Boilauii ſub cenſuram uocarunt, quod & P. DU CERCEAU, Ieſuita, peculiari ſcripto fecit. uid. notas ad Tomum 2. operum Boileau & Ioh. Baptiſta Thiers in *Critique de l' hiſtoire des Flagellans à Paris* 1703. in 12. pl. 19. quae recenſ. in den unſch. Nachr. 1703. p. 505. & in *Actis Erudit. Lipſ lat.* 1703. pag. 511. it. *dans les Nouvelles de la republ. des Lettres* menſ. Majo 1700. art. 6. p. 223.

(*c*) Flagellantes autem ſemper cum fletu & miſerandis geſtibus per dies 33. ſe flagellare ſole-

(93.) Hiſtoire du Fanatiſme. *Tom.* I. *Paris* 1706.

bant in memoriam 33. annorum, quos Chriſtus in hac terra transegerat, & hunc actum flagellandi meritorium eſſe cenſebant, putantes, neminem niſi hoc modo ſaluari poſſe. De Secta Flagellantium conferri merentur, quae ſcriptores hiſtoriae eccleſiaſticae ſeculi 13. tradunt. In illorum originem recentiſſime diligenter inquiſiuit M. Ioh. Frider. *Mickelius*, Rector Paedagogii Darmſtadini, in *Maſtigoſi religioſa*, Darmſtadii 1734. in 4. pl. 2½ in quo programmate oſtendit, flagellationem olim apud Phoenicios, Aegyptios, Graecos, Romanos, Indos & Americanos in uſu fuiſſe. It. apud quosdam Turcicos monachos; Phariſaeos ſe flagellaſſe, auctor probari non poſſe putat; tamen Iudaei adhuc hodie *feſto expiationis* ſe flagellant, docente Franc. *Alvareſio*. Abyſſini die paraſceues (Charfreytage) flagellis ſe caedunt, & etiam poſt confeſſionem editam flagellis caeduntur. Petrus *Damianus* (conf. uitam Damiani per Iacob. *Laderchium*, Tomis 3. Romae 1702. in 4. 9. Alph. pl. 22. editam, & in *Actis Eruditor. Lipſ. lat.* 1703. p. 482. recenſ.) anno Chriſti 1072. flagellationem introduxiſſe dicitur; alii anno 1046. uel 1056. flagellandi morem ortum eſſe putant, & Dominicum *Loricatum*, uel *Cataphractatum* illi originem dediſſe cenſent. Alii diuerſas ſententias ita concilіant, ut dicant, *Damianum* doctrina, *Dominicum* exemplis propagaſſe flagellationem, quos *Rudolphus*, Epiſcopus Eugubienſis, & *Albertus*, abbas Pontoienſis, iuuerint in hac conſuetudine;

1706. in 4. Auctor eſt P. CATROU, *Ieſuita*,

ſed multi ſancti uiri etiam huic ritui ſe oppoſuerunt, & ordo Carthuſianorum diu non admiſit hanc flagellationem ſpontaneam, qui modus poenitentiae tantopere ſe probauit, ut etiam principes illum elegerint. Hunc morem S. *Franciſcus* & S. *Dominicus* ſec. 13. confirmarunt exemplis ſuis. Anno 1260. Eremita *Reinerus* totas urbes & prouincias ad flagellationem commouit, a quibusdam autem repulſus eſt, usque dum anno Chriſti 1296. & 1349. hi Flagellantes Argentoratum peruenerunt, & deinde totam fere Germaniam impleuerunt. Ritus eorum & canticum, ab iis in actu flagellandi decantatum, adducit Mickelius l. c. ex Koenigshouii *Chronico Alſatiae*. Clemens VIII. damnauit quidem ſectam Flagellantium, conceſſit tamen priuatum flagellorum uſum, qui a catholicis doctoribus uehementer commendatur, & adhuc hodie in uſu eſt. Nam 1732. in Apulia terrae motu orto maiores & minores ad Deum conciliandum flagellis ſe caeciderunt. In Hiſpania quidam in amaſiarum gratiam in Proceſſionibus uehementiſſime flagellis ſe caedere ſolent tempore quadrageſimali, ſed haec flagellatio non ſemper tam horrenda eſt, quam quibusdam uidetur. add. Hübneri Zeitungs-Lexic. p. 562. *de deteſtandis Flagellantium factis*, & Trithemius in Chronico, ex illo autem Hebenſtreit *in ſyſt. theol.* T. 3. p. 1743. Schoettgenii exiguum ſcriptum *de ſecta flagellantium*, *Lipſ.* 1711. in 8. uaria notabilia continet. add. etiam Fabricii *Bibliographiam antiquar.*

qui in hac parte I. tantum de Anabaptiſtis agit. uid. die unſch. Nachr. 1706. p. 544. Scriptum ſimilis argumenti, ſed ab alio auctore adducitur in Bibliotheca mea anonym. n. 578.

(94.) Hiſtoire de Bileam (*a*) 1707. in 12. pl. I. Auctor eſt *Hermannus* VON DER HARDT, cuius ſtilus hic melior eſt, quam in aliis antea gallice editis ab eo ſcriptis. uid. (magnif. Loeſcheri) theol. annales 1707. p. 366.

(95.) Hiſtoire du Vicomte de Turenne, *Maréchal general des Armées du Roi* in 8. 3. uoll. 1. Alph. pl. 17. Auctor eſt RAMSAY Tomi 2. poſteriores continent *les Memoires* Iacobi, regis Angliae. De laude & quibusdam naeuis huius hiſtoriae uid. die Leipz. gel. Zeit. 1736. p. 482.

(96.) Hiſtoire litteraire de la France, *où l' on traite de l' origine & du progrès, de la decadence*

---

p. 404. qui multos ſcriptores *de Flagellantibus* adducit.

(*a*) Auctor Hiſtoriam Bileami & loquentis aſinae non pro uera hiſtoria, ſed pro uiſione in ſomnio habet. Duo eius leuiſſima pro ſententia ſua argumenta explodunt die unſch. Nachr. 1707. p. 921. ſeq. Celeb. autem Reimannus *in hiſtoria biblioth. ſuae theol.* p. 754. auctorem non parum lucis Hiſtoriae Bileamiticae affudiſſe putat, ſed hoc ipſo laudem promeritam decoxiſſe, quod & tacente & contradicente Moſe illud colloquium ei non reuera, ſed tantum per ſomnium obtigiſſe contendat, confirmat tamen etiam auctorem eſſe HARDTIUM.

dence & du rétabliſſement des ſciences parmi les Gaulois, & parmi les François; du goût & du genie des uns & des autres pour les lettres en chaque ſiecle; de leurs anciennes Ecoles; de l' établiſſement des Univerſités en France; des principaux Colleges; des Academies des Sciences & des belles-lettres; des meilleures Bibliotheques anciennes & modernes; des plus celebres Imprimeries & de tout ce qui a un rapport particulier à la Litterature; avec les Eloges hiſtoriques des Gaulois & des François, qui s'y ſont fait quelque reputation; le catalogue & la chronologie de leurs Ecrits, des Remarques hiſtoriques & critiques ſur les principaux ouvrages; le dénombrement des differentes Editions: le tout juſtifié par les citations des Auteurs Originaux. Par les Religieux Benedictins de la congregation de S. Maur. Tom. I. continet hiſtoriam litterariam Galliae ante natum Chriſtum & per 4 priora ſecula. Paris 1733. in 4. Scopus egregii huius operis uerboſe indicatur *dans le Journal des Savans* 1733. menſ. Dec. n. 2. & exinde in den Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 713. ſq. Auctor praecipuus eſt *Don. Anton.* RIVET, cum variis aliis adiutoribus, cuius diligentia, iudicium & Critica laudatur. Tomus 2. prodiit *à Paris* 1735. in 4. med. 4. Alph. pl. 6. & recenſetur in part. 211. der teutſchen Actor. eruditor. n. 1. Vnus ex his duobus Religioſis Benedictinis fuit *Dom* CEILLIER Tomus 3 prodiit Parſ. 1736. quid adhuc ab auctore deſiderandum ſit. uid. in den Leipz. gel. Zeit. 1736. p. 60. In hoc Tomo 3. continetur hiſtoria litteraria usque ad ſec. 7.

(97.) Hiſtoire critique des Journaux, *par*

M. C. *** 1734. in 12. mai. Tom. 1. pl. 15. Tom. 2. pl. 10. *Amſterdam* ap. I. F. *Bernard*. Auctor eſt CAMVSAT (qui mortuus eſt d. 28. Octobr. 1732.) hunc laborem iam 1722. incepit, & antea iam à *Beſançon* 1716. *Hiſtoire des Journaux* in 4. edidit. Scopum egregii huius libri indicant die Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 514. Tom. I. agit de Hiſtoria Pariſienſis *Journal des Savans*, quod omnium primum & antiquiſſimum diarium eſſe iudicat; incepit autem ſub auctore primo illius, domino *de Sallo*, & abbate *Gallois*, qui illud ſub abbate *de la Roque* & praeſide *Couſin* &c. & tandem ſub directione ſocietatis peculiaris, eum in finem 1702. erectae, continuauit, agit etiam de monachi Auguſtini ordinis, *Hommey* dicti, *Faſtis annuis*; *Journeaux de Médecine* domini *de la Roque*; *Nouvelles découvertes dans la Médecine* domini *de Blegny*; *de Lanbertſii Journal de Philoſophie*; *D. Denyſe Diſſertationibus philoſophicis*; Parent *Recherches de Mathematique & de Phyſique*, de Sallengre *Memoires de Litterature*; *de Memoires Litteraires* par S. D. L. R. G. qui domino Themiſſeul *de Sainte Hyacinthe* tribuuntur; *de l'hiſtoire critique de la Republique des Lettres tant ancienne que moderne* domini *Maſſon*; *de Mémoires des Academies royales des Sciences & des Belles Lettres*, ubi tota praefatio inſerta eſt, quae erat devant *les Médailles* huius academiae, in Ludouici M. regnum cuſas, ſed mandato huius regis ſupprimebatur, & tandem de *Mercure galant*, quem *Danneau* DE VIZE' 1672. incepit; *Riviere*, *Du Fresnoy & le Fevre* continuauit, abbas *Bouchet* nouo titulo: *Nouveau*

Mercure

Mercure inſigniuit, & dominus de *la Roque* ad hodiernum uſque diem proſecutus eſt. Stilus eſt uegetus, iudicia auctoris plerumque ſolida & annotationes magni momenti, Dolendum, quod auctor, morte abreptus, praefationem addere non potuerit, in qua *de uſu & damnis diariorum eruditorum & de regulis, quas ſcriptor diariorum ſequi deberet*, agere conſtituerat. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 514. ſq. Tetigi quidem iam hunc librum in Bibliotheca mea anon. n. 576. Sed quia deinde uaria adhuc occurrebant, ad explicationem uberiorem non inutilia, repetere placuit eundem librum.

(98.) Hiſtoire du Prince Tite A. R. in 12. *Paris* ap. uiduam *Piſſot* 1736. Auctor eſt *de* S. HIACYNTHE, qui etiam ſub nomine *Matanaſii* ficto edidit *Chef d'Oeuvre d'un inconnu.* uid. die Leipz. gel. Zeit. 1736. p. 133.

(99.) Hiſtoire de l'ancien & du Nouveau Teſtament, *avec des figures.* fol. *Amſterd.* 1700. 2. uoll. Accuratae huius hiſtoriae auctor religioni Proteſtantium eſt addictus. uid. *Bibliothec. Menckenii* p. 34.

(100.) Hiſtoire du Diable. (*a*) *Amſt.* 1729. in 12. 1. Alph. pl. 3. Hoc ſcriptum anglice primum

(*a*) Auctor zelum ſuum ubique teſtatur contra papatum & omnia mala, & contra illos, qui religionem ludibrio habent, & Satyricum praeſertim agere ſtudet. In part 1. docet, quomodo diabolus a condito mundo uſque ad Chriſti natiuitatem humanum genus deceperit & de lapſu ho-

mum a D. SCHWINDENIO, *Paſtore Captonenſi in prouincia Kent* exaratum, & breui temporis ſpatio bis in Anglia impreſſum, deinde in gallicam linguam conuerſum eſt ab anonymo, qui eſt Mr. BION, *Paſtor in Anglia.* uid. die Samml. von theol. Sach. 1731. p. 402. add. *Bibliotheque françoiſe* Tom. XIII. Part. 1. n. 10. *Acta eruditor. german. part.* 151. n. 4. *Lettres ſerieuſes & badines* Tom. 2. Part. 2. n. 7. & *Bibliotheque raiſonnée* Tom. 3. Part. 1. n. 12. (*b*)

(101.)

---

minis uerboſe agit, diſputans quoque contra *Miltoni* poema de *paradiſo.* In part. 2. de impoſturis diaboli in N. T. agitur, praeſertim per papatum, quorſum etiam laniena Thorunenſis refertur. Spectrorum & faſcinationum exiſtentiam defendit auctor. Diaboli ſtupiditatem paſſim perſtringit & negat, eum futura praeſcire.

(*b*) In germanicam linguam hunc tractatum transtulit Ioh. *Gebhard*, Conrector Berenburgenſis, ſub tit. Gründliche hiſtoriſche Nachricht vom Teufel, darinnen die Siege, ſo der Teufel über das menſchliche Geſchlecht von Eva an biß auf unſere Zeiten erhalten hat, klar und deutlich erwieſen, Leipz. 1730. in 8. pl. 13. & hic tract. eſt pars 2. inepti ſcripti, cui tit. natürliche Unterſuchung der Hölle und des Orts, wo ſie ſeyn ſoll. Conjunctim hae partes prodierunt Lipſ. 1731. in 8. ſub tit. Herrn Schwindens, berühmten D. Theologiae in Engelland Betrachtung von der Hölle und Teuffel. Deinde inutile hoc ſcriptum ſatyricum (uti uocant auctores der Samml. von

(101.) Hiſtoire (*a*) du Quackeriſme. *Cologne* 1692. in 12. pl. 9. Auctor eſt ſine dubio *Philippus* NAVDAEVS. uid. die Samml. von theol. Sach. 1735. p. 292. Simile fere ſcriptum uid. ap. Placc. n. 2239. *aa* anon.

(102.) Hiſtoire d' un voyage litteraire, (*b*) *fait en 1733. en France, en Angleterre & en Hollande:*

---

theol. Sach. 1731. p. 402.) edidit etiam Ioh. Henr. *Lieber*, membrum Soc. teuton. Lipſ. Lipſiae 1728. in 8. pl. 18. cum fig. aen.

(*a*) Eſt potius refutatio, quam hiſtoria Quackerorum, nam auctor improbanda Quackerorum dogmata & facta profert & impugnat, monet etiam, ſe uelle refutare Baylii *Commentaire philoſophique.*

(*b*) Recenſetur hoc ſcriptum in den früh aufgeleſ. Früchten 1735. p. 21. - 24. & uaria memoratu digna de libris rarioribus, & uiris doctis ex illa hiſtoria excerpuntur. Auctores dieſer Früchte p. 24. coniiciunt, auctorem eſſe familiarem de Mr. *la Croze*, quia omnem occaſionem, de illo honorificam mentionem faciendi, quaerit; ideo forſitan Theophilus Sincerus *in Bibliotheca hiſtorico-critica librorum & opuſculorum*, ipſum *la Croze* auctorem huius ſcripti eſſe cenſuit, ſed corrigunt illum auctores der Leipz. gel. Zeit. 1737. n. 18. p. 157. coll. anno 1735. pag. 330. ſeq. Optimam huius libri recenſionem & egregia ex illo excerpta quoque inuenies in celeb. noſtri Stollii Nachricht von den Büchern ſeiner Bibliothec Part. 6. p. 561. 566.

de : avec une Lettre fort curieuſe, concernant les pretendus Miracles de l' Abbé Paris, & les convulſions viſibles du Chevalier Folard, à la Haye chez Adrien Moëtjens 1735. in 12. reg. pl. 9. Auctor appoſuit tantum litteras C. E. J. eſt autem Mr. JOURDAIN.

(103.) Hiſtoire du Triumvirat d' Auguſte, 2. *Tomes à Paris* 1694. Auctor eſt Domin. VERTOT.

(104.) Hiſtoire des Oracles, *Amſterd.* 1687. in 12. Auctor eſt celeb. *Bern.* DE FONTENELLE uid. celeb. Reimanni *catal. bibl. theol.* p. 971. qui potius Oraculorum fabulam, quam Hiſtoriam eſſe cenſet; id enim agere auctorem, ut oſtendat, oracula Ethnicorum non diaboli fuiſſe ludibria, ſed mera ſacerdotum figmenta, Antonii *van Dale* ueſtigia ſecutus. Cuius duabus diſſertationibus de Oraculis Ethnicorum ita uſus eſt *Fontanellius*, ut easdem plane fecerit ſuas, quaedam in iis reſecando, quaedam etiam addendo, mutando, inuertendo pro ſuo arbitrio & omnia ex idiomate latino in gallicum transferendo, ut a feminis etiam legi poſſent. Et praeferenda omnino eſt *Fontanellii* uerſio, iudice Reimanno l. c. operi authentico *van Dalii*, ſi ſuauitatem ſpectes, ſed nequaquam in reliquis. Eisdem enim laborat uanitatibus, falſitatibus, uernilitatibus, fallaciis, paralogiſmis, inſidiis, aliisque anomaliis, quales in *van Dalio* notauit Reimannus l. c. p. 993. & 994. Nec in his diſcipulus eſt ſupra magiſtrum.

(105.) Hiſtoire naturelle & morale des Iles Antilles de l' Amerique *avec un Vocabulaire Caraibe*

raibe à Roterdam 1658. in 4. cum fig. aen. Auctor eſt *Ceſar* DE ROCHEFORT. uid. *catalog. bibl. Lehmannianae.* Lipſ. 1740. p. 134.

(106.) Hiſtoire de Paris, quae 4. uoluminibus in fol. Pariſiis prodiit circa annum 1722. edita quidem eſt ſub nomine *Mich.* FELIBIEN, ſed hic non ſolus perfecit hoc opus, (mortuus enim eſt 1719. d. 25. Sept.) ſed ad finem perduxit D. *Guido Alexius* LOBINEAU, *Monachus Bened. Ord. de congregat. S. Mauri.* uid. G. W. S. i. e. Georgii Wallini, Sueci, *Lutetiam Pariſiorum eruditam ſui temporis, annorum ſcil.* 1721. & 1722. pag. 27.

(107.) Hiſtoire de l' Academie royale des Sciences. *Année* 1699. *Avec les Memoires de Mathematique & de Phyſique, pour la même année, tirez des Regiſtres de cette academie à Amſterd.* 1706. in 12. Continuata (*a*) eſt deinde per ſingulos annos haec hiſtoria, & totidem conſtituit uolumina,

(*a*) Ante *Fontenellium* ediderat *Ioh. Baptiſta* DU HAMEL, ſocius & Secretarius huius academiae hiſtoriam, ſermone latino conſcriptam, in qua libris IV. praeter academiae illius originem & progreſſus ab anno 1666. ad 1697. uariasque diſſertationes & obſeruationes, quam plurima Inuenta Phyſica & Mathematica in ordinem digerebantur, ſatisque accurate exponebantur. Prodiit Hiſtoria du Hamelii Pariſ. 1698. & Lipſ. 1700. in 4. & in tertia editione Pariſiis 1701. excuſa, libro 5. & 6. annorum 1697, 1698 & 1700. geſta complectentibus, auctior comparuit. Conti-

mina, quot praeterfluxerunt anni, nimirum 40. Auctor eſt Mr. FONTENELLE, Secretarius huius academiae perpetuus. Nam hoc munus eſt perpetuum eodem modo, ut in academia *des Inſcriptions & des belles Lettres*, uid. G. W. S. i. e. Ge. Wallini, Sueci, *Lutetiam Pariſiorum ſui temporis*, i. e. annorum 1721. & 1722. p. 96. & 98. De hiſtoria autem *de l' Academie des Inſcriptions & des belles Lettres* itidem anonyma. uid. *biblioth. meam anonym.* num. 516.

(108.) Hiſtoire du ciel, (*a*) *conſideré ſelon les Idées des Poëtes, des Philoſophes & de Moyſe* in 12. *à Paris* 1739. ap. uiduam *Etienne*. uoll. 2. Auctor eſt Dominus PLUCHE. uid. Die Leipz. gel. Zeit. 1739. p. 758. ubi hoc opus egregium uocatur.

(109.) Huetiana, *ou penſées diverſes de Mr. Huet, Eveque d' Avranches, Nouvelle édition augmentée de la Deſcription en Vers Latins du Voyage de l' Auteur en Suede, à Amſterd. chez Herman Uytwerf* 1723. in 12. mai. Editor Huetianorum eſt abbas d' OLIVET, cui auctor MStum ſuum tradiderat, & qui etiam uitam Huetii praemiſſam elaborauit. Valde hanc collectionem laudat Reiman-

---

nuatio Fontenellii gallica huius hiſtoriae Pariſiis ut du Hamel Hiſtoria, in 4. deinde in 8. prodiit.

(*a*) Adductis uariis celebriorum Poetarum & Philoſophorum diuerſi temporis de ſtructura & conſtitutione mundi ſententiis, auctor ea, quae ipſa experientia nos docet, comparat cum illis, quae Script. S. de eodem argumento tradit.

mannus in catal. litterario p. 601. & quaedam excerpta potiora ex illis ſuppeditat, ſed uerboſior, utilior, ideoque etiam iucundior eſt in Huetianis recenſendis magnif. noſter Stollius in der Nachr. von den Büchern ſeiner Bibliothec part. 7. pag. 678. - 686. qui uarias Huetianorum recenſiones & potiora ex illis momenta adducit. & multa egregia de uita & ſcriptis *Huetii* exinde excerpſit.

(110.) Hypotypoſes Pyrrhoniennes, *ou le Tableau de la maniere de philoſopher des Pyrrhoniens.* Auctor eſt *Ioh.* CLERICVS, cuius methodum in proponendis Pyrrhoniorum argumentis ſequitur Crouſaz *dans l' Examen du Pyrrhoniſme ancien & moderne.* uid. die Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 141. add. in bibl. mea anon. n. 459. celeb. Reiman. *in catal. bibl theol.* p. 1040. indicat etiam *Hypotypoſes, ou Inſtitutions Pyrrhoniennes de Sextus Empiricus* 1725. in 8. ſine loco editas; neſcio autem, num eundem innuat librum Reimannus, cum meo, hic adducto, & de hac uerſione illis iudicium relinquit, qui par ſit in utriusque linguae facultate. Notas, textui adſperſas, mediocris ingenii foetum eſſe cenſet Reimannus, & praefationem ita comparatam eſſe, ut fluctuaſſe adhuc & ancipiti cura iactatus uideatur auctor, an Dogmaticis, an Pyrrhoniis nomen dare uelit, hanc in partem naturali amore ductus, in illam formidine poenae.

I.

(111.) Janſenius condamné par l'Egliſe, *(a) par*

Mmmm

(a) Scriptum hoc conſtat partibus 3. Pars I.

par lui même & par S. Auguſtin. Bruſſel 1705. in 12. Auctor eſt abbas DU MAS.

(112.) Janſenius pour & contre, (*a*) 1703. in 12. Auctor eſſe dicitur Mr. JUBÉ, *Curatus, uel Parochus* zu *Asnieres*, prope *Pariſios*. uid. die unſch. Nachr. 1703. p. 657.

(113.) Le Jardinier royal *à Paris* 1677. & ibid. 1679. in 12. Auctor eſt *l' Abbé* GOBELIN. uid. *catal. bibliotb. Lehmannianae*, Lipſ. 1740. p. 57.

(114.) Jeſus agonizans. uid. ſub anonymis latinis n. 1557., nam licet auctores der Samml. von alten und neuen theol. Sachen. l. ibi cit. de hoc libro

---

agit de hiſtoria V. Propoſitionum. Pars 2. probat has 5. propoſitiones ex Auguſtino Ianſenii diuerſis in locis. In Parte 3. oſtenditur, ipſum Auguſtinum contra illas ſcripſiſſe, & explicat loca, quae Ianſeniſtis fauere uidentur. Auctor probare contendit, Ianſenium non ſolum ab eccleſia romana, ſed etiam ab Auguſtino, a ſe ipſo & Ianſeniſtis per multas eorum uariationes condemnatum eſſe.

(*a*) Liber paulo poſt fiſco adiudicatus eſt. Auctor praecipua argumenta Ianſenii in epitomen redegit, & quidem ſpeciem prae ſe fert, quod neque ad Ianſeniſtarum, neque ad Anti-Ianſeniſtarum partes inclinet, oſtenditque, utroſque excedere; recenſere etiam uult ſincere Ianſenii Auguſtinum, attamen magis ad Ianſeniſtarum partes accedit. uid. (Mr. Bernard.) *Nouvelles de la republique litteraire* 1703. menſ. Iul. p. 109.

bro ita loquantur ac ſi eſſet latinus, tamen potius gallice ſcriptus uidetur.

(115.) L'Imagination detrompée, *ou la Fantaiſie debrouillée au ſujet de l'amoureux imaginaire, à la Haye* 1675. in 12. Auctor eſt Al. C. DE MESTRE. uid. *catal. bibliotb. Lebmann.* Lipſiae 1740. p. 735.

(116.) Inſtruction facile pour connoiſtre toutes ſortes d'Orangers *& Citronniers, avec un Traité de la Taille des Arbres à Paris* 1674. in 12. Auctor eſt Sr. MORIN. uid. *catal. cit.* p. 55.

(117.) Inſtructions ſur la grace avec l'Expoſition de la Foi 1700. Auctor huius libri Janſeniſtici eſſe dicitur P. *Gabr.* GERBERON, & liber hic ab Archiepiſcopo Pariſienſi eſt condemnatus. uid. die unſch. Nachr. 1702. p. 188.

(118.) Inſtructions generales *en forme de Catechiſme, pour le Dioceſe de Montpellier.* Imprimendam curauit uerboſam hanc introductionem in religionem romano-catholicam *Charles Joachim* COLBERT, *Epiſcopus Montiſpeſſulanus*, & ſubiecit Catechiſmum pro pueris. uid. die theol. annales (magnif. Loeſcheri) 1702. n. 125. p. 85.

(119.) Introduction à la Philoſophie, *ou de la connoiſſance de Dieu & de ſoi même.* 1722. in 8. ap. *Eſpilly.* 2. libri. Auctor eſt Mr. le Duc de CAMBRAI, *Precepteur des Enfans de Monſeign. le Duc de Bourgogne.* uid. *Journ. Verd.* 1722. p. 160. ubi laudatur. add. G. W. S. (i. e. Ge. Wallini, Sueci,) *Lutetiam Pariſiorum eruditam ſui temporis*, i. e. annor. 1721. & 1722. p. 63.

(120.) Journal hiſtorique ſur les matieres du temps. Vulgo dicitur *Journal de Verdun*, ab effigie tantum urbis, quae titulo ſubiicitur, differentiae cauſſa ab aliis diariis. Auctor eſt D. *Claudius* JOURDAN, qui habitauit Barroduci (*Barleduc*) in Lotharingia. Impreſſus uero eſt liber Pariſiis in 8. & ſingulorum menſium, quibus partes prodeunt, nomina apponuntur. Appellatur quoque alio nomine hoc idem Diarium *Suite de la Clef*; eſt enim ſupplementum, uel continuatio Diarii iſtius, quod incepit 1704. menſe Iulio ſub tit.: *Clef du Cabinet des Princes*, (de quo ſcripto uid. *bibliothecam meam anonym.* n. 150.) Verum cum hic titulus uideretur paullo arrogantior, eoque nomine non nemini forte diſpliceret, titulus: *Journal hiſtorique* ſubſtitutus fuit Anno 1717. in Ianuario. uid. G. W. S. i. e. Ge. Wallini, Sueci, *Lutetiam Pariſiorum eruditam ſui temporis*, i. e. *annorum* 1721. & 1722. p. 133. qui hoc diarium cum *Journal des Savans*, *Mercure*, & *Memoires de Trevoux* omnium celeberrimum eſſe putat, & tribus prioribus adhuc praefert: 1. ob *rerum uarietatem*, nam artic. 1. ſemper continentur *litteraria*, *libri recentiores*, *noua artificum inuenta*, *uaria eruditorum fata*, additis ſaepe numero ex hiſtoria & antiquitate obſeruationibus pulcerrimis, quae praeſentia illuſtrant tempora & hodiernos mores. Artic. 2. Arcana potiſſimum politica, conſilia principum, & quae ad rerumpublicarum & ſtatuum uiciſſitudines, lites & foedera pertinent. 6. Articuli ſequentes omnia indicant, quae nouiſſime contigerunt in Italia, in Hiſpania & Lu-

& Luſitania, in Germania & terris Borealibus, Anglia, Batauia, tandemque in Gallia. Articulus 9. & ultimus recenſet natiuitates, nuptias, funera, quae nuper acciderunt principum & perſonarum illuſtrium. Abundat per omnia rebus nouis, raris, curioſis, quaeque lectorem & inſtruere & oblectare ſimul poſſunt. 2.) *recenſiones* etiam *fideles & exactae* in hoc diario ſuppeditantur. 3.) *ſobrium* apparet *iudicium.* 4.) *puritas ſtili.* 5.) *noua* iuſto tempore, non ut in *Diario Verodunenſi* & *Memoriis Treuoltienſibus* longo poſt interuallo, exhibentur. (6.) *Minori pretio & faciliori negotio haberi poteſt*, quam ceterae Ephemerides.

(121.) Jugement & Cenſure du livre *de la doctrine curieuſe de François Garaſſe* 1623. Auctor eſt *Theodorus* BEZA. uid. Baylii *Dictionaire*, uoce *Beza.* not. D. D.

L.

(122.) La Legende de Dom Claude de Guiſe, (*a*) *Abbé de Cluny*, *ſes Faits & Geſtes*, *depuis ſa naiſſance jusqu' à la mort du Cardinal de Lorraine* (en 1574.) *& des moyens tenus pour faire mourir le Roi Charles IX. enſemble pluſieurs Princes & autres durant le dit temps* in 8. 1574. 1581. Auctor huius uirulentiſſimae ſatyrae eſt DAGONEAU, *Sieur de Vaux*, *Juge de Cluny.* uid. Thuanus

(*a*) Prodiit etiam hic liber ſub tit.: *Legende* (*de l' Abbé*) *de ſaint Nicaiſe*, *Claude de Guiſe*, *depuis Abbé de Cluny*, *qui paſſoit pour bâtard du Cardinal de Lorraine.*

anus in Hiſtoria ſui temporis ſub anno 1574. alii hoc ſcriptum tribuunt cuidam, nomine REGNAUD, cuius mentio fit in editione ſecunda huius libri pag. 177. Erat hic REGNAUD, *Juge-Mage Cluniacenſis*, & religioni Proteſtantium reformatae addictus. Cardinalis DE GUISE, inſtinctu Dom Claude *de Guiſe* ab officio remouere uolebat hunc iudicem, ſed hic acerrime ſe defendit & adiutus eſt per edictum quoddam, niſi fallor, Parlamenti, quo impetrato ipſe diploma, quo in munere ſuo confirmatus erat, humum proiecit, & ſe contulit (*à Macon*) ubi in foro cauſſas egit. Haec acta cum *Regnaud* retulit Mr. Papillon *de Dijon* le Longio. uid. hunc l. c. num. 7867.

(123.) Lettre d' une Dame françoiſe au Pape touchant la Bulle (*a*) &c. 1715. in 4. pl. 2. *Urſule de la* GRANGE (*b*) hanc epiſtolam confecit. uid. die unſch. Nachr. 1715. p. 1040.

(124.)

(*a*) Haec epiſtola, ad cauſſam Quesnellianam pertinens, in Germania gallice & germanice impreſſa eſt.

(*b*) Quae Papae proponit, quod cum aliis Chriſtianis feminis in Gallia ualde doleret, in Bulla contra N. T. Quesnellianum damnatam eſſe propoſitionem 83, feminas notitia religionis non eſſe impertiendas, cum tamen Chriſtus mulierem Samaritanam, & ſororem Lazari ipſe edocuerit, & Iohannes ad electam feminam ſcripſerit. Item dolere, quod propoſitio 86. & ſimul cantiones plebis in templo condemnatae ſint. Preca-

(124.) Lettre à Mr. Abelli, *touchant ſon livre de l'Excellence de la ſainte vierge* 1674. Auctor eſſe dicitur *Gabr.* GERBERON, qui Epiſcopi Rhodienſis (*Rhodes*) Abelli librum, in quo Mariae idololatriam prouehit, caſtigat, liber autem condemnatus eſt Romae. uid. die unſch. Nachr. 1712. p. 186. & *Acta erudit. Lipſ. lat.* 1705. p. 243.

(125.) Lettre d'un Theologien de Salamanque, ſur le retabliſſement du Texte de la Bible des Septante, 1709. in 12. pl 2. Auctor (*a*) eſt *Richard* SIMON, qui aſſumſit fictum nomen N. INDES.

(126.) Lettre (la veritable) de Mr. l'Abbé le Boſſu (*b*) *ſur le livre du Cardinal Sfondrati,* Mmmm 4 *intitu-*

---

tur igitur papam, ut a ſe permoueri ſe patiatur ad mutandam ſententiam ſuam, quemadmodum unus maiorum eius, conſilio Catharinae *de Siena* Auenione (von Avignon) Romam reuerſus ſit.

(*a*) Qui putat tam uerſionem 70. interpretum, quam textum hebraicum eſſe corruptum, & utrumque emendandum. Suadet, ut uiri quidam, hebraicae linguae periti, editiones 70. interpretum, Complutenſem, Venetam, Romanam & Londinenſem cum Ieſaia & Pſalmis, ut Euſebius, & cum Prophetis, ut Apollinaris illos ex Hexaplis delumſit, conferrent, quibuscum fragmenta ex patribus, Philone & Ioſepho conferenda eſſent. uid. die unſch. Nachr. 1710. p. 175. ſeq.

(*b*) Canonicus regularis. Quandam uitae eius deſcriptionem adducit Le Long *dans la Bibliotheque hiſtorique de la France* n. 5932.

intitulé: Nodus Praedeſtinationis, Pariſiis 1698. Hunc librum ſe compoſuiſſe non ſolum fatetur P. *Gabr.* GERBERON, ſed & addit, in dicto *Nodo* contineri quaedam dogmata plusquam Pelagiana. uid. *Acta Erudit. Lipſ. lat.* 1705. p. 245.

(127.) Lettre aux Theatins, *ſiue epiſtola ad ordinem Theatinorum, à la Haye* 1704. in 8. pl. 3. Auctor eſt *Auguſtus* GABILLON, *Theol. D. ex ordine quondam Theatinorum,* qui ad Lutheranos tranſiit & in hac epiſtola Theatinos adhortatur, ut doctrinam papiſticam miſſam faciant, cuius errores & ſuperſtitionem ob oculos ponit. uid. Die unſch. Nachr. 1704. p. 190.

(128.) Lettre ſur le ſujet de l'ancienne & de la nouvelle Verſion des Pſeaumes en Vers. *(a) Amſterd.* 1701. in 12. Auctor eſt Monſ. *de la* DEVEZE'. uid. *Nouvelles de la republique des lettres* (*de Monſ. Bernard*) 1701 menſ. Iul.

(129.) Lettre à Mr. l'Abbé de Houtteville, quae inſerta eſt Part. 2. Tom. 2. *des Mémoires de Trevoux* 1721. Auctor eſt abbas DE GRECOURT. uid. not. ad n. 1202. bibl. meae anon. add. tamen in bibliotheca ipſa n. 691.

(130.) Lettre (*b*) ſur le Titre d'Alteſſe Royale

(*a*) Auctor conſilium ſuppeditat ratione uſus Pſalmorum apud Reformatos in Gallia, quorum quidam antiquos *Maroti* Pſalmos in cultu publico uſurpant, alii recentiores *Conrarti.* Annotationes etiam quasdam de hiſtoria biblica addit.

(*b*) Ferre non poterant Veneti curioſam hanc epiſtolam, unde e medio remouere exempla co-

yale, donné au Duc de Savoye. *Paris* 1703. in 12. Auctorem eſſe aiunt praeſidem de LECHERENNE.

(131.) Lettre de Mr. l'Abbé *** *au reverend Pere *** en lui envoyant une Traduction françoiſe des Cantiques Armeniens, compoſés dans le 5. ou 6. ſiécle, pour la Fête de la nativité de S. Jean Baptiſte, & du myſtére de la preſentation au temple, à Paris* in 4. pagg. 16. Auctor uerſionis eſt VILLEFROY, in lingua Armenica ualde uerſatus, qui uaria Armenica edidit, agit in notis ſuis adiectis de poeſi Armeniorum, quam ſeculo VII. ab Arabibus didicerunt. Recenſetur hoc ſcriptum *dans le Journal des Savans* 1736. menſ. Mart. n. 4. add. die Leipz. gel. Zeit. 1736. p. 528.

(132.) Lettres de feu (Louis Guez) de Balſac *à Monſ. Conrart à Amſterd.* 1664. in 12. Editor eſt *Anton.* GIRARD. uid. *catal. bibl. Lehmannianae*, Lipſ. 1740. p. 47.

(133.) Lettres Philoſophiques *par M. de V.... à Rouen, chez Jove Libraire.* 1734. Auctor eſt *de* VOLTAIRE. Haec editio in Batauia impreſſa uidetur & explet 12. pl. in 8. contenta epiſtolarum, quae potius peculiares tractatus ſunt, & ne quidem externam epiſtolarum formam habent, cognoſci poſſunt ex *novell. Litter. Lipſ.* 1733. n. 81. p. 714. Anglica harum epiſtolarum uerſio continet 26. epiſtolas. In epiſtola 25. editionis Rouanienſis adhuc deprehenduntur obſeruationes in

gitarunt, quorum rogatu etiam praeſes hic ſublatus eſt.

Penſées de Mr. Paſcal & in ep. 26. illuſtratio relationis *de incendio urbis Altonae*, quam auctor iam in uita Caroli XII. ſuppeditarat, & haec momenta in uerſione anglicana non reperiuntur. uid. Die Leipz. gel. Zeit. 1734. p. 706.

(134.) Les Lettres de Pline, le jeune. Noua uerſio. Auctor eſt D. SACY (*a*) (*Louis*) *Academiae Gall ſocius.* Eſt noua editio 1721. 3. uoll. in 12. ap. *Chiffart.* uid. G. W. S. i. e. Ge. Wallini, Sueci, *Lutetiam Pariſiorum eruditam ſui temporis*, i. e. *annorum* 1721. & 1722. p. 52.

(135.) Lettres critiques ſur la difficulté, *qui ſe trouve entre Moiſe & S. Etienne, dans le nombre des Deſcendans de Jacob. Utrecht.* 1705. in 8. Conſtat hoc ſcriptum ex 4. epiſtolis, quarum 2. Mr. de MAROLLES & 2. Mr. MASSON (*b*) confecerunt contra *Conciliation de Moiſe avec S. Etienne*, (*c*) *Amſterd.* 1704. in 8. pl. 6. anonymi cuius-

---

(*a*) Non confundendus eſt hic eruditus cum Mr. le *Maître* de SACY, qui uaria ex D. Chryſoſtomi operibus in linguam gallicam transtulit.

(*b*) Ambo auctores conciliationem anonymi poſterioris coactam putant, & Maſſon loca contraria ita conciliare ſtudet, quod dicat Actor. VII. 14. poſitum fuiſſe numerum CΞ ſiue 66. deſcriptorem uero literas transpoſuiſſe, ex C feciſſe Θ & ex Ξ literam E, ita ut exinde factum fuerit ΘE ſiue 75.

(*c*) In bibliotheca noſtra anon. num. 164. liber ſimilis tituli adductus eſt, ſed neſcio, an *Blancii* atque huius anonymi ſcriptum, ſit unum idemque.

iusdam, de quo poſteriori ſcripto uid. die unſch. Nachr. 1704. p. 358.

(136.) Lettres (trois) concernant l' Hiſtoire de Molinos & des Quietiſtes, in 12. *Cologne* 1688. Auctor eſt BVRNETVS. (*a*)

(137.) Lettres Paſtorales, *Rotterd.* 1688. 3. uoll. Auctor eſt *Petr.* IURIAEUS. (*b*) uid. celeb. Reimannus in *catal. biblioth. theol.* p. 524.

(138.) Le Livre de Judith *avec des reflexions morales ſur tous les verſets & des notes critiques ſur les endroits les plus difficiles.* Auctor eſt *le Pode* DE NEUVILLE, *Jeſuite.* Prodiit liber Pariſiis 1728. in 12. uid. die Leipz. gel. Zeit. 1729. p. 57.

(139.) Deux Livres de Theologie myſtique *Cologne* in 12. 1714. Antiquus libellus, cui tit.: Spiegel der Vollkommenheit, hic gallice conuerſus eſt, & *Franciſci* MALAVAL *poëſies ſpirituelles* additae ſunt. uid. *Journal litter.* T. 5. part. I. p. 208.

(*a*) Langletus de Freſnoy in *Methode pour étud. l' Hiſt.* Part. 2. p. m. 54. pugnacem uocat uirum, & ob doctrinam aequo magis aeſtumatum. Id quod iudicium paſſionem animi prodere recte credit Ioh. Burc. *Menckenius* ibid. ad librum Langleti.

(*b*) Qui easdem Pontificiis omnibus & Boſſueto maxime, Nicolioque & Peliſſonio oppoſuit, & totum ſyſtema fidei pontificiae in iis peſſum dedit. Vir doctus, acutus, grauis, interritus; ſed bilioſus, & in Arianiſmi ſuſpicionem conjectus a Baelio in Dict. p. 356. not. H. ſunt uerba Reimanni l. c.

p. 208. & (magnif. Loeſcheri) theolog. annal. 1714. n. 297. p. 241.

(140.) Logique (la nouvelle) *du Sr. Bois-Verd* 1702. Auctor eſt P. *Gabr.* GERBERON. uid. *Acta Erud. Lipſ. lat.* 1705. p. 245.

M.

(141.) (α) Melanges de Litterature, *tirés des lettres de Mr. Chapelain, Paris.* Auctor eſt *Dionyſius Franc.* CAMVSAT.

(141.) (β) *Les veritables Actes des* MARTYRS. *Paris.* 1708. in 8. Tomi 2. Eſt uerſio actorum primorum Martyrum, per celebrem Theodor. *Ruinartum* editorum. Translator autem eſt *Drouet* de MAUPERTUIS, qui etiam *Salvianum* gallice uertit. uid. die Unſch. Nachr. 1708. p. 502.

(142.) Memoires pour la Cour de Rome ſur l'état de la Religion chrêtienne en Chine, *Paris* 1709. in 4. pl. 14. Auctor eſt *Cardinal de* TOURNON, qui exponit, quo in ſtatu res Ieſuitarum in China & in Oriente deprehenderit. (*a*)

(143.) Memoires de Mr. D. *touchant la negociation*

(*a*) Inter alia refert auctor, Ieſuitas fimum uaccarum (Kuhmiſt) quo faciem ſuam ethnici ex ſuperſtitione illinere ſoliti erant, precibus & ſigno crucis conſecraſſe, & quod Chriſtianis, ibi degentibus, permitterent 30. pro 100. ſumere loco uſurae. Defenditur etiam ſub finem haec relatio contra omnia, quae Ieſuitae aduerſus illam obiecerant. uid. die Unſch. Nachr. 1709. p. 297.

ciation du Traité de paix de Munſter in 12. Rari huius operis auctorem eſſe aiunt Mr. de St. DIDIER, qui *Seruientii* ſcripta inueniſſe, luſtraſſe, uſurpaſſe fertur.

(144.) Memoires de l'Etat de France ſous Charles IX. *depuis* 1570. *jusqu'en* 1574. in 8. *Middelburg* 1578. 3. uoll. Faceti huius curateque legendi libri auctor a nonnullis habetur Sr. DE LA POPELINIERE, *Poictevin.*

(145.) Memoires du M. L. M. D. B. pour ſervir à l'hiſtoire de Charles IV. *Duc de Lorraine & de Bar* in 12. Litterae iſtae ſignificant *Marquis* DE BEAUVAU, cuius nomen quoque recentiori editioni (*Cologne* 1687. in 12.) adſcriptum eſt.

(146.) Memoires ſur les dernieres Revolutions de la Pologne, *où l'on juſtifie le retour du Roi Auguſte, par un Gentilhomme Polonois à Rotterdam* 1710, in 8. Quidam referunt PREVVENDOVVSKIVM, iuniorem, has memorias compoſuiſſe.

(147.) Memoires & avantures d'un homme de qualité *qui s'eſt retiré du Monde, ou Memoires du Marquis de *** à Amſterd. chez J. Wetſtein & G. Smith.* MDCCXXXV. *Tomes* VII. Latet & auctor & editor. Ceterum de auctore ipſo, facta haec experto, nonnulla commemorat editor in praefatione ad libri Part. I. (*Avis de l'Editeur*) Quum ergo multa afferat in medium lectu digna, & quae hominis, ubi nomen cognoſcatur, illuſtrare poſſunt ſummopere characterem, de induſtria editoris uerba hic ſubiicio:

Cet

Cet ouvrage me tomba l'autonne paſſé entre les mains, dans un voyage que je fis à l'Abbaye de... où l'Auteur s'eſt retiré. La curioſité m'y avoit conduit. J'étois bien aiſe de connoitre un homme ſi digne de compaſſion, par ſes malheurs, & ſi eſtimable par la fermeté d'ame, avec laquelle il les a ſupportés. Tous ceux qui ont quelque commerce avec les Peres... ne ſauroient ignorer le nom de cet illuſtre Avanturier : je ſerai néanmoins fidele à la promeſſe que je lui ai faite, de ne le pas placer à la tête de ſon hiſtoire. Je ne l'ai obtenue de lui qu'à cette condition, & l'honneur ne me permet pas d'y manquer. On verra dans les divers evénemens de ſa vie de nouveaux exemples de l'inconſtance ordinaire de la fortune ; & l'on admirera qu'un homme ait pu trouver aſſez de reſſources dans ſon courage, & dans ſa vertu, pour ſe ſoûtenir parmi tant d'agitations. Une felicité conſtante, ou des malheurs continuels ſont une épreuve trop équivoque de la grandeur d'ame : on s'accoûtume à ce qui dure toujours ; & ſouvent ce qui paroît une marque de vertu, n'eſt qu'un pur effet de l'habitude. Mais lorſqu'on a paſſé ſucceſſivement par tous les degrés du bonheur & de l'adverſité, lors qu'on a ſenti les extremités du bien & du mal, de la douleur & de la joie, on a fait ſes preuves, pour ainſi dire, & ce mélange diſtingue véritablement les caracteres héroiques, parce qu'il faut autant de force pour ſoutenir le plaiſir avec modération, que pour reſiſter invinciblement à la peine. Au reſte quoique Monſieur... ſoit encore plein de vie & de ſanté, on peut dire

ſans

ſans bleſſer ſa modeſtie, qu'il a eté dans ſa jeuneſſe un des hommes de France le mieux fait, & du meilleur air. Je lui ai entendu rendre cette juſtice par pluſieurs perſonnes, qui l'ont connu il y a plus de trente cinq ans : il eſt encore malgré ſon grand âge, d'une figure tres prévenante, & du caractere le plus aimable du monde. Si l'on trouve dans cette hiſtoire quelques avantures ſurprenantes, on doit ſe ſouvenir que c'eſt ce qui les rend dignes d'être communiquées au public. Des événemens communs intereſſent trop peu, pour mériter d'être écrits. Le ſtile eſt ſimple & naturel, tel qu'on le doit attendre d'une perſonne de Condition, qui s'attache plus à l'exactitude de la verité, qu'aux ornemens du langage.

Ac dixit nuper mihi amicus quidam, C. P. Heinecken, cui Longinum, germanica ueſte indutum, debemus, nunc in eo eſſe, ut uerſa a ſe in Teutonum linguam haec ignoti auctoris fata, prelo ſubiiciat propediem.

(148.) Memoires de Litterature, quae auctore Gallo DE LA ROCHE ſemel primum, deinde bis in Anglia prodierunt, ceſſarunt ob emtorum paucitatem 1714. menſe Septembri. uid. celeb. Reimann. *in catal. litterar.* p. 724. Genuinum *des Memoires de Litterature* auctorem eſſe *Albertum Henr.* DE SALLENGRE, teſtatur *Journal litteraire* Tom. XII. Part. I. art. XI. conf. num. 763. *bibliotb. meae anon.* not. (*b*)

(149.) Memoires & Pieces pour ſervir à l'Hiſtoi-

